LVX ET

אורים ותמים

VERITAS

Yale
Historical Publications
Manuscripts and Edited Texts
III

Published Under the Direction of the
Department of History
on
The John E. Parsons Foundation

BRACTON
DE LEGIBUS ET CONSUETUDINIBUS ANGLIÆ

Edited by

GEORGE E. WOODBINE

VOLUME FOUR

New Haven: Yale University Press
London: Humphrey Milford
Oxford University Press
MDCCCCXLII

Printed from type, March, 1942, 400 copies

Printed in the United States of America

BRACTON
DE LEGIBUS ET
CONSUETUDINIBUS
ANGLIÆ

PREFACE

IN THE preface to this last portion of the text of the De Legibus, it will not be out of place to say once more that our object has been to reproduce, as nearly as may be, that text which the manuscripts seem to show was the one which finally left Bracton's hand. If there are places where our choice of readings does not always result in what from some points of view might be regarded as the "best" text, it must be remembered that Bracton's own text may well have been far from best in some places and in some particulars. It is hardly to be expected that even the author's copy of a work of this length would have been free from errors of one sort or another. There is certainly no justification for the assumption that the original text was perfect in every respect, and that all the imperfections which we now find in the text are the result of careless copying and recopying on the part of the scribes. Bracton would have to have been more than human not to have made the same kind of mistakes and the same kind of slips that writers of today make, mistakes that all the more easily could have gone undetected because he did not have the benefit of printer and proofreaders to help him correct them. Consequently it is at times quite impossible to tell whether even palpable errors in the text should be charged to him or to the copyists. If we follow the weight of manuscript authority we must accept Hereford in place of the correct Hertford on f. 200b and again on f. 430b. Each of these two instances has to do with a citation involving a reference to an eyre of Martin de Pateshill and Robert de Vere, Earl of Oxford, in Hertford in 1220. While it is hard to believe that Bracton could have been mistaken as to the county, it is just as difficult to explain satisfactorily why, if the name had been written correctly in the first text, the manuscripts, in two places so far apart, should have made Hereford the scene of this particular eyre. Assuming the venue given in the Note Book to be right, the Berk. (or Derb.) found in the manuscripts on f. 434 should be Buck. On f. 438 the manuscripts give Leicester where Lincoln ought to be named as the county. In all these and similar cases where the manuscripts make clearly for a certain reading, that reading has been kept, even though some other reading might seem preferable on other grounds. Where an individual manuscript gives a better reading than that usually found—emendations by early readers or copyists may cause thoroughly poor manuscripts, in places, to

give good readings—we still have retained what the traditions as a whole indicate was unquestionably the original reading, even when, as sometimes happens, we find petens where tenens is required by the context, ecclesiastico for laico, laicus for clericus, and so on. Emendations which alter the original text are hardly desirable, even though in places they make for better readings.

Proper names have been a source of difficulty from the beginning. They have suffered much at the hands of the copyists, as the variants show. Sometimes no two manuscripts agree on the same name in the same place. Where the name occurs in the citation of a case which is to be found in the Note Book, the correct spelling can often be determined with a fair degree of accuracy. Often, but not always. In some instances none of the names given in the manuscripts will agree with that found in the Note Book. Sometimes when a single manuscript agrees with the Note Book the weight of the other manuscripts makes for another name. We can never be certain, of course, that the name written by Bracton agreed with that in the Note Book. To add to the difficulty, the Note Book does not always give the name found on the rolls; it may vary the spelling of the name in different places in the same case. The rolls themselves, from which the cases in the Note Book were taken, may differ in their spelling of the name. On f. 387 our manuscripts give the name of Henry Buqueynte and on f. 436 that of Henry Boiqueinte, in each case with many variations. In pl. 235 in the Note Book, which is the case cited on f. 387, the name is spelled Boqueynt; pl. 716, the case cited on f. 436, has Bicunt' with Buqueinte in a marginal note; the two rolls which contain this latter case say Bucuint' and Bucuinte. In a previous case in the Note Book, pl. 394, the name is given as Buchoint and Buckoint; in pl. 936 it becomes Bucunt, and in pl. 1554 it is written Bucuinte. Whether or not the Note Book agrees with the rolls in the matter of the name in these last three instances is not indicated. At any rate Bracton, who apparently had access to both the rolls and the manuscript Note Book, was given a wide choice of surnames for this particular Henry; what selection he finally made we shall never know, unless we are fortunate enough to find his own manuscript.

The collation of the entire text for a large number of manuscripts has substantiated the deductions based on the collation of the individual passages as given in volume I, and noticeably the fact that many of the manuscripts fail to follow the same tradition throughout. This extensive collation also furnishes additional evidence to support the suggestion made in the first volume, to the effect that the tradition represented by group I gives us what is, basically at least, an early text which is older than most of the addiciones, and older than many of the corrections and alterations

made probably by Bracton himself. These two matters will be taken up more in detail in the notes and commentary. No new evidence in regard to the general principle of the addiciones has come to light, and only a few more of these additions have been found. One interesting result of the collation of the whole text is that it has given an answer to the often asked question as to what extent the editor of the first edition consulted the various manuscripts then extant. The fact that his text (designated as V in the footnote variants) sometimes follows one tradition and at other times another tradition and at still other times combines the readings of different traditions, and does this in such a way and to such a degree as to exclude the possibility of the use of a single manuscript only, proves that he made, as in his preface he claims to have made, a more than cursory examination and comparison of several texts.

Maitland called Bracton's book a readable book. To a lawyer this applies with particular force to the latter portion of the De Legibus which is contained in this volume. The academic and philosophical discussion of certain aspects and principles of the law which is found in some of the earlier parts of the work is here lacking. We are brought face to face with the hard facts of everyday litigation, and with the practical procedure of an eminently virile and workable body of law. The vivid clearness with which Bracton describes the procedural details of the living law which he administered makes the reader forget, for the time being, that it is not still alive. De Exceptionibus especially must be regarded as a remarkable piece of legal writing. If Bracton may be taken as typical of the group as a whole, the judges of medieval England were as competent as their Roman predecessors or their modern successors to treat a practical legal problem in a lawyerly way.

The next volume will be one of notes and commentary, much of the material for which is already collected. It will contain also the addenda and corrigenda for the preceding volumes, which matter has been reserved till this time in order that it might profit, in completeness, from the thorough use of the text which the notes and commentary will necessitate.

G. E. W.

Guilford, Conn.
September, 1941.

KALENDARIUM

Ad diem datum post visum habitum reincipiantur essonia.

Si loquela posita fuerit ad magnam curiam de comitatu et contentio fuerit de visu habito in comitatu.

Qualiter petens debet designare tenenti rem petitam, ut sciri possit si illam tenuerit vel non.

Si contentio habeatur quantum terræ positum fuerit in visu, aliquando fit inde iocus partitus.

F. 380 Si fiat inde inquisitio tunc sic.

Habito visu tunc warantum vocet tenens si voluerit si warantum habeat.

De waranto vocando post visum.

Quid sit warantizatio.

Quis possit warantum vocare et de qua causa.

Quis vocari debeat ad warantum.

F. 381 Si minor vocatus fuerit ad warantum.

Quandoque maritus vocat uxorem ad warantum.

Quibus modis obligetur quis ad warantizandum per cartam et finem factum.

Si minor vocatus fuerit statim ostendat tenens cartam vel aliud.

Aliquando sine cartæ ostensione vocatur minor ad warantum.

F. 382 Per homagium.

Si vocatus ad warantum homagium negaverit.

Item per cirographum et finem factum.

Item tacite vel expresse.

Si dominus capitalis ad quem terra pervenerit ut eschaeta vel alio modo cum non sit heres, quia res transit cum onere.

Si rex debeat warantizare, dici poterit quod sine rege respondere non poterit.

Warantus debet designari proprio nomine si possit vel quod tantundem valeat.

F. 383 Si warantus de dote feloniam fecerit et inter duos capitales de eschaeta contentio habeatur.

Si quis warantum vocaverit qui sit sub potestate sua, licet auxilium petierit non habebit auxilium curiæ.

Si warantus fuerit infra libertatem alicuius ubi non currit breve regis.

Breve si sine auxilio produci non possit.

Si minor vocatus fuerit ad warantum de dote vel in placito de recto, tunc summoneatur custos eius.

Si heres vocatus ad warantum nil teneat de hereditate materna

sed paraster suus, tunc summoneatur uterque sive fuerit heres maior vel minor.

F. 384 Essoniare se poterunt.

Breve de capiendo terram in manum domini regis per defaltam ad valentiam super warantum, magnum cape.

Si terra petita fuerit in uno comitatu et terra waranti in alio, tunc fiat extensio.

Breve de capiendo terram pro defectu.

Si de advocatione vocetur warantus, tunc capiatur terra ad valentiam et æstimetur advocatio, ut sciri possit quantum capi debeat.

Cape tantam terram quæ sit de hereditate talis.

F. 385 Si mulier dotem petierit et minor vocatus ad warantum et custos defaltam fecerit, capiatur de terra minoris pro defectu custodis.

Si minor vocatus fuerit ad warantum cum parastro et uterque defaltam fecerit, capiatur terra de hereditate materna, vel si alter ipsorum tantum, sed cum unus ipsorum prius comparuerit et alter non.

Si plures waranti defaltam fecerint.

Si waranti manentes sint in diversis comitatibus, et pro ea parte quam quilibet tenuerit, facta prius æstimatione.

Si warantus ad secundam summonitionem post captionem nec primo die nec secundo nec tertio nec quarto comparuerit.

Petens recuperabit seisinam suam per defaltam: et breve tale de seisina ei facienda.

F. 386 Cum tenens amiserit quia warantus non potest eum defendere in seisina sua, si warantus tenementum habuerit in eodem comitatu statim fiat ei excambium ad valentiam.

Si plures sint waranti et quidam defaltam fecerint et quidam non.

Si post summonitiones et essonia cum tenens se forte essoniaverit et warantus comparuerit vel quidam ex pluribus et sic diem habuerint in banco, et postea defaltam fecerint, capiatur de terra ipsorum etcetera, et fiat talis irrotulatio.

Cape de terra waranti ad valentiam.

De viro et uxore cum simul vocati fuerint ad warantum et alter ipsorum defaltam fecerit.

Cum warantus nullam habeat excusationem cum defaltam fecerit primo die, secundo, tertio vel quarto.

Breve de faciendo petenti seisinam et tenenti ad valentiam.

F. 387 Quod potest quis amittere per defaltam quam fecit primo die sicut secundo, tertio et quarto: probatio ad hoc.

Ubi quietus recedit de warantia et terra petita capiatur in manum domini regis.

Si petens defaltam fecerit offerentibus se liti tenente et waranto uterque quietus recedet.

Si warantus christianus vel iudæus terram non habuerit per quam distringi possit ad warantizandum, vicecomes habeat corpora eorum.

Post essonia et dilationes præsentibus in iudicio partibus et waranto, et warantus gratis warantizaverit et in se susceperit defensiones, tunc remaneat tenens domi donec discussum fuerit inter petentem et warantum.

Proposita intentione versus warantum.

Breve de facienda seisina et sic de manu in manum de pluribus sicut de uno, scilicet quod faciat excambium tali qui primo vocavit, et illud idem excambium tali, et adhuc illud idem excambium.

F. 388 Si warantus nihil habeat unde possit facere excambium.

Cum unus ex pluribus feoffatus fuerit et ex pluribus qui diversis temporibus feoffati fuerint, quod melior erit condicio eius quoad excambium qui primo feoffatus fuit si uno tempore fuerint implacitati, aliud si diversis.

Cum warantus nihil habeat unde possit excambium facere de hereditate eius cuius nomine vocatus fuit ad warantum.

Si ille qui feoffavit tempore feoffationis satis habuit, res illa quam tunc habuit tacite obligatur vel expresse forte per modum donationis.

Si warantus dicat quod warantizare non debeat, quo casu oportet quod qui eum vocavit rationem ostendat quare warantizare debeat si warantus contendere velit.

Confirmatio heredis cum ius ei descenderit facit primam cartam convalescere quæ ab initio fuit invalida.

F. 389 Item si homagium tantum.

Cum warantus warantizaverit, suspenditur prosecutio contra tenentem donec placitum de warantia terminetur.

Non tenebitur warantus ad maius excambium quam ad id ad quod vocatus fuerit ad warantum.

Si rex vocetur ad warantum de dono antecessoris, quis sit antecessor regis videndum.

Si privata persona vocetur ad warantum ratione cartæ suæ vel antecessorum suorum, exceptiones contra cartam.

In quibus casibus non tenetur warantizare.

F. 390 Exceptio quod donator numquam fuit in seisina.

Quod non est heres nec suus feoffatus.

Item non tenetur aliis heredibus warantizare quam illis qui sunt in carta comprehensi secundum modum donationis.

Item ubi quis remisit et quietum clamavit.

Item si salvo iure.

Item si non tenuit nisi ad vitam vel si certi homines excepti sunt.

Item si modum in donatione contentum quod donator non teneatur ad warantiam.

Item propter variationem si tenens semel cognoverit quod non tenuit tenementum nisi ad vitam vel ad voluntatem domini qui vocatur ad warantum.

Item non tenetur ad warantiam nec ad excambium de feoffamento et incumbratione tenentis sui, vel de iniuria et iniusta detentione.

F. 391 Item non tenetur quis de incumbramento tenentis sui.

De excambio rehabendo si factum fuerit.

F. 392 Suspenditur quandoque warantia ad tempus propter minorem ætatem vel propter mortem.

Fallit hoc quandoque propter finem factum vel si antecessor minoris non obiit seisitus ut de feodo, quia minor respondebit ad finem.

Suspenditur quandoque per mortem waranti.

Item si quis duos vel plures vocaverit ad warantum, ut si virum et uxorem.

Ubi plures vocantur ad warantum successive refert quis prius moriatur, et in persona cuius debeat placitum warantiæ suscitari, et unus ex principalibus personis moriatur.

F. 393 Remanebit totum placitum propter minorem ætatem unius waranti et postea resummoneatur.

Item suspenditur warantia propter dubium eventum, propter partum qui in utero est.

Item si warantus vocatus appellatus fuerit de vita et membris.

Item de eo qui debet esse loco heredis ut de eschaeta.

Item refert utrum warantus qui obiit tenuit in feodo vel ad vitam.

Item poterit quis intrare gratis ad warantiam etsi non vocetur, ad proprii iuris tuitionem.

Cum warantus de warantia se defendere non possit vel cum gratis

vel per iudicium, tunc reincipiet petens principale placitum versus warantum sicut fecit versus tenentem, et eodem modo proponat intentionem suam.

F. 394 Si autem ille qui warantizavit ulterius vocet warantum, tunc fiat ei tale breve pro auxilio curiæ.

Si ille qui vocatur ad warantum non tenuit nisi ad vitam quando feoffavit, et mortuo eo cum vocatus esset dominus proprietatis antequam warantizasset mortuus, et terra reverti debeat ad dominum proprietatis qui petit.

Cum ultimus warantus ulterius warantum vocare noluerit, tunc statim defendat ius petentis.

Proposita intentione contra warantum, si warantum visum petat denegabitur ei.

Si waranto competant aliæ exceptiones quæ primo non competierunt principali tenenti, proponantur illæ incontinenti.

Si autem nulla sit exceptio vel defensio.

Non tenetur quis factum patris warantizare vel excambium facere de hereditate matris, vel e converso.

F. 395 Item si warantus tenuerit de domino rege per seriantiam.

Item nec si ille qui warantum vocavit aliquid adiecit de alterius feodo.

Si de excambio fieri debeat extensio.

Casus ubi quis habere poterit ipsam rem principalem et nihilominus excambium.

Si tenens warantum vocaverit qui manens sit extra regnum et nihil habuerit in regno per quod distringi possit: si autem extra potestatem, tunc illum producat si voluerit quia auxilium non habebit.

Si implacitatus in Anglia warantum vocaverit qui manens in Hibernia.

F. 396 Si warantus non venerit nec tenentem suum defenderit.

Si warantus contenderit de warantia et carta producatur calumniata, et petens se ponat super patriam et testes nominatos in carta.

Summoneantur testes. Sed quid si manentes sint in diversis comitatibus?

Si carta bona sit in se et recognita pro bona, sed tamen donator non fuit compos sui nec sanæ mentis quando fecit donum illud.

Item si carta falso facta, quia quando fieri debuit ad vitam facta fuit in feodo.

Inquisitio si fuit sanæ mentis.
Si tantum per testes de consensu partium.
F. 397 Si res una data fuerit duobus, tunc inquiratur de prioritate.
Si advocatio data fuerit duobus.
Si inquisitio fieri debeat per testes et per patriam.
Si fieri debeat inquisitio in comitatu et non coram iustitiariis.
Si testes manentes sint in diversis comitatibus.
Item si in comitatu, breve interlaqueatum.
Si testes et recognitores non venerint ad primum diem.
F. 398 Variantur huiusmodi inquisitiones secundum varietatem placitorum.
Cum comparuerint testes et recognitores.
Probari poterit carta alio modo quam per testes.
Probatur sigillum per collationem.
Si plura proferantur instrumenta.
F. 399 Aliud genus warantiæ sicut de warantia cartæ.
Breve de warantia cartæ.
Si non venerit attachiatus observetur ordo attachiamentorum.
Si summonitus ad warantizandum tenentem suum vexaverit, erga dominum feoffatorem non habet locum breve istud secundum quosdam, sed breve de recto de servitiis et consuetudinibus.
De exceptionibus.
Quid sit exceptio.
De divisione exceptionum.
F. 400 Item quando proponendæ sunt et quando non.
Item quædam sunt ante visum et quædam post.
Item contra exceptionem competit replicatio.
Ad replicationem competit triplicatio.
Item quædam sunt perpetuæ et quædam temporales.
Item pluribus potest quis uti.
Probari poterit exceptio multis modis.
Item non per sectam.
Item non per simplicem vocem.
Imprimis de exceptione quæ proponitur contra iurisdictionem.
Quid sit iurisdictio et de eius divisione.
F. 401 Quale forum actor sequi debeat, et quæ pertineant ad forum seculare.
Item ratione criminis.
Item ratione contractus.
Item si quis elegerit unum iudicem ad alium recurrere non potest de facili.

Æstimare debet iudex an sua sit iurisdictio.

Quod laicus non est conveniendus coram iudice ecclesiastico de aliquibus quæ pertinent ad coronam et dignitatem domini regis.

Poterit quis renuntiare iis quæ pro se introducta sunt, sed non in præiudicium alterius.

F. 402 Dictum est si per consensum. Nunc autem si contra voluntatem.

Breve ad prohibendum, si contra coronam et dignitatem domini regis, iudicibus ne teneant placitum de catallis quæ non sunt de testamento vel matrimonio.

Item iudicibus ne teneant de laico feodo.

Item ne sequatur.

De diversitate prohibitionum.

Item prohibitio de advocationibus. Indicavit iudicibus.

F. 403 Prohibitio si rectores ecclesiarum contendant inter se sine patronis.

Item alterius modi prohibitio si clericus præsentatus ab eo qui obtinuerit, implacitatus fuerit a clerico ipsius qui amisit in curia regis.

Breve prohibitionis, Ostendit nobis, formatum a iustitiariis secundum querelam.

Item breve prohibitionis contra eum qui sequitur contra iudicium factum in curia regis.

Item prohibitio si fiat contra ea quæ in curia regis rite acta sunt.

Item si de iis quæ pertinent ad laicum feodum ratione alicuius advocationis, sicut de exenniis vel redditibus quæ pertinere possent ad coronam.

F. 404 Si minus idoneus fuerit recusatus et idoneus admissus, ad querelam breve formatum a iustitiariis.

Prohibitio iudicibus si clericus ad præsentationem regis vel antecessoris admissus implacitetur in curia christianitatis.

De donationibus quæ pertinent ad regem in vacatione episcopatuum, abbatiarum, prioratuum et huiusmodi.

Prohibitio si clericus implacitaverit ballivum vel alium ministrum eo quod arrestavit eum pro pace regis vel pro latrocinio.

Item prohibitio de eo qui dicebat se tenere per legem Angliæ, in curia christianitatis probare voluit pueros suos legitimos qui re vera bastardi fuerunt.

Breve super hoc.

F. 405 Si quis voluerit in curia christianitatis legitimationem suam probare antequam inquisitio esset iudicibus per curiam regis demandata: de Waltero Muschet.

F. 411 Qualiter excipiendum sit contra iurisdictionem alicuius iustitiarii superioris.

Item contra iurisdictionem inferioris iustitiarii.

De exceptione contra personam iustitiarii et de causa recusationis.

F. 412 De iurisdictione maiorum et minorum iudicum.

Mutatur quandoque iurisdictio de iurisdictione in iurisdictionem et quandoque de persona in personam, mutato nomine rerum.

An privatorum consensus mutare possit iurisdictionem.

F. 413 De exceptione contra breve et ubi cadere debet et ubi non.

Quid sit breve, et quæ originalia et quæ magistralia.

F. 415 Si competat exceptio ex persona petentis unde quædam dilatoria et quædam peremptoria multis rationibus.

F. 416 Exceptio contra petentem ex persona petentis.

De exceptione bastardiæ in causis bastardiarum, quia nulla bastardia simplex sed quælibet causam habet certam.

F. 418 Quis bastardiam opponere possit.

Item contra quem.

Item inter quas personas locum habet.

Cum obiecta fuerit cum causa, oportet quod sequatur probatio.

Mittitur inquisitio bastardiæ ad curiam christianitatis per breve.

F. 419 Forma brevis.

Oportet quod ille cui opponitur bastardia probet se esse legitimum.

Breve quando opponitur ei bastardia qui est in seisina.

Quod pater numquam desponsavit matrem talis.

Breve quod natus ante matrimonium.

Cum loquela transmissa fuerit ad curiam christianitatis, remaneat placitum in curia regis donec veniat inquisitio.

De officio ordinarii.

F. 420 Facta inquisitione statim resummoneatur loquela per hoc breve.

Quod ad diem summonitionis poterit essoniari summonitus si voluerit.

Quis sit effectus legitimationis cum probata fuerit.

Exceptio competens ex persona petentis si fuerit non sanæ mentis, id est furiosus.

F. 421 Item exceptio ex persona petentis si fuerit surdus et mutus naturaliter.

Exceptio propter morbum incurabilem sicut de leproso.

Item datur exceptio ex cognitione ubi quis cognovit se esse villanum in curia.

Item ex crimine si convictus fuerit de felonia vel aliquis antecessorum.

Item per mortem civilem si quis se contulerit religioni quod habitum susceperit professionis.

De exceptionibus quæ competunt ex persona petentis et quæ dilatoriæ sunt sicut de minori ætate.

F. 422 De quibus minor infra ætatem debeat respondere et de quibus non.

Cum minor implacitatus fuerit ante ætatem non debet respondere de aliquo de quo antecessor suus cuius heres ipse est obiit seisitus ut de feodo.

Breve ne minor respondeat infra ætatem.

F. 423 Breve ne minor respondeat infra ætatem de libero tenemento suo donec sit talis ætatis etcetera.

Si plures sint coheredes quorum quidam infra ætatem et quidam non.

Item oritur exceptio ratione adiuncti sicut de participe et uxore.

Si mulier plenæ ætatis cum hereditate nupta fuerit minori vel e converso.

Status minoris mutari non debet nec de tenementis nec de servitiis et consuetudinibus.

F. 424 Si in assisa mortis antecessoris vel in placito per breve de recto obiciatur minori quod placitare non possit quia minor est, replicare poterit et dicere.

De probatione ætatis ex præsumptione per aspectum corporis.

Qualiter probatur ætas per patriam cum per aspectum corporis probari non possit, et per quos.

F. 425 Item ex præsumptione, ut si quis alios implacitaverit sicut maior, aliis respondebit ut maior.

De resummonendo loquelam ad curiam quæ remansit sine die propter minorem ætatem.

Breve cum seisinam recuperaverit iam maior factus versus dominum capitalem, et similiter de vasto facto infra ætatem in uno brevi.

De loquelis ad curiam resummonendam quæ positæ fuerunt sine die ob alias causas.

Breve de resummonendo loquelam ubi remansit sine die propter ætatem minoris qui vocatus fuerit ad warantum.

Item propter iter iustitiariorum.

Item pro servitio domini regis.

F. 426 Item propter peregrinationem in Terram Sanctam.

Item si ad curiam christianitatis quacumque de causa vel in placito dotis.

Si in partes transmarinas in servitio domini regis, de advocatione.

Si generalis fieri debeat resummonitio ad bancum.

Breve ad hoc vicecomiti quod clamare faciat.

Exceptio ex persona petentis propter lepram.

Si vir uxoris appellatus de felonia, non cadit actio prius ante convictionem instituta.

Qui rite fuerit excommunicatus et perstiterit in excommunicatione per quadraginta dies.

F. 427 De capiendo excommunicatum ut sic gladius iuvet gladium.

Rex super hoc mandet vicecomiti.

Si appellatus de felonia ad appellum declinandum falso dedit intellegi regi vel episcopo quod appellans excommunicatus fuit et ita quod captus fuit, breve ad deliberandum eum.

Item exceptio ex persona petentis competit tenenti quod petere non potest quia alienigena est et ad fidem regis Franciæ.

Exceptio contra petentem propter statum dubium multis rationibus.

Item exceptio ex delicto spoliationis donec fuerit restitutus.

F. 428 Item exceptio dilatoria quia ius commune ita quod sine alio respondere non potest, vel quia in parte tangit alios sine quibus etcetera.

Item exceptio quod participes habet sine quibus etcetera.

Item quod particeps est ad fidem regis Franciæ.

F. 429 Cum particeps sine participibus obtinuerit forte per fraudem, et quidam per fraudem sequi noluerint.

De summonendo participes.

Si unus ex participibus moriatur cum omnes in brevi nominentur.

Cum unus ex participibus teneat hereditatem.

Si hereditas partita sit inter participes.

Sunt qui terram tenent in communi sed non ut coheredes.

Exceptio quod viro non respondetur sine uxore cuius hereditas fuerit, sed non e converso. Item si ille petat qui actionem non habet.

Item exceptio quod sine assensu talis superioris.

De exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona petentis dictum est. Nunc autem dicendum de exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona sua propria.

F. 430 Licet non sint nominati oportet quod summoneantur cum tenens sine illis non respondeat.

Item de eodem oportet quod omnes nominentur petentes, licet responderi possit quod quidam bastardi et quidam villani et huiusmodi: ad hoc faciunt plures probationes ut infra.

Item si particeps sit surdus vel mutus.

F. 431 Si tenenti competat exceptio ex ipsa re.

Oportet quod petens designet rem quam petit cum pertinentiis.

Proposita intentione videre poterit tenens an totam teneat vel non, et unde oportet quod visum habeat vel quod tantundem valeat.

Cum visum habuerit.

Oportet designare rem quæ et qualis sit quæ petitur, si res mobilis vel immobilis, et certa designatio.

F. 432 Exceptio quod nihil inde tenet.

Cognoscere poterit quod aliquando tenuit rem petitam sed modo non tenet illam: ideo videndum quando desiit possidere.

Si summonitione præventus fuerit.

Item si totum non teneat quia alius tenet de pertinentiis.

F. 433 Item quod aliquando fuit de pertinentiis sed postea desiit esse.

Inquisitio utrum tenuerit totum vel non.

Si tenens dicat quod nihil tenuerit et alias cognoverit quod totum tenuit.

Si tenens cognoverit quod totum non tenuerit in feodo sed partem.

Si quis manerium petat cum omnibus pertinentiis ad quod pertineat advocatio.

Si dicat quod nihil tenuerit mentiendo, sicut de priore de Wenlock et Waltero de Insula.

F. 434 Si tenens dicat quod totam non teneat et petens quod totam, sic fit res dubia per negationem, aut locus erit ioco partito aut inde inquisitio et de pertinentiis, et sunt pertinentiæ pertinentiarum.

Item dicitur in tali villa. Videndum igitur quid dici debeat villa.

Item de hoc quod dicit petens, Peto hoc ut ius meum, oportet docere quo iure petat, cum sit ius proprietatis et possessionis, et inde exceptio.

F. 435 Item plures possunt ius habere, unus maius et alius minus.

Item sunt qui tantundem iuris habent.

Item quod uxorem habet tenens cuius ius agitur.

Item quod poterit impediri descensus per feloniam commissam per aliquem antecessorum.

Item competit exceptio tenenti ex ipsa editione actionis, si omnino nihil vel obscure.

Item datur exceptio ex variatione narrationis dicendo modo unum et modo aliud.

Item competit exceptio tenenti ex re iudicata.

Item competit exceptio ex taciturnitate, quod clamium non apposuit.

F. 436 Item quando?

Item cui præiudicetur de clamio non apposito.

Excusationes quare clamium non apposuit.

Excusatur si in prisona tunc fuit.

Item si infirmitate tali quod discernere non possit et quod memoriam etcetera.

Si finis factus qui teneri nec stare possit et ubi finis nullus.

F. 437 Si tempore placiti nec ipse nec antecessores ius habuerunt.

Item finis factus fuit ita in occulto ante tempus legitimum, scilicet unius mensis ad minus.

Item excusatur quis si loquatur de seisina sua propria.

In quibus casibus non excusatur.

Si quis dixerit se esse impeditum hoc probare debet, ut si dixerit se fuisse in partibus transmarinis vel in prisona et huiusmodi.

De exceptione finis facti.

Exceptio de defectu probationis per lapsum temporis, quia de tam longinquo tempore quod excedit memoriam hominum, vel propter limitationem brevium.

Exceptio si tenens fuerit a duobus implacitatus, quia nemo duobus respondet simul.

Exceptio contra petentem ius merum per breve de recto, ut si ipse tenens teneat ad vitam quacumque ratione.

Item per legem Angliæ si partum habuerit qui vocem emiserit quæ auditur.

F. 438 Item de partu supposito.

Item si monstruosum, et pro clamore emiserit rugitum.

Replicatio ad exceptionem præmissam.

Si omnino nullus heres existat et tenens per vim se tenuerit in seisina.

F. 439 Qualiter procedendum sit contra contumaces in personali actione.

In actione iniuriarum.

In actione criminali.

Irrotulatio post defaltam.

Breve de attachiando et ponendo aliquem per vadium et plegios in personali actione cum fecerit defaltam.

F. 440 Breve de attachiando per meliores plegios.

Qualiter et quando plegii sunt amerciandi.

Breve quod distringatur quis per terras et catalla et ulterius per ordinem.

DE INGRESSU

De causa proprietatis ubi quis vel aliquis antecessor tenementum aliquod dimiserit alicui de voluntate sua ad terminum qui præteriit, et ubi agitur de ingressu ad recuperandum tenementum.

DICTUM est supra de causa possessionis quæ per assisas et recognitiones terminatur. Nunc autem dicendum de causa proprietatis quæ terminatur per iuratam ex testimonio et probatione eorum qui probare possunt de visu suo proprio et audito, ubi quis scilicet seisinam suam propriam petierit vel alicuius antecessoris sui quam de voluntate sua de f. 318] aliqua re ad terminum annorum vel ad terminum vitæ aliis dimisit, et quæ post terminum præteritum ad ipsum reverti debeat, et ubi locum non habet assisa novæ disseisinæ quia contra voluntatem suam et iniuste non est disseisitus. Nec etiam assisa mortis antecessoris quia antecessor suus non obiit seisitus in dominico suo ut de feodo, quia alius inde habuit liberum tenementum qui[1] rem illam tenuit ad vitam, quod quidem aliud esset si ad terminum annorum quamvis centum qui vitam hominum excederet. Et non solum locum habet ista actio versus eum qui rem ita receperit ad terminum, verum etiam versus omnes qui per talem[2] habent ingressum quatenus gradus et tempus permiserint.[3] Non enim excedit tertium gradum nec tempus quod excedit testimonium de visu et auditu. Item non solum locum habet versus eos qui per tales habent ingressum, sed locum habet versus alios qui ingrediuntur per tales qui rem transferre non possunt sine consensu aliorum, licet aliquod ius habeant transferendi, ut si canonicus sine consensu[4] episcopi et capituli. Item si uxor sine consensu viri, et e converso si[5] vir sine consensu uxoris.[6] Si abbas sine consensu capituli. Item si celerarius[7] vel alius procurator sine assensu[8] abbatis vel prioris, vel aliorum quorum requiri debeat assensus in translatione facienda. Item locum habet hæc actio versus omnes qui ingressum habent per tales qui transferunt et qui liberum tenementum non habent nec ius transferendi, nisi quod sunt in nuda possessione et nomine aliorum, et transferunt contra voluntatem dominorum, ut custos vel ballivus dum aliquis fuerit infra ætatem vel absens vel in prisona vel non sanæ mentis vel alio modo, secundum quod inferius plenius dicetur. Et notandum quod

[1] quia, OC, MG. [2] tales, OB, MA, MB. [3] permiserunt, OA, OB, CE; permiserit, OC, MA. [4] assensu, OC, CM, MC, LA. [5-6] Om., MG, CM. [7] clericus, MG; c. clericus, V. [8] consensu, OB, MA, MB, OC, MG.

hæc dictio terminus large se habet, et[9] ad terminum vitæ et[10] ad terminum[11] annorum qui præteriit. Et sciendum quod ille qui ad terminum annorum[12] dimittit quamvis longissimum, dum tamen[13] probari possit ingressus[14] ex testimonio visus et auditus, retinet sibi dominium, proprietatem,[15] feodum et liberum tenementum, si[16] hæc omnia prius habuit vel quædam istorum secundum quod prius habuit.[17] Nihil enim transfert ad firmarium nisi quod possit uti et[18] frui, scilicet habere usum et percipere fructum. Et unde bene poterit proprietarius hæc omnia ad alium transferre quæ sibi retinuit sine iniuria firmarii, quod si non fecerit, hæc omnia transfert ad heredes suos. Item notandum quod istæ dictiones ad terminum qui præteriit generales sunt et terminare possunt plures casus speciales, et in narratione facti suppleri poterit quod minus dictum est[19] in brevi, et[20] cum[21] generale sit prius dicatur de eo. Forma brevis talis est.

Breve si quis dimiserit ad terminum qui præteriit.

REX vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste et sine dilatione reddat B. tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quam idem B. illi[22] dimisit ad terminum qui præteriit ut dicit. Et nisi fecerit et idem B. fecerit te securum de clamore[23] suo prosequendo, tunc summone per bonos summonitores præfatum A. quod sit coram iustitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera. Qualiter autem tenens summoneri[24] debeat, et si non venerit ad summonitionem qualiter defalta puniri debeat, infra dicetur plenius in actionibus realibus. Poterit f. 318b] autem se essoniare si[25] voluerit[26] de malo veniendi et non de malo lecti, quia numquam locum habebit essonium de malo lecti nisi breve de ingressu per narrationem vertatur in breve de recto, propter longissimum ingressum qui probari non poterit per visum proprium alicuius et auditum sed alienum, et ubi agi oportet de necessitate de mero iure per magnam assisam vel per duellum. Et cum breve de ingressu incipiat esse alterius naturæ quam primo fuit, scilicet brevis[27] de recto, merito debet habere omnia quæ habet breve cuius naturam sequitur in narratione. Et vice versa si contingat quod per narrationem vertatur breve de recto in breve de ingressu, desinit habere naturam brevis de recto et sic amittet essonium de malo lecti ratione præmissa. Sed si cum breve de recto per narrationem incipiat esse breve de ingressu, et[28] petens narrationem suam

[9] Om., CE, CM; scilicet, MG. [10-11] vel, MG; ac, OC. [12] Om., OC, MG, CM, LA. [13] Om., OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [15] proprietatis, OB, MA, MB. [16] et, OC, MG, CM; non, CE. [17] habuerit, V, CM. [18] Om., OB, MA, MB. [19] Om., OA, CE. [20-21] etc., OA ,CE; etc. cum, Y. [22] ei, OB, MB; om., MA. [23] clamio, Y, OC; clam., MSS. gen. [24] summoniri, OC, MA. [25-26] Om., LA, CM. [27] breve, V, OC, MG, MA. [28] ut, OB, MA, MB.

proposuerit et fundaverit et paratus sit probare eam per patriam, tamen in voluntate tenentis est utrum se ponere voluerit in[29] iuratam de ingressu tali vel non, cum tria habeat remedia, scilicet defendendi se per[30] duellum vel ponendi se in magnam assisam de iure vel in iuratam de ingressu. Sed cum in voluntate tenentis sit elegendi quam istarum viarum voluerit, non prius fiet[31] breve de recto de ingressu quam tenens elegerit se defendere per iuratam contra ingressum. Ut si abbas, prior vel alius petierit versus aliquem per breve de recto aliquam terram ut ius ecclesiæ suæ, vel alius[32] ut ius suum per verbo de recto et ut de iure mero, et adiciat in fine clausulam istam, et in quam non habet ingressum nisi per talem prædecessorem suum qui terram illam ei dimisit ad terminum etcetera. Vel si aliquis dicat, et in quam non habet ingressum nisi per talem quæ fuit uxor talis, quæ terram illam tenuit in dotem de dono talis cuius heres ipse petens est, et quamvis tempus brevis de ingressu hoc permiserit, non tamen propter hoc vertitur breve de recto ad breve de ingressu, sed in suo statu durabit per omnia nisi tenens gratis se posuerit in iuratam de ingressu. Vertitur quandoque e converso per narrationem breve de ingressu ad breve de recto de necessitate et non de[33] voluntate, quandoque propter longissimum ingressum, quandoque[34] propter donum et feoffamentum. Propter longissimum ingressum[35] qui probari non possit[36] de alicuius visu proprio vel auditu sed alieno, sicut de visu patris et auditu qui iniunxit filio, quo casu propter necessitatem et alterius probationis defectum oportet quod tenens se ponat in magnam assisam vel defendat per duellum. Ut si ingressus longinquus sit de tempore Henrici regis avi vel infra usque ad tempus assisæ mortis antecessoris, ut si dicatur, et unde A.[37] non habet ingressum[38] nisi per B. qui non nisi custodiam inde habuit cum[39] C. cuius hereditas terra illa fuit, et quæ fuit mater[40] prædictæ C.[41] matris scilicet[42] uxoris eius qui petiit,[43] et per quam prædictus talis et uxor eius qui petunt scilicet clamant terram illam. Et postea sic, et unde prædicta talis avia fuit seisita in dominico suo ut de feodo et iure tempore talis regis capiendo inde expletia etcetera, et de tali descendit ius etcetera, sicut per breve de recto. Et quo casu oportet quod tenens se ponat in magnam assisam vel defendat se per duellum in defectum alterius probationis, nisi sit qui dicat quod breve cadere debeat propter tempus et longissimum ingressum. Si autem tempus permiserit, tenens habebit electionem ponendi se in iuratam
f. 319] de ingressu quousque se posuerit in magnam assisam vel se defen-

[29] super, MA, MB; per, OB. [30] vel per, OA, CM. [31] fiat, OB, MA, MB. [32] alium, OB, MA, MB. [33] Om., OB, MA, MB. [34-35] Om., LA, MA, MB (+). [36] possunt, OC, MG. [37] Om., OB, MA, MB. [38] i. ipse A., OB, MA, MB. [39] etc., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [40] *sic*, OA, Y, LA, MC; ius, V, MG; iur. (= iure), OB, MA, OC, CM; iur. (?), mr. (?), CE, MB. [41] *sic*, MSS. gen.; E, OA, MG. [42] B., V, OB, MA, MB, Y. [43] petit, V, LA, OC, CM.

derit per duellum. Ponere autem se poterit in iuratam per hæc verba. Defendere enim[1] poterit talem ingressum et quod nullum habet ingressum per talem, quia antequam talis aliquid inde haberet fuit ipse tenens seisitus per alium talem, et ita quod per[2] prædictam aviam nullum[3] ingressum habuit sicut ipse petens dicit, et perveniri[4] poterit ad inquisitionem si tempus permiserit de ingressu. Per hæc verba scilicet, si prædictus talis tenens aliud ius vel alium ingressum habuit in prædictam terram quam per ipsum talem etcetera, qui terram illam ei dimisit[5] de hereditate talis[6] uxoris talis[7] etcetera, vel qui terram illam ei dimisit de hereditate[8] talis[9] uxoris suæ, vel alio quocumque modo etcetera. Item quod breve de ingressu vertitur ad breve de recto ubi contra ingressum de termino opponitur[10] feoffamentum sicut propter tempus longissimum, videri poterit in itinere Willelmi de Ralegha in comitatu Norhamtoniæ de Petro de Goldingtona[11] qui petiit terram versus Willelmum de Bretun[12] per breve de ingressu, et ubi Willelmus defendit talem ingressum et dixit quod habuit ingressum per antecessorem illum de cuius seisina idem Petrus petiit terram illam, qui de terra illa[13] eum feoffavit tenendum pro homagio et servitio suo, et quod tale fuit ius suum per feoffamentum et non per talem ingressum posuit se in magnam assisam, et processit assisa quia clamavit tenere per feoffamentum per hæc verba, scilicet utrum ipse maius ius habuit in terra illa ut[14] in illa[15] quam talis antecessor prædicti Petri ei[16] dedit pro homagio et servitio suo an idem Petrus tenendi eam in dominico. Ad idem[17] facit de termino Paschæ anno quarto[18] decimo comitatu Wiltoniæ[19] de Radulfo le Moigne, quia tenens locutus fuit de feoffamento antecessorum petentis de tempore quinquaginta annorum ubi[20] excedit tempus assisæ[21] mortis antecessoris, statim desinit esse breve de ingressu propter longinquum[22] ingressum nisi ex necessitate ut infra.[23] <De hac materia inveniri poterit in rotulo de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto comitatu Eboraci, de Petro de Malo Lacu et Isabella uxore eius petentibus et priore de Sancti Oswaldo tenente.> Si autem tenens omnino non venerit nec per se nec per attornatum, tunc capiatur terra in manum domini regis per magnum cape quod tale est ut infra de actione reali et ibi breve. Et si ulterius aliam fecerit defaltam,

[1] enim se, OB, MA, MB. [2] Om., OC, MG. [3] numquam, OB, MA, MB. [4] pervenire, V, MG; perpendi, OC. [5] d. B. uxori, V, MG. [6-7] A., V, MG. [6-8] Om., OC, MC. [9] Om., LA, CM. [10] ponitur, OB, MA, MB; opponatur, OC; apponatur, MG. [11] Galdington, V; Codington, OC. [12] Breton., Berton., Bruton., Bertum, Britun, MSS. var. [13] Om., OB, MA, MB. [14-15] Om., OB, MA, MB. [16] qui ei, OB, MA, MB. [17] hoc, OB, MA, MB. [18] regis Henrici quarto, OB, MA, MB, OC. [19] Wyltes., MC; Wi(y)lt., MSS. var. [20] ut, OB, MA, MB. [21] assisa, V, CE; ass., MSS. var. [22] longissimum, V, OC, CM; l. tempus, OB, MA, MB, V (temporis). [23] supra, MG, CM.

tunc procedatur contra ipsum per parvum cape postquam comparuerit, et tunc fiat ut ibi. In fine autem cum tenens comparuerit vel[24] excipere poterit contra breve vel contra personam petentis, vel[25] alio modo multis de causis[26] et multis rationibus, ut infra de exceptionibus plenius, cum petens intentionem suam proposuerit, fundaverit et probaverit secundum quosdam. Non enim sufficit dicere quod tenens talem habeat ingressum sicut ipse dicit nisi docere possit quod ad ipsum pertineat actio, et quod ad ipsum debeat[27] res reverti post terminum ratione seisinæ antecessoris sui, de cuius seisina fecerit mentionem. Non tamen narrare debet sicut per breve de recto nisi ita sit quod breve[28] de ingressu versum sit in breve de recto. Sufficit enim si dicat, *Peto tantam terram ut ius meum*[29] *possessorium* si ad vitam tenuerit,[30] vel *ut hereditatem* si teneat in feodo, *et in quam talis non habet ingressum nisi per talem* etcetera, quia sufficit ista narratio tantum ad seisinam in iudicio possessorio: ut si ille dederit ad f. 319b] terminum qui non tenuerit nisi ad vitam quacumque ratione vel in feodo. Si autem mentionem fecerit de usu et expletiis et in dominico suo ut de feodo, responderi posset sicut ad breve de recto, et posset tenens se defendere per duellum vel magnam assisam quod in hoc breve locum non habet. Potest etiam tenens defendere ius petentis et talem ingressum per[31] talem[32] et dicere quod non habet ingressum per talem de quo breve loquitur, immo per alium talem, et inde se ponat super inquisitionem, et fiat tale breve de inquirendo veritatem nisi[33] tenens ita esse cognoverit sine inquisitione. Forma brevis talis erit si fieri debeat inquisitio in comitatu.

Si respondeat tenens quod non per talem nominatum in brevi sed per alium talem.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram te et coram[34] custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno comitatu duodecim tam milites quam alios liberos, legales et discretos homines de visneto tali per quos rei veritas melius sciri poterit, et qui A. de N. nulla affinitate attingant, et etiam[35] qui nullo modo sint essoniabiles, ad recognoscendum super sacramentum suum[36] si prædictus A. aliud ius vel alium ingressum habuit in talem terram cum pertinentiis in tali villa quam per B. fratrem C. cuius heres ipse est, et qui terram illam ei dimisit ad terminum qui præteriit, vel si ingressum habuerit per D. qui terram illam ei dedit in feodo ut idem A. dicit, quia tam prædictus A. quam prædictus C.

[24] Om., OB, MA, MB. [25-26] multis modis, OB, MA, MB. [27] debet, OB, MA, MB. [28] per b., OB, MA, MB. [29] suum, OA, OC, MG, CM, LA, Y; merum, CE. [30] tenuerint, OA, CE, MG. [31-32] Om., OB, MB, OC; om. per talem . . . ingressum, MA. [33] ubi, MSS. var. [34] Om., OB, MA, MB. [35] Om., OB, MA, MB, CM. [36] Om., OC, MG.

posuerunt se inde in iuratam illam. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad talem terminum evidenter, distincte et aperte per litteras tuas sigillatas sigillo tuo et sigillis prædictorum custodum placitorum coronæ nostræ, et per duos vel quatuor ex illis per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et[37] habeas ibi hoc breve et nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris.[38] Et ita per affirmationem petentis et contradictionem tenentis fit discussio per patriam de veritate, et secundum hoc aut remanebit tenens in seisina quousque petens sibi perquisiverit per breve de recto, vel petens recuperabit seisinam suam per inquisitionem. Si autem fieri debeat inquisitio coram iustitiariis et[39] non in comitatu,[40] tunc fiat hoc modo.

Breve si iuratores venire debeant coram iustitiariis.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram nobis vel coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium duodecim etcetera, ad recognoscendum etcetera, si etcetera, quia tam etcetera. Et interim terram illam videant et se ita inde[41] interim certificent, quod nos vel[42] præfatos iustitiarios nostros ad præfatum terminum plenius inde certificare possint.[43] Et habeas ibi nomina recognitorum et hoc breve. Teste etcetera.

Si tenens excipere voluerit.

Dictum est cum petens intentionem suam simpliciter proposuerit et tenens contra intentionem[44] excipere noluerit, sed simpliciter se posuerit in iuratam de ingressu. Nunc autem si tenens excipere voluerit contra intentionem. Imprimis necesse est quod petens intentioni suæ fundamentum imponat, scilicet quod doceat ad ipsum pertinere actionem quod ipse tradiderit[45] ad terminum, vel aliquis antecessor suus cuius heres ipse f. 320] sit. Et non sufficit quod doceat rem ita esse traditam per ipsum vel antecessores suos nisi ostendat quod tenens talem habuerit ingressum et per tales sicut ipse dicit. Item non sufficit ita proponere et fundare intentionem nisi propositam et fundatam probaverit, cum simplici voci[1] alicuius non sit fides[2] adhibenda.

Cum partes in iudicio comparuerint.

Constitutis igitur partibus in[3] iudicio[4] aut habet petens probationem aut non habet, vel non nisi sectam tantum quæ non inducit nisi tantum præsumptionem, et quæ non sufficit quia in contrarium admittit[5] defen-

[37-38] Om., MA, MG, CE, LA. [39-40] Om., OB, MA, MB. [41] Om., OB, MA, MB, MG, CM, Y. [42] et, OB, MA, MB. [43] possunt, V, MA, MG. [44] i. suam, MSS. var. [45] tradiderat, OB, MA, MB.

[1] voce, CE, MA, MC, OC. [2] dies, CE, OA (corr.). [3-4] Om., OB, MA, MB, Y. [5] amittit, MB, OC, CM, OB (corr.), LA (corr.).

sionem per legem. Si autem nullam omnino habuerit probationem pro se, videtur quod tenens non habet[6] necesse ei in aliquo respondere propter defectum probationis, quia deficere poterit[7] probatio licet ius numquam[8] deficiat. <Secundum quod probatur in itinere episcopi Dunelmensis et Martini de Pateshilla in comitatu Eboraci anno regis Henrici tertio, de Raghenilda Murdake.> Et quod cadat[9] breve videtur nisi sit qui sustineat, quod de gratia iustitiariorum possit et debeat ei subveniri per iuratam patriæ, sed cum causæ cognitione, vel quia forte instrumenta probationis deperdita sunt vel quia illa ad probationem suam faciendam ad manum non habuerit vel sine difficultate habere non poterit. Quo casu dabitur alius dies, ut de termino Paschæ anno regis Henrici quarto decimo comitatu Dorsetiæ, de Matillide[10] quæ fuit uxor Stephani de Bosco. Si autem instrumentum probationis protulerit de[11] termino et dimissione et ei contradicatur, probetur veritas instrumenti per testes et per patriam, qua probata, adhuc erit necesse probare ingressum et terminum præteritum si contra excipiatur, alioquin inutilis erit actio. Si autem instrumentum ab initio concedatur et tenens excipiat de feoffamento, ut si concedat quod primo receperit ad terminum et quod infra terminum datum sit[12] ei in feodo tenementum, si petens feoffamento contradicat et cartæ, procedet inquisitio de feoffamento per testes et per[13] patriam. Et quo casu si feoffamentum sufficiens sit et bonum, retinebit tenens et sic terminabitur negotium. Si autem feoffamentum nullum, sic recuperabit petens sine aliquo regressu[14] quem tenens habere possit[15] ad terminum, quia in eo quod se tenuit ad feodum tacite termino renuntiavit. Si autem petens pro[16] se nullam habeat probationem nisi simplex dictum et simplicem vocem de dimissione et termino, et tenens ex abundantia, licet ad hoc non teneretur, proferat cartam de feoffamento quæ dedici non possit, tenens in seisina sua remanebit. Ut de ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Suffolciæ de Willelmo de Wantham et Matillide[17] uxore eius. Nec etiam tenens sive petens audiendus[18] esset[19] si se ponere vellet super patriam de ingressu suo cum nullam habeat pro se præsumptionem, nec contra cartam ut videtur respondere poterit quæ proponitur in modum exceptionis cum actio sua non teneat super principali. Item esto quod petens dicat quod tenens non habeat ingressum nisi per A., et tenens respondeat et dicat quod ingressum habeat per ipsum petentem vel aliquem antecessorem suum qui dederint, recognoverint vel remiserint

[6] habeat, MC, LA. [7] potest, OB, MA, MB. [8] non, OB, MA, MB, Y. [9] cadit, MA, MB, CE, CM. [10] Matilda, OC, MG, CM. [11] ut de, OB, MB. [12] fuit, OB, MA, MB. [13] Om., MC, LA. [14] ingressu, OB, MA, MB, OC, LA, MC. [15] posset, OB, MA, MB. [16] per, OC, MG. [17] Matild., MSS. var. [18-19] est audiendus, OB, MA, MB.

per cartam suam, quæ prolata[20] hoc testetur. Si petens cum ad cartam responderit illam concedat et quod facta fuit, sed tali tempore quod f. 320b] valere non debeat, quia cognoscit cartam quocumque modo et qualitercumque factam, concedit[21] per consequens ingressum per talem petentem, scilicet se ipsum vel[22] antecessorem suum qualitercumque, et non per eum quem petens nominat in brevi suo. Et ideo cadit actio et tenens sine die, et petens sibi perquirat per aliud breve. Ut de itinere Willelmi de Ralegha in comitatu Warrewickiæ, de Hugone de Aylmaresthorpe.[23] Et cum obiectum fuerit feoffamentum et excipiatur contra cartam a petente ubi[24] probationem habet de ingressu vel saltem præsumptionem, et uterque se posuerit in iuratam, tunc fiat recognitio per hæc verba: ad recognoscendum videlicet si prædictus A. aliud ius vel alium ingressum habuerit in prædictam terram quam per prædictum B. qui terram illam ei dimisit ad terminum qui præteriit, vel si idem A. ingressum habuit[25] in prædictam terram per eundem B. qui terram illam ei vendidit vel dedit in feodo per cartam suam ut idem A. dicit. Et unde etiam cognoscit quod prædictus B. terram illam ei primo dimisit ad terminum, et durante termino illam ei dedit in feodo per cartam suam. Et fere per eadem verba fieri poterit recognitio si partes absque probatione et instrumentorum exhibitione se gratis posuerint in iuratam. Item excipi poterit contra petentem quod alius maius ius habeat quam ille qui petit. Item quod alius dimisit et non ille de quo fit mentio in brevi per errorem. Item quod terminus non præteriit,[26] et si terminus præteriit quantum ad primum instrumentum et primam conventionem, prorogatus fuit terminus per aliam conventionem et[27] per aliud instrumentum, quod quidem statim exhibeat. Item excipere poterit contra petentem quod terminus excedit tempus assisæ mortis antecessoris[28] et ideo quod[29] deficiat probatio. Et infinitæ sunt exceptiones de quibus non est necesse hic[30] facere mentionem quia de illis inferius plenius dicendum erit.

De exceptione contra ingressum, et quod tenens poterit renuntiare exceptioni[31] si per alium quam per eum qui in brevi nominatur, et vocare warantum licet hoc sit se[32] ipsum.

Cum autem tenens excipiat et dicat quod non habet ingressum per talem de quo breve loquitur, immo per alium talem, si petens hoc dedicere non possit vel si negaverit et recognitum fuerit per iuratam quod sic, cadit

[20] probata, OB, MA, MB, CM, MC. [21] concedat, OC, MG, MA, MC. [22] et, MC, LA. [23] Almarescorp, Halreshop., Haylemereshope, Aylmesthorp, Dyliveresthorp, MSS. var. [24] nisi, OC, MG. [25] habuerit, OA, CE, MC. [26] praeterierit, OA, CE, LA, Y. [27] vel, OB, MA; om., MB. [28] antecessorum, OA, CE. [29] Om., MA, MC, LA. [30] Om., OB, MA, MB; hoc, OC. [31] exceptionibus, CE; exceptionem, MSS. gen. [32] contra se, V; *sic*, MSS.

breve quia non convenit veritati. Volunt tamen quidam[33] artare tenentem quod[34] ipsum alium talem quem nominavit vocet ad warantum, quod non est concedendum, quia si[35] teneretur talem vocare ad warantum præcise et warantizaret, ita posset ille alium vocare et ille alius tertium, et sic in infinitum usque ad mille. Et sic[36] non[37] limitaretur breve de ingressu infra suos limites et suos gradus, nec[38] habet tenens necesse talem vocare ad warantum cum cadat[39] breve per exceptionem, eo quod ingressum non habet per talem in brevi nominatum, nec eget quod alius eum defendat in sua possessione cum sufficiat[40] ei sua[41] propria exceptio ad defensionem. <Sed re vera bene poterit tenens si voluerit renuntiare illi[42] exceptioni[43] contra breve et sustinere breve, et hoc erit potius ad damnum suum quam ad commodum, et warantum vocare alium quam illum qui in brevi nominatur. Sed ad hoc artari non poterit nisi velit[44] gratis renuntiare exceptioni. Et quod ita facere possit si[45] velit probatur in rotulo de termino.> Et quod cadere debeat in hoc casu breve inveniri poterit de termino Paschæ anno regis Henrici septimo comitatu Bukinghamiæ, de Guynde de Wyndelessor. Et ad hoc facit de eodem termino comitatu
f. 321] Cantiae de Alicia quæ fuit uxor Ricardi, et in aliis multis locis. Sed cum ingressus sit talis sicut petens dicit, bene poterit tenens cum cognoverit ingressum vocare warantum suum per quem ipse ingressum habuit,[1] et quilibet suum usque ad quartum gradum et non ultra, dum tamen ipse tenens tenuerit ad vitam ut liberum tenementum vel in feodo sibi et heredibus suis vel ad feodi firmam vel huiusmodi. Re vera si impetratum fuerit super firmarium non cadit breve, quia ipse poterit vocare warantum, quia si non sic amitteret usufructuarius usumfructum, quod esset iniquum, cum tantundem iuris habeat in usufructu[2] quantum proprietarius in libero tenemento, et cum veniat breve super eum vocet warantum, et si fuerit defensus retinebit usumfructum. Si autem non, habebit regressum versus suum warantum de usufructu, et warantus suus si ulterius vocaverit[3] et fuerit ei[4] warantizatum,[5] de libero tenemento et de excambio. Si autem ad terminum annorum credo aliud esse dicendum cum ipse non teneat in dominico tenementum, et secundum quod petitur nisi tantum usumfructum, et multo minus si teneat de anno in annum. Item quæritur si petatur versus abbatem aliquem vel priorem vel alium religiosum expresso proprio nomine vel non expresso, et dicatur, et in

[33] quid. (quidem?), MSS. var. [34] et, OB, MA, MB. [35] Om., OB, MA, MB. [36] sic si, Y, OB, CE; si sic, V. [37] Om., OB, MA, MB, CE, Y, OA (+). [38] non, OB, MA, MB. [39] cadit, OC, MG, MB. [40] deficiat, OB, MA, MB. [41] Om., OB, MA, MB. [42-43] illam exceptionem, OC; illi per exceptionem, MG. [44] Om., MC, LA. [45] et, MC, LA.

[1] habuerit, MSS. var. [2] *sic*, LA, MC, CM; usumfructum, MSS. var. [3] v. warantum, OB, MA, MB. [4] ibi, OC, MG. [5] warantus, CM; var., MSS. gen.

quam non habet ingressum nisi per talem abbatem prædecessorem suum, an cadat breve si plures abbates medii intervenerint, et an faciunt gradum de abbate in abbatem sicut de herede in heredem. Et videtur quod non, non[6] magis quam in computatione descensus, quia etsi alternetur persona non propter hoc alternatur dignitas sed semper manet.

Breve si heres petat quod antecessor dimisit ad terminum.

DICTUM est supra si ille petat qui dimisit. Nunc autem dicendum[7] si heres petat quod antecessor dimisit ad terminum. Forma brevis talis est: Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste et sine dilatione reddat tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse ius et hereditatem suam, et in quod[8] prædictus talis non habet ingressum nisi per talem cui talis pater vel mater, frater vel soror, avus vel avia, avunculus vel amita, consanguineus vel consanguinea, sive prædecessor prædicti talis cuius heres ipse est illud dimisit ad terminum qui præteriit ut dicit. Et nisi fecerit, et idem[9] talis fecerit te securum de clamore[10] suo prosequendo, tunc summone per bonos summonitores præfatum talem quod sit coram iustitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera.

Si vir donationem fecerit de hereditate uxoris cui ipsa in vita sua contradicere non potuit.

f. 321b] SI quis donationem fecerit de hereditate uxoris[11] quæ ei in vita sua contradicere non potuit, tunc post mortem viri consulitur ei per tale breve: Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste et sine dilatione reddat tali quæ fuit uxor talis tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse ius et hereditatem suam vel maritagium suum, et in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per prædictum talem quondam virum ipsius talis qui illud ei dimisit, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit ut dicit. Et nisi fecerit, et idem[12] talis fecerit te securum etcetera, ut supra. Ad quem ingressum tenens poterit multipliciter respondere secundum quod superius dictum est. Et etiam poterit defendere ingressum[13] per prædictum virum et dicere quod habuit ingressum per prædictam mulierem, antequam esset[14] desponsata[15] tali viro vel post mortem viri sui, et hoc probare per instrumenta et per testes simul cum patria, vel ex toto se ponere in[16] iuratam, et secundum talia verba formari poterit inquisitio. Item concedere poterit quod habuit ingressum per

[6] Om., V, OC, MG. [7] d. est, OB, MA, MB. [8] quam, OB, MA, MB. [9] praedictus, MC, LA. [10] *sic*, MG; clamio, OB; clam., MSS. gen. [11] u. suae, OB, MA, MB. [12] eadem, OB, MB; etc., MA. [13] talem i., OB, MA, MB. [14-15] ipsa desponsata fuit, OB, MA, MB. [16] super, OB, MA, MB.

talem virum suum[17] et dicere quod prædicta talis postea in ligia viduitate sua confirmavit[18] donum viri sui, vel quod in ligia viduitate sua[19] remisit ei totum ius et clamium suum. Item ad hoc quod dicit cui in vita sua contradicere non potuit, respondere potest[20] quod prædicta mulier fuit personaliter in curia domini regis cum viro suo, et donum illud liberaliter et bona voluntate[21] sine aliqua coactione concessit et ratum habuit, quod quidem terminari poterit per inspectionem rotulorum, quod[22] quidem non esset si hoc fieret extra curiam regiam,[23] quia ibi fieri possent[24] coactiones contra voluntatem quod quidem non fieret in curia domini regis. Ibi enim nulli[25] violentia infertur nec metus incutitur,[26] nec est[27] veri simile aliquem in curia domini regis per violentiam compulsum ad aliquid contra voluntatem faciendum vel non faciendum, cum ibi tutum invocari possit auxilium. Item distinguendum erit in hoc casu utrum donatio facta fuerit per virum ad hoc revocetur, vel teneat ex causa honesta et necessaria et communi utilitate tam viri quam uxoris, vel ex causa voluntaria tantum. Si autem ex causa honesta, ut si[28] communi filio fiat donatio vel in maritagium cum filia, hoc erit ex causa honesta et ideo tenenda ubicumque facta. Si autem tantum ex causa voluntaria et non utili, tunc aut intervenerit coactio vel non. Si autem coactio intervenerit quod de facili perpendi poterit per vultum et per[29] gestum mulieris, quamvis in curia domini regis numquam fiat inde cirographum sed vix irrotulatio[30] concedatur. <Et notandum quod irrotulatio per se sine cirographo numquam tollet actionem uxoris post mortem viri.[31] Et si uxor præmoriatur heres eorum communis numquam recuperabit per aliquam actionem, cum warantizare teneatur ut heres patris propter homagium et servitium quod ei accidit ex feoffamento patris, contra donum patris quod mater in vita suam numquam revocavit, ne sit eiusdem tenementi dominus et tenens. Si autem cum mater peteret vocaretur ad warantum et amitteret, ita irritum esset donum patris et dissolveretur homagium inter ipsum et feoffatum a patre suo, et ipse teneretur ad excambium de hereditate patris, et cum mater obtinuerit et descendat hereditas materna ad ipsum, numquam reviviscit[32] homagium quod per matrem quæ per iudicium f. 322] obtinuit semel est extinctum. Si autem sic feoffaverit vir tenendi[1] de dominis capitalibus vel si alium habuerit antenatum de alia uxore,

[17] Om., LA, MA. [18-19] Om., OB, MA, MB. [20] poterit, V, OB, MA, MB. [21] v. sua, V, OC, MG. [22] et quod, OC, MG. [23] regis, OC, CM; om., MG. [24] possunt, V, MA, OC; om., MG. [25] nulla, V, MA, OC, MG, CM. [26] incurritur, OA, CE, Y, OB, MA; inquiritur, MB; ingeritur, CM; moritur, MG; mortis, OC. [27] Om., OB, MA, MB. [28] Om., OB, MA, MB. [29] Om., LA, CM. [30] in rotulo, OB, MA, MB, OC. [31] viri sui, MG, CM. [32] remisit, MG, CM.

[1] tenenda, MC, LA; tenendum, V, MG (tenend.).

aliud erit, quia tunc non erit filius communis heres patris sed tantum matris, et sic habebit repetitionem quia ad warantiam non tenetur: sicut de itinere in comitatu Eboraci.> Si autem coactio non intervenerit sed mulier hoc affectaverit, quod de facili perpendi poterit[2] per gestum et per vultum, concedatur fieri cirographum. Mulier enim aliquando plus diligit donatarium quam se ipsam vel puerum suum, et bona cautela est in irrotulatione[3] facere mentionem de voluntate mulieris, secundum quod fuerit gratuita vel coacta. Sed ad hoc quod tale breve competat vel non de donatione viri, refert utrum vir præmoriatur vel uxor. Si autem uxor præmoriatur, tale breve non competit communibus heredibus uxoris et viri, quia si eis competeret tale breve, ita posset impugnare et revocare factum patris quod teneretur defendere cum sit heres patris ex tali donatione. Sed[4] videtur quod hoc non sufficit dicere quia[5] factum patris non tenetur defendere de hereditate matris, cum ex parte patris nulla hereditas ei descendat et cum non sit heres patris sed filius tantum, et heres matris propter hereditatem descendentem ex parte matris, et cum heres dicatur ab hereditate et non e converso. Si autem aliqua hereditas descendat a patre, factum patris tenetur warantizare et defendere quatenus hereditas paterna se extendit[6] et non ultra, si mater obtinuerit, sive talis progenitus fuerit ex primo viro[7] vel secundo. Et unde videtur quod tale breve competat heredi, et secundum quod videri poterit in itinere episcopi Dunelmensis et Martini de Pateshilla in comitatu Eboraci anno regis Henrici tertio in fine rotuli, ubi continentur verba ista, et in quam talis non habet ingressum nisi per talem quondam virum ipsius[8] talis uxoris matris ipsius talis cuius heres ipse est, qui illam ei vendidit in vita sua, cui prædicta talis in[9] vita sua[10] contradicere non potuit. <Competit heredi tale breve si fuerit ex alio viro et si vir heredem habuerit ex alia uxore, secundum quod supra dictum est per exemplum.> Sed videtur contra quod ad ipsum non pertineat tale breve ex quo mater in vita sua donum non revocavit, et[11] ideo[12] dissimulando concessit, nec videtur heredi iniuriatum ex quo antecessor iniuriam dissimulando sustinuit, secundum illud quod non potest heredi nocere quod antecessori non nocuit. Et unde videndum utrum uxor diu vixit post mortem viri vel cito obiit vel in vita viri. Sed re vera quidquid dicatur non competit heredi tale breve sed nec breve ad terminum qui præteriit, quia replicatio quæ competeret mulieri si viveret non competit heredi, sicut videri poterit aperte. Ut si

[2] potest, OB, MA, MB. [3] rotulatione, OB, MA, MB, OC; om., MG. [4] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [5] quod, OC, CM; om., MG. [6] extendat, Y, MA. [7] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [8] suum scilicet, OB, MB, MA (om. suum). [9-10] Om., OB, MA, MB. [11-12] Om., OC, MG.

ipsa dum viveret peteret, excipi poterit[13] contra ipsam de donatione, contra quam replicare posset quod viro suo contradicere non potuit: et[14] ista replicatio non iacet in ore heredis, quia cum dicat, *mater mea contradicere non potuit*,[15] per hoc ostendit quod replicatio illa competit matri et non ei, nec congrue dicere posset heres quod oportuit matrem facere voluntatem domini sui, nec constare poterit heredi de voluntate matris quæ forte si viveret numquam donum illud revocaret. <Re vera licet f. 322b] nullam habuerit herditatem[16] ex parte patris et sic non heres ut videtur, petere non poterit cum teneatur warantizare, licet mater petere posset, warantizare tenetur ut heres, quia in hoc erit heres[17] patris propter homagium et servitium quod ei descendere debet de seisina patris, licet feoffamentum factum sit de hereditate[18] matris. Poterit enim quis alienam rem[19] dare tenendam[20] de se et heredibus suis, et ratione talis feoffamenti erit filius heres suus, licet alia hereditas ei non descendat, sed ad excambium non tenetur nisi de eo quod ei descendit de hereditate patris. Sed aliud erit si pater dederit tenendum[21] de aliis[22] quam de heredibus suis, sicut de capitalibus dominis vel aliis. Et quid si dicat de uxore et heredibus suis? Hoc non obligat uxorem nec heredes suos. Sed quid si uxor petierit et heres communis vocetur ad warantum? Tenetur warantizare prædicta ratione, et ipsa recuperabit et heres communis cum nihil habeat de hereditate paterna, ad excambium non tenebitur licet teneatur ad warantiam,[23] et post mortem matris succedet[24] ei in terram illam et de ea non tenetur facere excambium. Et unde[25] videtur quidquid alii dicant quod si mater obierit ante virum suum, et heres uxoris de eodem viro petat, quod cum ad warantiam teneatur, repelli deberet[26] ab agendo quod non recuperet, licet non teneatur ad excambium de hereditate matris. Re vera si neque pater neque mater alium habuerit[27] heredem, ut si pater de alia uxore filium non habuerit vel uxor filium de alio viro et ipsi duo unicum heredem, talis heres revocare non poterit donum patris de hereditate matris cum illud teneatur warantizare ut heres ratione prædicta. Sed mater hoc facere poterit si virum supervixerit, et sic poterit ad communem heredem res sic data descendere cum per factum matris adnihiletur donum patris, quod per communem heredem fieri non poterit. Si autem communem heredem non habuerint,[28] bene poterit heres matris donum tale repetere, et heres patris tenebitur aliunde ad[29] warantiam et excambium

[13] posset, MC, LA. [14-15] Om., OB, MA, MB, CM. [16] heredem, OC, MG; hered., OA, MC, LA. [17] Om., LA, MC. [18] herede, MC, LA; hered., OA. [19] terram, OB, MA, MB. [20] *sic*, V, CM; tenend. (um?). MSS. gen. [21] *sic*, V; tenend., MSS; om., CM. [22] alio, CM, MC, LA. [23] warantum, OC, MG. [24] succedit, OA, OB, MA, MB; succedat, MG. [25] Om., OB, MA, MB, CM. [26] debeat, OB, MA, MB. [27] habuerint, OA, LA, MC, MG. [28] habuerit, MA, MC, LA. [29] tenebitur ad, OA, OC.

et non heres matris, et hac ratione habebit actionem post mortem matris. > Si quis ingressum habuerit per secundum virum de terra quam uxor habuit[30] in dotem de dono primi viri sui, tunc fiat tale breve.

Breve si dos fuerit alienata per secundum virum.

REX vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera reddat tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse rationabilem dotem suam vel de rationabili dote sua quam habuit de dono talis primi viri sui, et in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem secundum virum suum qui illud ei dimisit, cui ipsa in vita sua[31] contra-
f. 323] dicere non potuit ut dicit. Et nisi fecerit etcetera, ut supra. Et qualiter respondere[1] debeat et negotium terminari, satis videri[2] poterit[3] superius per exemplum. Si vir alienaverit dotem uxoris quam habuit de[4] dono alterius viri et quæ post mortem uxoris reverti deberet ad heredes[5] primi viri, consulitur heredi per tale breve.

Breve si vir dotem uxoris alienaverit.

REX vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera, reddat tali tantum terræ etcetera, et in quod idem[6] talis[7] non habet ingressum nisi per talem qui illud ei dimisit, et qui illud tenuit in dotem talis uxoris suæ de dono talis quondam viri sui, patris vel fratris, avi vel avunculi, vel consanguinei sive antecessoris prædicti talis cuius heres ipse est ut dicit. Et nisi fecerit etcetera ut supra.

Breve quod competit heredi si uxor dotem alienaverit.

ITEM si heres petat dotem alienatam per ipsam uxorem, tunc sic: et in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem quæ fuit uxor talis quæ illud tenuit in dotem de dono prædicti talis quondam viri sui, patris vel fratris etcetera, ut supra.

Si vir dotem uxoris alienaverit.

ITEM si vir alienaverit dotem et uxor petat, tunc sic: quam clamat esse dotem suam quam habuit de dono talis primi viri sui, et in quam non habet ingressum nisi per talem secundum virum suum qui illam ei tradidit ad voluntatem suam, cui ipsa contradicere non potuit ut dicit. Et nisi fecerit etcetera. Vel aliter: et in quam non habet ingressum nisi per talem quondam virum suum qui illam ei vendidit, cui ipsa in vita sua contradicere non potuit etcetera.

Item si uxor dotem.

ITEM si heres petat quod uxor dimisit quod tenuit nomine dotis, et tunc sic: et in quam non habet ingressum nisi per talem quæ fuit uxor talis avi prædicti talis, cuius heres ipse est, et ex cuius dono ipsa talis illam tenuit

[30] habuerit, OB, MA, MB. [31] Om., CE, CM.

[1] responderi, MC, LA. [2-3] videtur, OB, MA, MB. [4] Om., OA, CE. [5] heredem, OC, MG. [6-7] Om., OB, MA, MB.

in dotem de hereditate prædicti talis avi ut dicit etcetera. Vel aliter: in quam non habet ingressum nisi per C. cui D. avia ipsius B.[8] cuius heres ipse est illam vendidit, quæ illam tenuit in dotem ut dicit. Vel aliter: Præcipe A. quod iuste etcetera, reddat B. et C. uxori eius tantum terræ etcetera, quam clamat esse ius et hereditatem ipsius C. et in quam idem A. non habet ingressum nisi per D. quondam uxorem ipsius A. cui E. quondam uxor F. terram illam dimisit, quæ non nisi dotem inde habuit ex dono prædicti F. quondam viri sui et avi ipsius C. cuius heres ipse est, ut idem B. et C. dicunt. Si procurator sicut celerarius vel alius, abbas vel prior sine assensu[9] capituli, vel episcopus vel capitulum sine assensu[10] episcopi vel alius cuius assensus fuerit necessarius, dimiserit sine assensu, tunc si abbas dimiserit fiat breve.[11]

Breve si per abbatem sine assensu capituli sui.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera reddat tali abbati tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse ius ecclesiæ suæ, et in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem quondam abbatem de tali loco, qui illud ei dimisit sine assensu capituli sui ut dicit. Et nisi fecerit etcetera. Si celerarius vel procurator, tunc fiat breve.[12]

Item si per celerarium vel procuratorem sine assensu abbatis.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera reddat tali abbati tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse ius ecclesiæ suæ, et in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per celerarium vel per procuratorem[13] domus ipsius[14] abbatis de tali loco, qui illud ei dimisit sine assensu ipsius abbatis et capituli sui ut dicit. Et nisi fecerit etcetera. Eadem forma erit si canonicus dimiserit sine assensu[15] f. 323b] episcopi. Item si uxor dimiserit sine assensu et voluntate viri, tunc sic: quam clamat esse ius et hereditatem suam, vel ius et maritagium ipsius mulieris, vel quam clamat esse rationabilem dotem vel de rationabili dote ipsius mulieris quam habuit de dono talis quondam viri sui, et in quam prædictus talis non habet ingressum nisi per prædictam talem mulierem, quæ illud ei dimisit sine assensu et voluntate prædicti talis[16] viri sui ut dicit. Et nisi fecerit etcetera. Item si ballivus dimiserit sine voluntate domini sui, tunc sic: et in quam idem talis non habet ingressum nisi per talem quondam ballivum suum de tali villa, qui illam ei dimisit

[8] *sic*, MSS.; C., V. [9] consensu, OB, MA, MB. [10] consensu, OA, CE, OB, MA, MB; c. capituli, V, Y (c. c. vel). [11] tale breve, V, OC; sic breve, MG, Y (b. s.); breve in hac forma, OB, MA, MB, CM. [12] tale breve, OB, MA, MB, OC. [13] p. suum, OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB. [15] consensu, OA, CE, OB, MA, MB, MG, Y. [16] t. quondam, V, CM.

sine voluntate ipsius talis ut dicit. Et nisi fecerit etcetera. Item si per ballivum domini regis dum aliquis fuerit in prisona domini regis, tunc sic:

Item si per ballivum contra voluntatem domini.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera reddat tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse ius et hereditatem suam, et in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem quondam ballivum nostrum, qui illud ei dimisit dum idem talis fuit in prisona nostra et terra sua in manu nostra, ut dicit. Et nisi fecerit etcetera. Item si quis per eum qui feloniam fecerit, et tunc si post feloniam factam convictus sit, competit domino suo de quo tenuit tale breve ad recuperandam eschaetam suam.

Breve si felo alienaverit post feloniam factam.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste etcetera, reddat B. tantum terræ cum pertinentiis in tali villa in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. de N. qui eandem terram tenuit de prædicto B., et quæ terra debet esse eschaeta ipsius B. propter feloniam de qua idem C. in curia nostra coram nobis vel iustitiariis nostris talibus convictus fuit et damnatus, et quam terram idem C. dimisit prædicto A. postquam fecerat prædictam feloniam ut idem B. dicit. Et nisi fecerit etcetera ut[17] supra.[18] Item si per eum qui tenuerit in villenagio habuerit[19] quis ingressum, tunc consulitur domino per tale breve.

Breve si villanus alienaverit id quod tenuerit in villenagio.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera reddat tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, in quod prædictus talis non habet ingressum nisi per talem qui illud tenuit de prædicto tali in villenagio ut dicit. Et nisi fecerit, summone etcetera ut supra. Item si quis per eum ingressum habuerit qui non fuerit compos sui nec sanæ mentis, et[20] tunc sic:

Breve si per eum qui non fuit sanæ mentis.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera, et in quod idem talis non habet ingressum nisi per talem patrem vel alium[21] antecessorem prædicti talis cuius heres ipse est, qui illud ei dimisit dum non fuit compos suæ[22] mentis, vel dum non fuit compos[23] sui nec sanæ mentis ut dicit. Et nisi fecerit etcetera ut supra. Item si per eum qui non tenuerit nisi ad vitam suam[24] quacumque ratione, sive nomine dotis sive per legem Angliæ sive per finem factum, et tunc sic:

Si quis per eum qui non tenuit nisi ad vitam quacumque ratione.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste etcetera, et in quam

[17-18] Om., OB, MA, MB. [19] habuit, V, MC, MG. [20] Om., MC, LA. [21] Om., OB, MA, MB, CM. [22-23] Om., OB, MA, MB, CM. [24] Om., MC, LA.

idem talis non habet ingressum nisi per talem, post mortem cuius prædicta terra[25] reverti debuit ad prædictum talem, per finem factum in curia domini regis Iohannis[26] patris nostri vel in curia nostra[27] coram iustitiariis nostris apud talem locum, inter talem patrem prædicti talis cuius heres ipse est petentem et prædictum talem tenentem, de tanto terræ cum pertinen-
f. 324] tiis in tali villa. Vel sic: in quam idem talis non habet ingressum nisi per talem qui terram illam tenuit ad vitam suam per finem factum in curia nostra etcetera, inter ipsum talem petentem et prædictum talem tenentem, per quem finem eadem terra reverti debuit ad prædictum talem petentem post mortem ipsius tenentis ut dicit, et[1] unde queritur quod idem talis ei iniuste deforciat.[2] Et nisi fecerit etcetera, ut supra. Si quis autem[3] per intrusionem fuerit in seisina et ille qui ius habet petat versus eum, tunc fiat ei breve in hac forma.

Si quis per intrusionem.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste etcetera reddat B. tantam terram etcetera, quam idem B. clamat ut ius suum versus eum ex dono C. patris ipsius A. cuius heres ipse est, et in quam idem A. non habet ingressum nisi per hoc quod ipse intrusit se in terram illam post mortem D. matris ipsius A., quæ[4] terram illam recuperavit ut dotem suam versus prædictum B. in curia nostra coram etcetera, per iudicium eiusdem curiæ nostræ, et quam iniuste ei deforciat. Et nisi fecerit, summone[5] etcetera. Vel aliter: quam B. clamat esse ius suum de dono C. patris sui, et in quam non habet ingressum nisi per intrusionem quam fecit in terram illam post mortem ipsius C. qui terram illam habuit in custodia ad opus ipsius B. dum infra ætatem fuit ut dicit. Vel aliter: Præcipe A. quod iuste etcetera reddat B. et C. uxori eius tantam terram etcetera, quam idem A. dedit in maritagium prædicto B. cum prædicta C. filia sua, et in quam idem A. non habet ingressum post[6] donum illud nisi per intrusionem quam in eam fecit post mortem D. patris ipsius B., qui terram illam habuit in custodia ad opus prædictorum B. et C. uxoris suæ de voluntate et assensu[7] ipsius A., qui fuit eorum custos per assignationem et voluntatem ipsius A., ut ipsi B. et C. dicunt. Item si vir alicuius uxoris vendiderit hereditatem[8] alicuius pueri uxoris suæ qui[9] fuerit in custodia ipsorum, et tunc sic:

Si vir vendiderit hereditatem puerorum uxoris suæ qui fuerint in custodia eorum.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod reddat B. etcetera, et in quam

[25] Om., OA, CE. [26-27] Om., OB, MA, MB.

[1-2] Om., OB, MA, MB. [3] Om., OB, MA, MB. [4] quod, OA, CE. [5] Om., MSS. var. [6] nisi post, OB, MA, MB. [7] consensu, OB, MA, MB. [8] Om., OA, CE. [9] si, OB, MA, MB.

idem A. non habet ingressum nisi per C. quondam virum matris ipsius B. cuius heres ipse est, qui illam ei vendidit ut dicit etcetera. Si quis dederit dum[10] heres fuerit infra ætatem et in custodia sua et heres petat de seisina sua propria, tunc fiat breve in hac forma.

Dum quis fuit infra ætatem et in custodia.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste et[11] sine dilatione[12] reddat B. qui plenæ ætatis est ut dicitur, tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse ius et hereditatem suam, et in quod[13] prædictus A. non habet ingressum nisi per C. qui non nisi custodiam inde habuit dum idem B. infra ætatem et in custodia sua fuit ut dicit. Et nisi fecerit etcetera ut supra.

Si heres petat de seisina antecessoris.

Si autem aliquis heres petat de seisina antecessorum suorum aliquam terram quam custos eorum[14] alienavit dum fuerit infra ætatem et in custodia sua, tunc fiat breve in hac forma. Præcipe[15] etcetera ut supra, quod clamat esse ius et hereditatem suam, et in quod idem A. non habet ingressum nisi per C. qui non nisi custodiam inde habuit dum talis pater vel mater, frater vel soror, avus vel avia, avunculus vel amita, consanguineus vel consanguinea, sive[16] antecessor ipsius B. cuius heres ipse est infra ætatem et in custodia sua fuit ut dicit etcetera. Et nisi etcetera. Vel aliter: et in quam non habet ingressum nisi per C. cuius pater vel f. 324b] alius antecessor terram illam habuit in custodia cum ipso B. dum idem B. fuit infra ætatem, et modo habet ætatem ut dicitur, et unde idem talis pater vel alius antecessor obiit seisitus de terra illa ratione custodiæ ipsius B. Et nisi fecerit etcetera. Vel aliter: et in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. qui terram illam ei dimisit dum[17] terra illa fuit in custodia ipsius C. per præceptum nostrum. Et nisi fecerit etcetera. Vel aliter: Præcipe A. quod iuste etcetera reddat B. qui plenæ ætatis est tantam[18] terram[19] etcetera, quam[20] clamat esse ius et hereditatem suam et in quam non habet ingressum nisi ratione custodiæ, eo quod prædicta terra est de feodo ipsius A. Et nisi fecerit etcetera. Vel sic: et in quam non habet ingressum nisi per C. cuius pater terram illam habuit[21] in custodia cum ipso B. dum idem B. fuit infra ætatem, et modo habet ætatem, et unde idem pater talis obiit seisitus de terra illa ratione custodiæ ipsius B. Et nisi fecerit etcetera. Vel aliter: in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. dum idem B. fuit in custodia sua, et idem[22]

[10] cum, OB, MA, MB. [11-12] etc., MSS. var. [13] quam, MG, CM. [14] eius, MA, MC, CE; om., MB. [15] p. A., OB, MA, MB. [16] sive alius, OB, MA, MB. [17] cum, OB, MA, MB. [18-19] tantum terrae, OB, MA; om., MB; tan. ter., CM. [20] quod, OB, MA, MB. [21] habet, OA, CE, OB, MA, MB; tenuit, CM. [22] eidem, LA, MC (corr.).

A. terram illam dimisit dum remaneret de familia ipsius C., et modo non[23] est de familia ipsius C. ut idem B. dicit. Et nisi fecerit etcetera. Eodem[24] modo de communa pasturæ si fuerit alienata et dimissa ad terminum qui præteriit. Et tunc fiat tale breve, dum tamen pastura fuerit certa et designata[25] ad certum numerum averiorum.

Breve de pastura data ad terminum qui præteriit.

REX vicecomiti salutem. Præcipe A. quod iuste etcetera reddat B. communam pasturæ ad tot boves et tot oves, et sic deinceps, in tali villa, quam clamat esse ius suum ut pertinentem ad liberum tenementum suum in tali villa, et in quam idem A. non habet ingressum nisi per C. cuius heres idem B. est, qui pasturam illam ei dimisit ad terminum qui præteriit ut dicit. Et nisi fecerit etcetera.

Si partes se posuerint in iuratam secundum diversitatem brevium.

CUM petens[26] se posuerit in inquisitionem et iuratam de intentione probanda et tenens similiter de responsione et exceptione, tunc fiant[27] iuratæ[28] secundum formam et diversitatem brevium in hac forma. Si autem ad terminum qui præteriit, satis dictum est supra de forma inquisitionis. Si autem per virum cui uxor contradicere non potuit,[29] tunc sic: ad recognoscendum super sacramentum suum si prædictus talis tenens aliud ius vel alium ingressum habuit, vel simpliciter alium ingressum, in tantam[30] terram[31] cum pertinentiis in tali villa quam prædicta talis clamat ut[32] ius suum, vel[33] ut ius[34] et hereditatem suam, vel ut ius et maritagium suum, vel ut dotem suam quam habuit de dono talis primi viri sui versus talem, quam per talem quondam virum suum vel secundum virum suum[35] f. 325] secundum formam brevis de ingressu, et cui in vita sua contradicere non potuit: vel si ingressum habuit in prædictam terram per[1] prædictum talem[2] petentem qui terram illam ei dedit vel vendidit antequam prædictus talis vir suus eam desponsasset,[3] vel post mortem talis viri sui in ligia viduitate ipsius uxoris quæ[4] terram illam ei dedit vel vendidit etcetera. Et semper[5] cum[6] modus et forma ingressus dedicta fuerit, oportebit semper formare formam inquisitionis disiuncte[7] secundum responsionem tenentis qui dedicit ingressum excipiendo et respondendo, quod alium habeat ingressum quam petens proponat vel diversum et[8] per alium. Item si alio modo uxor alienaverit rem viri[9] vel rem propriam

[23] Om., MG, CM. [24] et eodem, OA, CE, OB, Y. [25] assignata, OB, MA, MB. [26] tenens, OA, CE, MC, LA, MG. [27-28] fiat iurata, OB, MA, MB, OC; fiat iuratae, MC, CM; fiat iurare, MG. [29] poterit, OC, MG. [30-31] tanta terra, OC, MG. [32] esse, OC, MG. [33-34] Om., OB, MA, MB. [35] Om., OB, MA, MB.

[1-2] Om., OC, MG. [3] desponsaret, OC, MG. [4] qui, OC, MG, CM. [5-6] super eum, OC, MG. [7] distincte, V, OB, MA, MB, CM. [8] vel, OB, MA, MB, OC. [9] viri sui, V, OC, MG.

sine consensu viri sui, tunc sic: ad recognoscendum super sacramentum etcetera[10] si prædictus talis tenens aliud ius vel alium ingressum habuit[11] in tantam terram cum pertinentiis in tali villa quam talis clamat ut ius suum, si terra fuerit propria, vel quam talis et uxor eius clamant ut ius uxoris suæ, vel[12] in dotem uxoris suæ,[13] vel de rationabili dote secundum formam brevis de ingressu, et quam prædicta talis uxor ei dimisit sine assensu viri sui ut idem petens dicit, vel si prædictus talis tenens ingressum habuit[14] in terram illam per prædictum virum qui terram[15] illam ei dedit vel vendidit, vel per prædictam uxorem ante desponsationem vel post ut supra, sicut idem tenens dicit.

Iurata si sine assensu.

Item si sine assensu[16] episcopi, abbatis vel prioris per capitulum fiat alienatio, vel[17] per canonicum sine assensu[18] capituli, vel per obedientiarium vel procuratorem sine consensu[19] abbatis vel prioris, vel per ballivum sine assensu[20] domini, vel per ballivum dum quis fuerit in prisona, tunc semper fiat una pars iuratæ secundum formam brevis et disiuncta secundum responsionem tenentis, in omni casu in[21] brevibus de ingressu singularibus, ut si per illum qui tenuerit in villenagio. Item per aliquem dum non fuerit sanæ mentis. Item super[22] eum qui non tenuerit nisi ad vitam. Item per felonem post feloniam factam. Item si ingressus simpliciter proponatur et simpliciter dedicatur absque eo quod aliquid contra ingressum excipiatur, tunc sic: ad recognoscendum etcetera, si A. pater B. aliud ius vel alium ingressum habuit[23] in tantam terram etcetera, nisi per C. custodem D. fratris E. scilicet qui petit, cuius heres ipse E. est, dum idem D. fuit infra ætatem et in custodia prædicti C. cum terra illa[24] et aliis terris suis, quia tam prædictus B. filius et heres prædicti A. cui F. de N. warantizavit prædictam terram, et versus quem B. scilicet[25] idem E. in eadem curia nostra clamavit terram illam[26] ut ius suum, quam prædictus E. frater et heres prædicti D. posuerunt[27] se inde in iuratam illam.[28] Et interim etcetera. Et se interim ita inde[29] certificent quod præfatos iustitiarios etcetera.

Item si per intrusionem.

Item si per intrusionem, tunc sic: ad recognoscendum super sacramentum suum si A. pater B. die quo obiit fuit seisitus ut de feodo de tanta terra

[10] suum, OB, MA, MB. [11] habuerit, OB, MA, MB. [12-13] Om., OA, CE, Y, OB, MA, MB; in dotem suam, OC, MG (suam suam). [14] haburit, OB, MB, CE. [15] Om. OC, MG. [16] consensu, OB, MA, MB. [17] et, OB, MA, MB. [18] consensu, OB, MA, MB. [19] assensu, OC, MG, CM. [20] consensu, OB, MA, MB. [21] de, OC, MG. [22] si per, V, OB, MA, MB, CM; om., MB. [23] habuerit, OB, MA, CE. [24] sua, OA, OB, MA, MB, OC, CM, Y. [25] Om., V, OC, MA; vel, CM. [26] Om., OB, MA, MB. [27] posuerit, OC, MG. [28] illam etc., OB, MA, MB. [29] Om., OB, MA, MB.

cum pertinentiis in tali villa, quam C. in curia nostra etcetera clamat ut ius suum versus prædictum B., vel si idem B. alium ingressum non habuit in terram illam cum pertinentiis quam per hoc quod se intrusit in terram illam[30] post mortem prædicti A. patris sui, cui prædictus C. f. 325b] terram illam dimisit ad terminum qui præteriit ut dicitur, quia tam prædictus etcetera. Et hæc exempli causa sufficiant, quia infiniti sunt ingressus et formæ brevium infinitæ, et[31] variantur[32] formæ inquisitionum multipliciter, et sæpius secundum varietatem brevium et responsionum. Et de[33] quibus omnibus cum sint infinita mentio fieri non poterit.

Item breve si per uxorem quæ non nisi dotem etcetera.

Item si uxor alienaverit dotem et dicatur in brevi de ingressu: et in quam talis non habet ingressum nisi per talem quæ fuit uxor talis, quæ[34] terram illam ei dimisit et quæ non nisi dotem inde habuit de dono talis quondam viri sui, post mortem cuius terra illa reverti debuit ad talem sicut ad warantum de dote sua, si tenens ingressum illum per talem defendat et dicat quod nullum habet ingressum per prædictam uxorem, sed per talem antecessorem ipsius petentis cuius heres ipse est, qui terram illam ei dedit per cartam suam quam profert et quæ hoc testatur, si ex parte adversa replicetur quod carta valere non debeat eo quod facta fuit dum donator non fuit compos suæ[35] mentis,[36] tunc fiat ut supra, quia cognoscit quodam modo cartam et donum, licet invalidum et de iure irritandum. Item si carta omnino dedicatur, vel dicatur quod valere non debeat quia ille qui donasse debuit nullam omnino seisinam inde habuit, tunc petens probet[37] dictum suum si possit. Sed[38] simplici voci suæ non erit credendum nisi sufficientem habeat probationem, nisi ita sit quod credendum sit ei et simplici voci suæ cum causæ cognitione. Et quo[39] casu tenens se ponat[40] in iuratam per hæc verba. Sed videndum erit utrum ille qui dedit heres fuit[41] et[42] warantus de dote mulieris vel[43] extranea persona. Quod si non, non[44] valeret donatio: sed[45] sic, valere poterit. Potest enim dare heres id quod suum est, scilicet proprietatem, ius et feodum, et[46] attornare donatario servitium ita quod uxor tenens quoad[47] vixerit[48] habeat liberum tenementum. Et si uxor tenens dum vixerit se dimiserit et donatario seisinam suam[49] reddiderit, non habet propter hoc donatarius ingressum per uxorem sed per heredem, quod secus esset si tantum per uxorem. Ideo dicatur:

[30] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [31] Om., OB, MA, MB. [32] v. quia, OB, MA, MB. [33] Om., OB, MA, MB, CM. [34] qui, V, MG, CE. [35-36] sui nec sanae mentis, OB, MA, MB. [37] probat, OC, MG. [38] quia, OB, MA, MB. [39] in quo, V, MA. [40] ponet, OB, OA, LA. [41] erit, OB, MA, MB. [42] vel, OC, MG. [43] et, OB, MA, MB. [44] Om., OC, MG. [45] si, OB, MA, MB; sed si, V. [46] Om., OB, MA, MB. [47-48] quo advixerit, OB, OC, MA, MG, CM. [49] Om., OB, MA, MB, CM.

ad recognoscendum si prædictus A. pater B. aliud ius vel alium ingressum habuit in prædictam terram quam per prædictam C., quæ terram illam tenuit[50] in dotem de dono prædicti D.[51] quondam viri sui cuius heres ipse E. est, scilicet qui petit, sicut idem E. dicit, vel si ingressum habuit[52] in terram illam per prædictum D. qui terram illam ei dedit per cartam suam, et inde eum posuit in seisinam ita quod attornavit[53] eidem A. servitium C. de prædicta terra ut idem B. dicit. Et interim etcetera. Et hoc sufficiat de inquisitionibus ad præsens.

Si iurata summonenda sit coram iustitiariis.

Si autem[54] aliqua iurata summonenda fuerit coram iustitiariis vel coram ipso rege, quæ aliquando fuit coram quatuor iustitiariis assignatis, tunc fiat tale breve. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod iurata[55] quæ summonita fuit coram dilectis et fidelibus nostris etcetera, in adventu ipsorum[56] in partes illas inter tales de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, et quæ iurata nondum capta est ut idem talis recordatur, venire f. 326] facias coram iustitiariis nostris etcetera in eodem statu in quo summonita fuit coram præfatis[1] talibus. Et habeas etcetera. In quo casu si recognitores non venerint, tunc fiat tale breve. Præcipimus[2] tibi quod habeas coram etcetera ad talem terminum corpora A., B., C., recognitorum[3] iuratæ summonitæ in curia nostra etcetera, inter tales de tanto terræ etcetera, ad faciendam[4] iuratam illam, vel[5] ad faciendum[6] iuratam illam[7] cum aliis ad hoc electis. Præcipimus etiam quod loco talis unius electorum qui obiit vel qui amotus est, ponas alium militem et illum habeas ad prædictum terminum ad faciendum[8] iuratam illam simul etcetera. Vel sic: Præcipimus tibi quod in iurata quæ summonita est etcetera,[9] inter tales de tali re ponas sex liberos et legales homines alios a præelectis et qui non sint[10] essoniabiles, et eos habeas[11] coram etcetera. Ita quod iurata illa non remaneat pro defectu recognitorum, qui interim tenementa illa videant etcetera.

Si firmarius petierit seisinam propriam.

Inter cetera in fine notandum quod cum quis firmarius petierit seisinam propriam, hoc facere poterit etsi non habuerit ius in re sive in tenemento, et illud alicui dimiserit ad terminum qui præteriit, quia quodam modo ius habet possessorium quale quale,[12] quare[13] competat ei actio de dimis-

[50] habuit, MC, LA. [51] Om., OB, MA, MB. [52] habuerit, MA, MB, CE. [53] alternavit, OC, MG, LA. [54] Om., OA, CE, OB, MA, Y. [55] iuratam, OC, CE, MC, LA. [56] illorum, OB, MA, MB.

[1] prædictis, OC, MG. [2] Rex vicecomiti salutem. P., OB, MA, MB. [3] recognitores, MA, CM; rec., MSS. gen. [4] *sic.* MA; faciend,, MSS. gen. [5-7] Om., OB, MA, MB, CM. [6] *sic,* OA; faciend., MSS. gen. [8] *sic,* OC; faciend., MSS. gen. [9] Om., MC, LA, CM. [10] sunt, OC, MA, MB. [11] Om., OC, MG, [12] Om., OC, MG, CM. [13] Om., OC, MG.

sione propria et facto proprio. Quod si in feodo, tunc expirat sua actio et incipit competere proprietario, vel de nova disseisina vel de ingressu vel de mero iure per breve de recto, secundum quod tenuerit ad vitam quocumque modo ut de[14] libero tenemento,[15] vel in feodo sibi et heredibus suis sine usu et expletiis tantum, vel cum usu et expletiis ut de iure mero.

Qualia brevia non vertuntur ad brevia de recto per narrationem, quia ille qui petit non habet nisi liberum tenementum.

Si autem ille dimiserit qui tantum tenuerit ad terminum vitæ, et de seisina propria petierit per ingressum ubi alius habuerit proprietatem, feodum scilicet et ius merum, tale breve numquam vertetur per narrationem ad breve de recto. Eodem modo si quis petierit per ingressum tenementum quod dimisit ad terminum et quod tenuit tantum in feodo sine usu et expletiis, numquam vertetur tale breve de ingressu per narrationem ad breve de recto. Si autem petierit de seisina propria quod tenuit ut liberum tenementum et in feodo cum usu et expletiis et sic de iure mero, tunc competere poterunt petenti duæ actiones et uti poterit qua voluerit. Et etiam una electa, vertitur quandoque una in aliam. Competit enim ei breve de ingressu vel breve de recto. Et si breve[16] de ingressu eligitur ubi omnia prædicta concurrunt, et petens fundaverit intentionem suam et docuerit de iure suo et[17] quod ad ipsum pertineat actio, tunc proponat ingressum et illum probet per patriam vel per instrumentum ut supra dicitur.

Qualiter et quæ vertuntur.

Et si primo proposuerit ingressum et postea velit docere de mero iure suo per descendum, sic vertitur breve de ingressu ad[18] breve de recto f. 326b] et[19] coniungitur una actio cum alia, sed[20] per breve de recto vel per breve de ingressu per iuratam, secundum quod tenens elegerit, totum terminabitur negotium. Et ideo habet tenens electionem, quia sicut[21] petenti plures competant actiones[22] et uti poterit qua voluerit, eodem modo si tenenti plures competant[23] responsiones sive[24] exceptiones peremptoriæ quæ terminant negotium, uti poterit pro voluntate sua quacumque illarum voluerit quatenus tempus et probatio permiserint,[25] ut si se tenuerit tenens ad ingressum, cavendum erit quod terminus non excedat tempus assisæ mortis antecessoris[26] ita quod deficiat probatio de proprio visu et auditu. Et si se tenuerit ad rectum, extunc[27] sicut per breve de recto erit procedendum postquam tenens se posuerit in magnam assisam

[14] Om., OB, MA, MB. [15] t. tantum, OC, MG, CM, MC. [16] Om., MC, LA. [17] Om., OB, MA, MB. [18] in, OB, MA, MB. [19] Om., OC, MG. [20] scilicet, V, MB; si, CM. [21] si cum, V, OA, OC, CE, Y; cum, OB, MA, MB. [22-23] Om., OA, CE, OB, MA, MB. [24] et, OB, MA, MB. [25] permiserit, OB, MA, MB, MG. [26] antecessorum, OA, CE. [27] quod tunc, OC, MG.

vel defenderit[28] per duellum: et sic[29] vertetur una actio proprietatis in aliam super proprietate. Sed actio super possessione numquam per narrationem vertetur ad actionem super[30] proprietate[31], nec e converso. Item cum utraque actio competat petenti ab initio, et inceperit petere primo per breve de recto et narraverit de iure suo per[32] descensum,[33] si[34] tempus probationis permiserit, in fine post descensum bene poterit descendere ad ingressum per hæc verba: et unde talis non habet ingressum nisi per talem cui etcetera, ut supra per totum, sive hoc fuerit de[35] propria seisina sive aliena. Et tunc ut supra secundum quod tenens elegerit defensionem erit procedendum sicut per breve de recto in omnibus, tam in essoniis quam[36] aliis, vel[37] secundum quod proceditur per breve de ingressu. Quandoque tamen[38] locum habet breve de ingressu et probatio de visu proprio et auditu ultra terminum assisæ mortis antecessoris,[39] quod quidem contingit de necessitate et pro defectu alterius actionis, ubi quis qui non habuerit nisi liberum tenementum dimiserit ad terminum longissimum qui excedat[40] terminum assisæ mortis antecessoris,[41] et ubi scilicet agere non possit per breve de recto super iure mero, cum nullum aliud[42] ei competat remedium, de necessitate recurritur ad inquisitionem per iuratam de ingressu non obstante termino, quia quod[43] alias non est licitum necessitas[44] licitum[45] facit, ut si quis qui tenuerit ad vitam[46] quacumque ratione vel in feodo sine usu et expletiis, dimiserit ad terminum talem qui excedit tempus assisæ mortis antecessoris,[47] et ulterius supervixerit per tempus quod excedit terminum, adhuc subvenitur ei per breve de ingressu et per iuratam et[48] probationem de visu proprio alicuius[49] et auditu, quod de iure non esset concedendum. Et quod ita fieri possit probatur de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici octavo comitatu Lincolniæ, de Thoma de Escotengny,[50] ubi quædam quæ tenuit nomine dotis dedit cuidam ad terminum dotem suam qui duravit per sexaginta annos et amplius. Et petiit per breve de ingressu. Et secundum ea quæ prædicta[51] sunt, perpendi poterit quod quodlibet breve de ingressu non convertitur[52] in breve de recto, nec etiam in persona cuiuslibet petentis per breve de ingressu, quia ei soli competit qui loqui poterit de seisina propria vel alicuius antecessoris sui qui inde obiit seisitus ut de feodo et

[28] se d., V; descendet, OC, MG. [29] Om., OC, MG. [30-31] proprietatis, OC, MG. [32-33] de descensu, OB, MA, MB. [34] si post, OB, MA, MB. [35] ex, OB, MA, MB. [36] quam in, OB, OC, MG. [37] Om., OB, MA, MB. [38] autem, OB, MA; om., MB. [39] antecessorum, OA, CE. [40] excedit, V, OB, MA. [41] antecessorum, OA, CE. [42] alium, OC, MG. [43] Om., OB, MA, MB; ad, CM. [44-45] Om., OC, MG. [46] terminum vitæ, OB, MA, MB. [47] antecessorum, OA, CE. [48] et per, OC, MG. [49] Om., OC, MG. [50] Estotinguy, Escotingny, Estitingui, Estotegerny, Estiguy, Estugny, MSS. var. [51] dicta, MC, LA, CM. [52] vertitur, MC, LA, CM; poterit reverti, OC, om., MG.

iure et cuius seisinam petierit, non autem in persona eius qui ad terminum annorum tenuerit sicut firmarius, ut si ad terminum alicui tradiderit et f. 327] finito termino illo terminum suum repetere velit. Idem[1] dici poterit de eo qui tenuerit ad terminum vitæ quocumque modo ut liberum tenementum et[2] illud[3] dimiserit ad terminum, et[4] finito termino repetere velit quod dimisit. Item illud idem dici poterit de eo qui non tenuerit nisi in feodo tantum sine iure mero, id est sine usu et expletiis, et tales licet ius habuerint quale quale, sicut ius possessorium, non tamen petere poterunt ius proprietatis nec in iudicium deducere, quia tale[5] ius non habent. Cum igitur competat alicui utrumque ius, videlicet possessionis et proprietatis, et petat per breve de ingressu seisinam propriam vel alicuius antecessoris ut ius et hereditatem suam vel maritagium suum, cum[6] expressione tali vel sine, et sic dicat in fundatione intentionis suæ, *Peto tantum terræ cum pertinentiis ut ius meum* etcetera, *et unde ego vel talis antecessor meus fuit*[7] *seisitus in dominico suo ut de feodo tempore talis regis, capiendo expletia ad valentiam tanti, et de tali descendit ius illius*[8] *terræ tali*, et sic per omnia sicut per breve de recto usque ad petentem. Et tunc adiciat: *et unde*[9] *idem talis non habet ingressum nisi per talem* etcetera. Et ita quod faciat mentionem de ingressu statim[10] incipit breve de ingressu[11] esse breve de recto ex narratione petentis, cum tenens ingressum[12] elegerit. Et cum in[13] electione tenentis sit ab initio in responsione sua utrum se tenere voluerit ad defensionem iuris vel ingressus, omnia habebit remedia et omnes dilationes quæ ei competere possent[14] per breve de recto, saltem quousque elegerit defensionem iuris vel ingressus. Et si defensionem iuris elegerit, remaneat loquela sicut per breve de recto. Si autem defensionem ingressus, quod tunc desinat esse breve de recto et iterum redeat ad naturam suam sicut per breve de ingressu. Cum autem petens ab initio in[15] intentione sua proponat utrumque, scilicet ius et ingressum, oportet quod offerat se probare utrumque nisi tenens velit ius suum recognoscere. Ad cuius intentionem et probationem oportet tenentem utrumque defendere, habebit tamen electionem quam istarum[16] defensionum subire voluerit, iuris videlicet vel ingressus. Utramque[17] vero subire non tenetur cum una sufficiat per se sine alia, quia cum petens ius suum proponat et ingressum, si in probatione unius deficiat erit quasi deficeret[18] in probatione utriusque propter coniunctionem copulativam[19] et quæ utrumque coniungit. Ex-

[1] item, MA, OC, MG, CM. [2-3] Om., OC, MG. [4] Om., OB, MA, MB. [5] tales. MA, CM. [6] Om., OB, MA, MB. [7] Om., CE, OB, MA, MB. [8] alicuius, OC, MG. [9] Om., OC, MG. [10-11] Om., OC, MG. [12] i. habuerit, OB, MA, MB. [13] Om., OB, MA, MB. [14] possunt, OC, MG. [15] Om., MG, OC (intentionem). [16] istorum, OC, MG. [17] utrumque, OB, MA, MB, CM, MG. [18] defecerit, OB, MA, MB, CM; deficerit, OC. [19] copulatam, OC, MG.

pedit igitur tenenti[20] illam partem eligere quam petens probare non possit, et incerta erit probatio petentis donec tenens elegerit. Poterit enim petens ius habere in re petitia, et tamen[21] ingressus non erit talis ut proponit, vel e converso. Poterit etiam esse quod petens ius habeat in re et quod talis sit ingressus ut proponitur, quo casu cum tenens non teneatur ad duas[22] defensiones nec petens per consequens ad duas probationes, et facta electione probare possit illam quam tenens elegerit, hoc erit tenenti periculosum: et quia cum elegerit ius videtur tacite innuere per consequens ingressum esse talem ut proponitur, et e converso. Cum autem tenens elegerit defensionem iuris[23] contra intentionem et probationem petentis, aliam habebit electionem utrum videlicet se ponere voluerit in magnam assisam vel defendere per duellum, secundum quod inferius dicetur in causa proprietatis per breve de recto, et maxime si tales sint personæ
f. 327b] petens[24] et tenens quod inter eos iacet magna assisa vel duellum. Si autem coniunctæ sint personæ[25] et sit[26] ius descendens utriusque[27] de uno stipite, sicut inter fratres antenatum et postnatum, avunculum et nepotem, ubi locum habebit computatio quis eorum sit heres propinquior, et cum propinquitate constiterit quamdiu casus regis duraverit numquam ad iudicium procedetur. Cum autem breve de recto ut prædictum est per narrationem petentis et responsionem tenentis qui ingressum elegerit vertatur ad breve de ingressu, extunc deficiunt tenenti dilationes et essonia[28] de malo lecti quæ ei competebant antequam tenens ingressum elegerit,[29] et extunc procedendum erit sicut per breve de ingressu. Si autem defensionem iuris elegerit, tunc fiat[30] per omnia sicut dictum est supra inter extraneas personas et coniunctas. Et in fine notandum quod si inter coniunctas personas in placito per breve de recto et per narrationem adiciatur de ingressu, non expedit tenenti quod se teneat ad ingressum, quia si talis sit ingressus ut proponitur et[31] probari possit, et tenens cum ingressum elegerit et[32] per consequens innuat tacite tale ius esse petentis ut proponitur,[33] probato ingressu non obstante casu regis petens obtinebit. Si autem ad defensionem iuris se tenuerit, sive talis sit ingressus ut proponitur sive non, facta computatione parentelæ quamvis constiterit quis eorum sit heres propinquior, numquam procedet iudicium propter casum regis, nec aliud umquam[34] in causa proprietatis inter coniunctas personas durante casu, dum tenens ad defensionem iuris se tenuerit.

[20] Om., OC, MG, CM, MC, LA; petenti, OA (+marg.). [21] tunc, OC, MG. [22] d. defendere, OC, MG. [23] Om., OB, MA, MB. [24] petentis, OC, MG. [24-25] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [26] sic, MA, OC, MG, MC, LA. [27] utrisque, MC, LA; utrique. V. [28] esson. (essonium?), MSS. [29] *sic*, MSS. gen.; eligeret, V. OA, CE, Y. [30] fiet, OA, CE, OC, CM, Y. [31-33] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [32] *sic*, CM; om., OC, MG, MC, LA. [34] numquam, OC, MG, MC, LA.

BREVE DE RECTO

De tractatu super breve de recto.

EXPEDITO tractatu de assisis et recognitionibus quæ proditæ sunt super[35] iure possessorio[36] ad seisinam propriam vel alicuius antecessoris ut de feodo recuperandam, et similiter expedito tractatu placitorum de ingressu, consequenter agendum erit de placito super iure et proprietate, de seisina propria vel alicuius[37] antecessoris, de tenemento vel alio[38] iure de quo antecessor non obiit seisitus ut de feodo, et ubi in iudicium deducitur et terminatur utrumque ius simul, tam[39] possessionis f. 328] videlicet[40] quam proprietatis, secundum quod inferius dicetur et ibi ratio quare. Placitum vero de recto ultimum sibi locum vindicat in ordine placitorum, quia quicumque in hoc placito semel amiserit per iudicium vel per assisam vel per duellum numquam ad aliam actionem habebit regressum, quia semper obstabit ei[1] exceptio rei iudicatæ. Et tale erit iudicium reddendum, scilicet quod petens recuperet seisinam suam quiete sibi et heredibus suis de prædicto tali tenente et heredibus suis imperpetuum. Per iudicium dico quia secus est si per defaltam, aliquando habita distinctione sicut inferius de defaltis. Et si quis semel egerit per hoc[2] breve de recto qualitercumque ut prædictum est, si suo[3] loco impetretur numquam postmodum ad actionem super possessione regressum habebit, et maxime cum placitum per breve de recto utrumque ius, tam possessionis quam proprietatis, ut paulo ante dictum est comprehendat. Et quia variæ sunt formæ brevium de recto, ideo de formulis videamus, et imprimis de illis quæ aliquando terminantur in curiis dominorum[4] quarum hæc est prima.

De forma brevium.

REX tali[5] N.[6] salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione plenum rectum teneas tali de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa quod[7] clamat tenere de te per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, et quod talis ei deforciat. Et nisi feceris vicecomes faciat,[8] ne amplius

[35-36] Om., OB, MA, MB. [36] p. et, OC, MG. [37] Om., OB, MA, MB. [38] aliquo, OC, MG; aliquo alio, V. [39] causa, OA, CE. [40] Om., OB, MA, MB, CM.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] Om., OB, MA, MB. [3] in solo, OC, MG. [4] d. suorum, V, OC, MG. [5-6] tali episcopo, V; vicecomiti, OA, CE; vic. vel tali N., OC, MG; tali domino, OB; tali, MA, MB. [7] quam, MA, CM. [8] *sic*, OA, Y, CE; fac. (= faciat?), OB, MB, CM, MC, MG, LA; faciet, OC, MA.

inde clamorem audiamus[9] pro defectu recti. Teste etcetera. Vel sic: de tertia parte feodi unius militis in tali loco vel villa quam clamat tenere de te et quam talis ei deforciat. Si autem servitium sit militare, tunc sic: per servitium feodi unius militis, vel dimidii vel quartæ partis feodi unius militis, vel per servitium tot denariorum quando quadraginta solidi capiuntur de scuto, vel[10] per servitium tot[11] denariorum quando duæ marcæ vel viginti solidi capiuntur de scuto. Vel sic: per servitium[12] unde tot carucatæ faciunt feodum unius militis. Vel sic: per servitium unde tot bovatæ vel tot virgatæ[13] faciunt feodum unius militis pro omni servitio. Et notandum quod in servitio militari non dicitur per liberum servitium, et ideo quia constat quod feodum tale liberum est,[14] nec etiam nisi[15] quantitas feodi exprimitur in quantitate terræ petitæ non apponitur aliquod servitium, quia in quantitate feodi ostenditur quantitas servitii. Sunt autem infinita servitia et diversa et innumerabilia in brevi de recto secundum quod sunt a dominis capitalibus feoffatoribus constituta. Et ideo non possunt in scripto comprehendi omnia. Fit etiam feoffamentum aliquando sic et breve sic: quod clamat tenere de te per liberum servitium inveniendi tibi unum servientem equitem ad eundem tecum f. 328b] in exercitum in Walliam, ad summonitionem tuam et custum suum vel ad[16] custum tuum pro omni servitio. Vel sic: per liberum servitium sequendi curiam tuam vel portandi brevia tua infra[17] regnum Angliæ, ad summonitionem tuam et custum tuum vel custum suum pro omni servitio. Vel sic: per servitium unius asturcii sori vel unius espervarii sori, vel per servitium unius paris calcarium[18] deauratorum vel albarum cyrotecarum pro omni servitio, et sic de aliis secundum formam cartarum et feoffamentorum. Fit etiam aliquando servitium annuum et servitium militare simul et pro eadem terra, et tunc in brevi proponendum est servitium annuum sic: per liberum servitium decem solidorum per annum, et tunc dicatur, et per servitium feodi unius[19] militis pro omni servitio, quia si hæc determinatio per annum postponeretur[20] huic ultimæ clausulæ, sic referetur[21] ad totum præcedens, et ita sequeretur inconveniens, quia servitium militare[22] non est annuum. Si terra partibilis sit inter aliquos, tunc fiat tale breve.

Breve de recto si terra partibilis sit de socagio.

Rex tali[23] domino[24] salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione plenum

[9] habeamus, OA, CE, MG. [10] vel sic, V, OC, MG, MA. [11-12] Om, OC, MG. [13] v. terræ, V, CM. [14] Om., OB, MA, MB. [15] *sic*, OA, CE, LA, MC, MG, OC; ubi, OB, MA, MB; ibi, CM; om., Y. [16] Om., OB, MB, CM, LA, MA (om., ad custum). [17] per, OB, MA, MB, Y, CE; om., OA. [18] calcariorum, OB, MA, MB. [19] et, OC, MG. [20] præponeretur, proponeretur, MSS. var. [21] videretur referri, OC, MG, CM, LA, MC. [22] Om., OB, MA, MB. [23-24] vicecomiti, OC, MG, CM.

rectum teneas talibus de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamant[25] esse rationabilem partem suam quæ eos vel eas contingit de libero tenemento quod fuit talis patris vel matris, avi vel aviæ, avunculi vel amitæ suæ in eadem villa, et tenere de te per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, quod talis eis[26] deforciat. Et nisi feceris vicecomes talis faciat.[27] Ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. Teste etcetera. Vel sic: quod clamant[28] esse de rationabili parte sua quæ eos contingit de libero tenemento quod fuit talis[29] patris vel matris, avunculi vel amitæ ut supra.

Breve de recto ballivis sokæ vel custodibus honorum.

Rex ballivis[30] sokæ de tali loco vel custodi honoris talis salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione plenum rectum teneas[31] tali de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa quod[32] clamat tenere de prædicta soka vel de prædicto honore, per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, quod talis ei deforciat. Et nisi feceris talis vicecomes faciat.[33] Ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. Teste etcetera.

Breve de recto si quis tenere debeat in capite de rege.

Rex vicecomiti tali[34] salutem. Præcipe tali quod iuste et sine dilatione reddat tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa quod clamat esse ius et hereditatem suam, et tenere de nobis in capite, et unde queritur quod prædictus talis ei iniuste deforciat. Et nisi fecerit et idem talis fecerit te securum de clamore[35] suo prosequendo, tunc summone per bonos summonitores præfatum talem quod sit coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi[36] summonitores[37] et[38] hoc breve. Teste etcetera. Si terra teneri debeat de herede qui est infra ætatem, tunc fiat tale breve.

Breve de recto custodi ubi heres fuerit infra ætatem.

Rex custodi terræ et[39] heredis talis salutem. Præcipimus tibi quod iuste et sine dilatione plenum rectum teneas tali de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quod clamat tenere de prædicto herede per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, quod talis ei deforciat. Et nisi feceris vicecomes talis faciat.[40] Ne amplius etcetera.

Breve ballivis maneriorum secundum consuetudinem maneriorum.

Rex ballivis suis de tali villa salutem. Præcipimus vobis quod sine dila-

[25] clamat, OC, MG. [26] ei, OB, MA, MB, CM, MG, Y. [27] *sic*, CE, Y, LA, MB; faciet, OC; facit, OA; fac. (= faciat?), MSS. var. [28] clamat, OA, OB, MG; clam., MSS. var. [29] Om., MC, LA. [30] ballivo, V; vicecomiti salutem vel ballivo de tali loco, OC, MG (ballivo sokæ de tali loco). [31] teneatis, V, CM; *sic*, MSS. gen. [32] quæ, OC, MG. [33] faciet, OC; fac. (= faciat?), MSS. gen. [34] Om., OB, MA, MB, OC, MG, Y. [35] clamio, CE; clam., MSS. gen. [36] Om., OA, CE, OC, MG. [37-38] Om., LA, MC. [39] vel, OC, MG. [40] faciet, OC; fac. (= faciat?), MSS. gen.; f. etc., MSS. var.

tione et secundum consuetudinem manerii nostri de tali villa plenum rectum teneatis[41] tali de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, quod talis ei deforciat. Ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. Teste etcetera. Si autem burgagium petatur, tunc fiat tale breve.

Breve ballivis burgorum.

f. 329] Rex ballivis suis de tali burgo salutem. Præcipimus vobis quod sine dilatione plenum rectum teneatis A. de tali villa de uno mesuagio cum pertinentiis in tali villa, quod clamat tenere de nobis[1] per liberum servitium tanti per annum pro omni servitio, vel in liberum burgagium vel in liberum maritagium pro omni servitio, quod talis ei deforciat. Et nisi feceris[2] vicecomes talis faciat.[3] Ne amplius etcetera. Teste etcetera. Est etiam alterius modi breve de recto quod dirigitur heredi alicuius sub nomine mulieris quæ habuerit partem dotis suæ[4] sive plus vel minus quod tale est.

Breve de recto de dote ubi mulier partem habuerit.

Rex tali heredi salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione plenum rectum teneas tali mulieri de tertia parte tantæ terræ, vel redditus vel bosci vel prati vel unius vel duorum vel tot mesuagiorum, cum pertinentiis in tali villa, quam clamat esse de rationabili dote sua quæ eam contingit de libero tenemento quod fuit talis quondam viri sui in eadem villa vel alia,[5] et tenere de te per liberum servitium ut supra. Si autem dos quæ petitur defendi debeat sub servitio dotis quæ tenetur, tunc sic: quam clamat pertinere ad liberum tenementum suum quod de te tenet in dotem in eadem villa vel in alia per talem servitium. Vel sic: quam clamat tenere de te in dotem per talem servitium.

Breve de recto de servitiis et consuetudinibus quod immediate dirigitur vicecomiti.

Est etiam[6] alterius modi breve de recto de servitiis et consuetudinibus quod immediate dirigitur vicecomiti, ubi[7] tenens servitium suum dedixerit in toto vel in parte, quod tale est. Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste et sine dilatione faciat tali consuetudines et recta servitia quæ ei facere debet de libero tenemento quod[8] de eo tenet in tali villa. Et nisi fecerit et idem talis fecerit te securum etcetera, tunc summone per bonos summonitores etcetera, quod sit coram iustitiariis nostris ad primam assisam[9] ostensurus quare non fecerit. Et habeas etcetera. Teste etcetera. De servitio vero quod quis cognoverit si illud facere aliquando contra-

[41] teneas, OC, MG.

[1] vobis, MSS. var. [2] *sic*, MSS. gen.; fecerit etc., MB, CM; fec. (feceritis?) etc., OB. [3] faciet, OC, MC. [4] Om., OC, MG. [5] in alia, V, CM. [6] Om., OB, MA, MB. [7] scilicet ubi, OC, MG. [8] quæ, OC, MG. [9] assisam etc., MC, LA.

dixerit, dirigetur[10] tale breve vicecomiti de iustitiando eum, quod non dicitur breve de recto, in hac forma.

Breve de servitiis et consuetudinibus vicecomiti de iustitiando ad faciendum servitium quod cognovit.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod iustities talem quod iuste et sine dilatione faciat tali consuetudines et recta servitia quæ ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in tali villa, ut in homagiis, releviis, redditibus, arreragiis et aliis, sicut rationabiliter monstrare poterit quod ei facere debeat. Ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ. Teste etcetera. Si autem tenementum fuerit in burgo,[11] tunc dicatur sic: quod talis faciat tali recta servitia. Nulla tamen fiat mentio de consuetudinibus.

Qualiter placita transferuntur a curiis dominorum usque ad comitatum.

Constat ex præcedentibus quod quædam[12] brevia de recto ex supra nominatis quæ in curia[13] dominorum terminari debent, et quæ aliquando per defaltam dominorum qui[14] rectum[15] tenere vel[16] nolunt vel non possunt transferuntur ad comitatum et ibi multis modis terminantur, nisi ita sit quod tenens se posuerit in magnam assisam, vel quod dominus rex ad instantiam petentis et[17] aliquando ad instantiam tenentis,[18] sed ex causa, f. 329b] velit quod loquela ad curiam suam a comitatu transferatur, ideo per ordinem erit incipiendum a curiis dominorum ubi ipsi domini quandoque curiam tenent et quandoque eorum ballivi, ut[19] si ipse petens tenere clamaverit de aliquo per liberum servitium qui velit et possit loquelam in curia sua deducere et terminare per duellum vel alio modo, qui quidem si nolit vel non possit multis de causis, vel propter impotentiam[20] vel propter aliquam[21] dubitationem emergentem vel incidentem, et[22] ita quod curia sua de recto tenendo petenti deficiat, tunc rite probata defalta per[23] defaltam recti in curia domini capitalis, vicecomes rectum teneat per verba in brevi contenta, et si non feceris vicecomes hoc faciat.[24] Poterit quidem curia de recto tenendo deficere multis modis, ut si deforcians tenuerit de alio[25] quam de eo de quo petens tenere clamaverit. Quia in hoc casu non habet dominus capitalis coertionem per[26] quam deforciantem trahere possit ad curiam suam, propter quod de necessitate erit ad comitatum recurrendum. Item quia capitalis dominus omnino recusat tenere rectum, vel cum nemo sit vel inveniatur in curia qui rectum teneat

[10] dirigitur, V, LA; dirigatur, MC. [11] burgagio, OB, MA, MB. [12] dicta, OC, MG; q. sunt, V. [13] *sic*, OA, MA; cur. (curiis?), MSS. gen. [14-15] Om., OC, MG. [16] Om, OB, MA, MB, CM, OC. [17-18] Om., OC, MG, CM (om. petentis . . . instantiam). [19] et, MG, LA. [20] innocentiam, OC, MG. [21] aliam, OC, MG. [22] vel, OB, MA, MB. [23] vel, OC, MG. [24] *sic*, OA, CE, Y, LA; faciet, OC, MG; fac., OB, MA, MB, CM. [25] aliquo alio, V, CM. [26] propter, OB, MA, MB.

vel quia ipse dominus nullam curiam habet, nec erit ut videtur ad superiores dominos capitales præterquam ad comitatum recurrendum, cum in brevi contineatur quod si talis nominatus non fecerit quod vicecomes immediate se intromittat. Item propter impotentiam domini capitalis, ut si warantus vocetur qui sit manens extra potestatem suam, vel forte deforcians alibi se essoniaverit de malo lecti quam infra potestatem domini sui, et ita quod milites mittere non possit licet dominus. Rex aliquando hoc faciat[27] per breve suum. Item si tenens se posuerit in magnam assisam. Et aliæ sunt causæ infinitæ. Et si dominus capitalis rectum tenere inceperit et postea obierit, licet heres suus infra ætatem extiterit, propter hoc non cadit breve quia curia iudicabit. De summonitionibus vero ad curiam capitalis domini faciendis, quot[28] esse debeant vel quot[29] sursisæ vel quot[30] essonia fieri, nolo inserere huic tractatu propter diversas consuetudines quæ in diversis curiis diversimode observantur. Sed[31] sciendum quod in visu petendo[32] et in waranto vocando, aliquando et in exceptionibus proponendis et[33] in duellis vadiandis, et in omnibus aliis quæ in curiis dominorum terminari possunt et debent, observari debent quæ in curia regia observantur.

Qualiter probatur defalta curiæ.

Cum autem ita sit quod dominus capitalis rectum tenere nolit vel non possit et[34] curia sua ita de recto defecerit, videndum erit qualiter defalta probari debeat quod loquela ad comitatum transferatur, et tunc quando loquela incipiat esse in comitatu et usque ad quod tempus capitalis dominus curiam suam petere possit, cum forte de recto non defecerit. Post defaltam curiæ domini capitalis statim ad comitatum accedat petens et ostendat ibi quod curia domini sui ei defecerit de recto, et secundum quosdam vadiata probatione defaltæ in manum servientis[35] domini f. 330] regis, vicecomes dicat servienti quod[1] assumptis secum probis et legalibus hominibus statim accedat ad curiam illius domini capitalis, si curiam habuerit et curiam tenuerit, vel si curiam non habuerit, tunc ad locum ubi habuerit reseantisam,[2] dum tamen hoc sit in feodo illo ubi terra est quæ petitur. Et si nihil horum habuerit vel fecerit, tunc sufficit si defaltam probet quo loco voluerit super feodum illud, secundum quod ipse dominus electionem habet tenendi curiam suam quo voluerit super feodum suum, cum extra de iure non liceat, et videat serviens si curia petenti defecerit de recto quod ipse ei rectum tenere noluerit vel non

[27] facit, MA, LA; faciet, CM. [28] quæ, V, MG; quia, OC. [29] quæ, MG; quod, OC; om., CM. [30] quod, OC, MG. [31] et, OC, MG. [32] Om., OC, MG. [33] vel, OC, MG, CM. [34] vel, OC, MG; in, CM. [35] Om., OA, CE, Y, MA, MB, MC; servientem, OB.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] reseavertisam, reseanterisam, reservatur, reserte sursisam, MSS. var.

possit, et statim per iuramentum ipsius petentis et aliorum duorum quos petens secum habuerit, audiat serviens probationem defaltæ in præsentia capitalis domini si interesse voluerit per se, vel per certum attornatum, senescallum vel alium ballivum, secundum quod inveniri poterit de termino Paschæ et Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici tertio comitatu Surreiæ, de Gilberto de Albingeworthe[3] et Reginaldo de Breuse.[4] Qui quidem si summonitus interesse noluerit nihilominus procedat probatio, et probata defalta ut prædictum est, redire debent ad comitatum tam petens quam serviens. Et serviente qui in hoc recordum habet probationem defaltæ attestante, tunc petens petat inde iudicium, et ibi per iudicium præcipietur quod tenens summoneatur[5] quod sit ad alium comitatum inde petenti responsurus. Ad quem diem si uterque comparuerit procedat loquela. Si autem neuter[6] sed[7] se essoniaverint, dabitur alius dies per essonium, et idem erit de altero ipsorum. Si autem nullus, vacua[8] erit loquela quamvis videatur quod compensari debeat defalta cum defalta, ex quo tenens per iudicium quietus[9] non recessit. Si autem petente comparente tenens non[10] comparuerit, præsentibus summonitoribus et summonitiones testificantibus, procedatur contra ipsum ad defaltam secundum diversam consuetudinem diversorum comitatuum, vel per captionem terræ in manum domini regis vel alio modo. Et secundum quod in comitatu Lancastriæ observatur, et quæ consuetudo ab Martino de Patishilla commendata fuit et approbata et quæ talis fuit, quod si tenens ad primam summonitionem non veniret,[11] tunc præsentibus summonitoribus et summonitionem testificantibus, per considerationem comitatus summoneatur[12] secundo quod sit ad alium comitatum, ad quem si non venerit præsentibus summonitoribus etcetera ut prius, per considerationem comitatus capiatur parvum namium de eadem terra nomine districtionis, et tenens summoneatur[13] tertio quod sit ad tertium comitatum, ad quem si non venerit capiatur magnum namium de eadem terra, scilicet averia et catalla in duplum pro afforciamento districtionis, et tenens quarto summoneatur[14] quod sit ad quartum comitatum, ad quem si non venerit, per considerationem comitatus capiatur[15] terra in manum domini regis et tenens quinto summoneatur[16] quod sit ad quintum comitatum, ad quem si non venerit nec terra petita sit per plevinam, petens seisinam suam recuperabit per defaltam, nec poterit tenens se defendere contra recordum comitatus per

[3] Abbingwith., Abbingeworth., Albingword., Alingewik., Albingewerk., MSS. var. [4] Brewes, Brewys, Brewose, MSS. var. [5] summoniatur, MC, LA, OC, MG, CM. [6-7] non sed uterque, OC; non uterque si, MG. [8] tunc vacua, OB, MA, MB. [9] Om., OB, MA, MB. [10] vero, OA, CE, MC. [11] veniat, OB, MA, MB; veniet, Y, OA, CE; venerit, OC. [12] summoniatur, MSS. var. [13] summoniatur, MSS. var. [14] summoniatur, MSS. var. [15] capietur, V, CM. [16] summoniatur, MSS. var.

legem defendendo summonitionem et sursisas. Fit etiam processus huiusmodi post defaltam probatam pluribus aliis modis et diversis secundum diversitatem comitatuum, quia post probationem defaltæ facit[17] serviens f. 330b] hundredi incontinenti summonitionem vel assidet partibus diem si præsentes fuerint ad proximum comitatum, et semper stabitur eius recordo cum testimonio proborum hominum qui præsentes fuerint de summonitione facta et die dato, et ad quem si tenens non venerit se per legem non defendet contra recordum servientis. Stabitur etiam eius recordo si in curia regis contentio habeatur, utrum loquela fuerit[18] in curia capitalis domini vel in comitatu, vel si facta fuit per eum summonitio vel non, ut de itinere Willelmi de Ralegha in comitatu Warrewickiæ. Et quamvis quidam sic dicant quod statim post summonitionem factam per servientem incipit loquela esse in comitatu, sed[19] non est ita nisi tunc demum cum serviens præsens[20] fuerit in comitatu et[21] testatus fuerit probationem defaltæ et summonitionem. Et cum ita fuerit loquela in comitatu[22] sine calumnia domini capitalis sive tenens se[23] essoniaverit[24] sive non, capitalis dominus curiam suam numquam rehabebit sive tenens in comitatu se essoniaverit sive non. Extunc enim vel[25] statim poterit loquela ad magnam[26] curiam per pone transferri vel in comitatu terminari. Et unde cum multotiens contingat quod[27] petens per fraudem dicit[28] quod curia de recto ei defecerit[29] cum forte loquela numquam fuit[30] in curia domini capitalis, vel cum ipse dominus paratus esset ei rectum tenere, ipse petens ad comitatum convolavit.[31] Et quo probato esset curia domino capitali restituenda si illam ad horam petierit. Oportet quod illam petat hora congrua antequam loquela fuerit in comitatu, scilicet tertio die inclusivo, ne si diem comitatus[32] attenderet, superveniret protestatio probationis defaltæ et summonitionis per recordum servientis, vel essonium tenentis, et postea breve de ponendo loquelam ad magnam curiam, quia sic non esset curia petita ad horam.

Cum loquela fuerit in comitatum translata.

PROBATA sic defalta et per servientem testata et similiter summonitione, sic incipiet[33] placitum de recto esse in comitatu, et ubi in essonio de malo veniendi ita fieri debet sicut fit[34] in curia domini regis, nisi ex consuetudine et[35] ex antiquo[36] aliter observetur. De essonio vero de malo lecti ita fiat secundum quod inferius videri poterit de essoniis si in comitatu. De visu

[17] faciat, MG; fac., MA, MB, MC, CE. [18] habuerit, OA, CE. [19] tamen, V; si, OB. [20] Om., OC, MG. [21-22] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [23-24] essoniatus fuerit, OC; sit essoniatus, MG. [25] Om., OB, MA, MB, OC. [26] m. assisam, OC, MG. [27] Om., OC, MG. [28] dicat, OB, MA, MB, MG, CM. [29] non d., OC, MG; deficiat, MB; defecerat, MA. [30] fuerit, OB, MB, CM. [31] convaluit, OC, MG. [32] com. (comitatu?) MSS. [33] incipit, V, OC, MG. [34] Om., OC, MG, CM. [35] vel, MC, LA, CM. [36] iure a., V, MG.

f. 331] vero habendo et de exceptionibus et replicationibus fiat sicut inferius dicitur et eodem modo. Si autem vocetur warantus in comitatu, non habebit comitatus potestatem summonendi warantum ad warantizandum sine speciali præcepto domini regis, quo casu recurrendum erit ad curiam pro[1] brevi[2] de warantia quod tale erit.

Si in comitatu vocetur warantus.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste et sine dilatione warantizet tali tantam terram cum pertinentiis in tali villa quam talis tertius[3] in curia nostra etcetera[4] clamat ut ius suum, et unde etcetera, ut infra inter brevia de warantia. Et nisi fecerit, quod sit in adventu iustitiariorum etcetera. Et unde si in comitatu warantizaverit bene erit. Si autem non, tunc dabitur dies partibus in adventu iustitiariorum ubi teminabitur per tale breve placitum de warantia. Et cum warantizaverit, remittetur loquela principalis iterum ad comitatum ut ibi terminetur si iustitiarii hoc voluerint. Poterit tamen utraque coram eis de gratia terminari si voluerint etiam[5] sine pone. Et si warantus infra ætatem fuerit, remanebit principale placitum in suspenso in comitatu et placitum de warantia coram iustitiariis quousque warantus ætatem habuerit, quod ad warantiam respondere possit. Si autem tenens[6] in comitatu per duellum se defendere voluerit, tunc fiat eodem modo in essoniis et aliis sicut fit infra de duellis.

Si tenens se posuerit in magnam assisam in comitatu.

Cum autem tenens se posuerit in magnam assisam in comitatu, dabitur ei dies usque ad alium comitatum infra quem sibi perquirere debet breve de pace usque ad[7] adventum iustitiariorum, quod quidem facere non poterit per interpositam personam, cum in propria persona iurare teneatur quod tenens est et quod[8] se in comitatu posuerit in assisam, quod si infra comitatum sibi non perquisiverit vel essoniatus non fuerit sed defaltam fecerit, amittere poterit per defaltam salvo ei quod habeat recuperare suum quale habere debebit.[9] Et eodem modo faciat petens ex parte sua, perquirat sibi breve de summonendo magnam assisam coram iustitiariis ad eundem terminum secundum quod inferius dicetur. Breve autem de pace habenda in comitatu tale erit.

Breve de pace usque ad adventum iustitiariorum.

Rex vicecomiti salutem. Prohibemus tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter A. petentem et B. tenentem de tanto terræ[10] cum pertinentiis in N. quod idem A. clamat versus prædictum B. per breve nostrum de recto, nisi duellum fuerit inde vadiatum, quia idem B. qui tenens

[1-2] per breve, V, MG. [3] Titius, V; om., CM. [4] Om., MB, MC, LA. [5] et, CE, CM; om., OB. [6] Om., OC, MG. [7] Om., MC, LA, OC. [8] Om., OC, MG. [9] debebit, V, OC, MG. [10] Om., OA, CE.

est posuit se in magnam assisam nostram et petit[11] recognitionem fieri uter[12] eorum maius ius habeat[13] in terra illa. Et sic fiat de omnibus aliis assisis secundum quod videri poterit in magnis assisis inferius. Si autem placitum de recto fuerit in curia alicuius, tunc fiat prohibitio custodi vel ballivo per tale breve.

Fiat prohibitio custodi vel ballivo.

Rex vicecomiti salutem. Prohibe ballivo vel custodi terræ et heredis A. ne teneat placitum quod est in curia eiusdem custodis vel ballivi de tali honore etcetera, ut supra. Vel si prohibitio fieri debeat domino curiæ, tunc sic: Prohibe A. ne teneat placitum in curia sua inter A. petentem et B. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in N. quod idem A. clamat versus eundem B. per breve nostrum de recto etcetera. Si autem placitum fuerit[14] inter aliquos[15] in comitatu de servitiis et consuetudinibus per breve de recto patens quod dicitur prohibemus,[16] vel per breve de iustitiando aliquem[17] ad faciendum consuetudines et recta servitia, et tenens se posuerit
f. 331b] in magnam assisam, quod bene poterit, habebit breve de pace vicecomiti quod tale erit.

Si placitum in comitatu de servitiis et consuetudinibus.

Rex vicecomiti salutem. Prohibemus tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter A. petentem[18] et B. deforciantem de consuetudinibus et servitiis quæ prædictus A. exigit de prædicto B. per breve nostrum de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, nisi duellum fuerit inde vadiatum, quia idem B. qui tenens est posuit se in magnam assisam nostram, et petit recognitionem fieri utrum debeat prædicto A. de prædicto tenemento tale servitium et tale tantum[19] per annum pro omni servitio sicut ei recognoscit, an idem servitium et præterea tale et tale[20] sicut idem A. ab eo exigit. Teste etcetera. Et variatur istud breve multotiens secundum varietatem servitiorum. Contingit quandoque quod ille qui se posuerit[21] in magnam assisam de servitiis et consuetudinibus, postquam sibi perquisiverit breve de pace usque ad[22] adventum iustitiariorum, interim nihilominus distringitur pro eisdem servitiis per dominum capitalem, et quo casu consulitur ei per breve quod tale est.

Si ille qui se posuerit super magnam assisam de servitiis et consuetudinibus, et habuerit breve de pace, distringatur a domino suo pendente placito.

Rex vicecomiti salutem. Ostendit nobis talis quod cum tulerit tibi breve nostrum de pace habenda usque ad[23] adventum iustitiariorum ad[24] partes

[11] petat, OC, MG. [12] utrum, OB, MA, MB, CE, Y, CM, MC; quis, OC. [13] habet, OC, MG. [14] Om., OC, MG. [15] alios, OC, MG. [16] prohibeamus, OC, MG. [17] qui, OC, MG. [18] Om., OC, MG. [19-20] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [21] posuit, OB, MA, MB. [22] Om., OB, OC, CM, MB, MC, LA. [23] Om., OB, MA, MB, CM, OC. [24] in, OC, MG.

illas de servitiis et consuetudinibus, quas talis[25] ab eo exigit et quas ei non cognoscit, et unde posuit se in magnam assisam nostram coram te in comitatu tuo, idem talis nihilominus distringit eum pro eisdem servitiis et consuetudinibus quas ei non cognoscit, et in aliis gravis existit eidem et iniuriosus. Et ideo tibi præcipimus quod non permittas de cetero quod prædictus talis distringat ipsum[26] talem pro eisdem servitiis et consuetudinibus, vel[27] quod prædicta occasione de cetero ei molestiam inferat vel gravamen. Et ita te habeas in hoc negotio etcetera. Teste etcetera. Item est aliud breve de pace ubi terra petita teneri debet in gavelikinde[28] quod tale est.

Breve de pace in gavelikinde.

REX vicecomiti salutem. Prohibemus tibi ne teneas placitum quod est in comitatu tuo inter talem et talem etcetera ut supra, nisi duellum etcetera, quia idem talis qui tenens est posuit se in iuratam loco magnæ assisæ nostræ provisam et concessam, et petit[29] recognitionem fieri uter[30] eorum maius ius habeat in terra illa. Teste etcetera. Et notandum quod omnia brevia de pace sic fiunt vel sic, vel quod sit prohibitio vicecomiti ne teneat, vel vicecomiti quod aliis[31] prohibeat, sicut dominis, custodibus vel ballivis ne ipsi teneant placitum quod est in curia eorum etcetera ut supra. Et sciendum quod omnia brevia de pace irrotulari debent in rotulis de[32] cancellaria.

Quod tenens qui se posuerit in magnam assisam, cum breve de pace habuerit, perquirat sibi petens de arramiando magnam assisam coram iustitiariis in adventu ipsorum.

CUM autem tenens huiusmodi breve de pace sibi perquisiverit, statim debet petens aliud sibi perquirere, scilicet de magna assisa coram iustitiariis in eorum adventu arramianda, et per quod summoneantur[33] quatuor milites ad eligendum duodecim ad faciendum assisam illam in hac forma.

Breve de assisa arramianda.

REX vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores quatuor legales milites de comitatu tuo quod sint coram iustitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad eligendum super sacramentum suum duodecim de legalioribus militibus de tali visneto qui melius sciant et velint veritatem dicere, ad faciendum recognitionem magnæ assisæ nostræ inter talem petentem et talem tenentem de tanto terræ cum f. 332] pertinentiis in tali villa, quia idem talis qui tenens est posuit se in magnam assisam nostram et petit recognitionem fieri uter[1] eorum maius

[25] Om., OC, MG. [26] prædictum, MC, LA. [27] ita, OB, MA, MB. [28] gavelinkynde, gavelkinde, MSS. var. [29] petiit, V, MA. [30] utrum, OB, MA, MC, CE, CM; quis, OC, MG. [31] alius, OC, MG. [32] in, OC; et in, MG. [33] summoniantur, MSS. var.

[1] utrum, OB, MA, MC, CE, CM.

ius habeat in terra illa. Et summone per bonos summonitores prædictum talem quod tunc sit ibi auditurus illam electionem. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste etcetera. Et sciendum quod variantur huiusmodi brevia secundum varietatem assisarum, secundum quod videri poterit infra de assisis. Si autem placitum sit de servitiis et consuetudinibus, tunc fiat breve sic.

De assisa arramianda cum placitum de recto fuerit de servitiis et consuetudinibus.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores quatuor legales milites de comitatu tuo etcetera ut supra, ad faciendum recognitionem magnæ assisæ nostræ inter A. petentem et B. deforciantem de consuetudinibus et servitiis quæ idem A. exigit a prædicto B. de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et unde idem B. qui tenens est posuit se in magnam assisam nostram, et petit[2] recognitionem fieri utrum debeat prædicto A. de prædicta terra tale servitium et[3] tale tantum per annum pro omni servitio sicut ei recognoscit, an idem servitium et præterea tantum sicut idem A. ab eo exigit. Et summone etcetera, ut supra.

Breve de assisa arramianda in iurata de gavelikinde loco magnæ assisæ.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores quatuor legales homines[4] de comitatu tuo quo teneant in gavelikinde quod sint coram iustitiariis nostris etcetera ut supra, ad eligendum super sacramentum[5] duodecim de legalioribus hominibus de visneto tali qui teneant in gavelikinde et qui melius sciant et velint dicere veritatem, ad faciendum iuratam loco magnæ assisæ provisam et concessam, inter tales etcetera ut supra. Et summone etcetera. Et habeas etcetera. Et tali modo procedet[6] placitum de recto in comitatu, nisi forte sit aliquis capitalis dominus, ut prædictum est, qui curiam suam ad horam petierit antequam placitum fuerit in comitatu, vel forte cum in comitatu fuerit perquirat sibi petens de ponendo loquelam illam ad magnam curiam per breve quod vocatur pone, et quod tenenti de facili non conceditur[7] nisi ex causa necessaria in brevi exprimenda.

Pone ad petitionem petentis.

Rex vicecomiti salutem. Pone ad petitionem petentis coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die loquelam quæ est in comitatu tuo per breve nostrum de recto inter A. petentem et B. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Vel sic: exceptis tot acris etcetera. Et summone per bonos summonitores prædictum B. quod tunc sit ibi præfato A. inde responsurus. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera.

[2] petiit, V, MA, CM. [3] vel, OB, MA, MB. [4] milites, LA, CM; milites vel homines, MC. [5] s. suum, MB, MC, LA, CM, Y. [6] procedat, V, OB, MA. [7] concedatur, OB, MA, MG; concedere, LA.

Item aliud pone de servitiis et consuetudinibus ad petitionem petentis.

Rex vicecomiti salutem. Pone ad petitionem petentis coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die loquelam quæ est in comitatu tuo per breve nostrum inter A. petentem[8] et B. deforciantem de consuetudinibus et servitiis quæ idem A. exigit de prædicto B. de libero tenemento suo quod de eo tenet in tali villa etcetera. Et summone per bonos summonitores præfatum B. quod tunc sit ibi præfato A. inde responsurus. Et habeas ibi summonitores et hoc breve et aliud breve. Teste etcetera. Et ideo dicit aliud breve, ut si placitum fuerit in comitatu per aliquod[9] breve clausum inter aliquos de debito vel de alia re, et ita quod non sit patens, quod[10] quidem remanere debet penes petentem. Sed esto quod tenens warantum vocaverit in comitatu antequam loquela posita fuerit coram iustitiariis de banco, et ita quod warantus diem habeat coram iustitiariis itinerantibus, quia statim ad præceptum vicecomitis non warantizavit,[11] numquid[12] fiet[13] mentio in pone de waranto? Non. Quia in curia regis post essonia et dila- f. 332b] tiones incipiet petens narrare versus tenentem ex quo warantus in comitatu nondum[14] warantizavit, et ipse tenens tunc de novo incipiet[15] warantum vocare, et dies datus coram iustitiariis itinerantibus nullus erit. Raro autem fit hoc breve pone ad petitionem tenentis ut prædictum est nisi ex causa, quæ multiplex esse poterit; ut si tenens longe agens fuerit in partibus transmarinis, vel[16] ita impotens sui quod comparere non possit in comitatu,[17] vel vice versa si petens sit vicecomiti parentela coniunctus, serviens vel multum familiaris, vel si[18] sit valde potens et buzo[19] de comitatu. Et fit tale pone sic cum causa expressa.

Pone ad petitionem tenentis ex causa.

Rex vicecomiti salutem. Pone ad petitionem tenentis eo quod agit in partibus transmarinis, vel eo quod petens est amicus vel familiaris vicecomiti vel[20] huiusmodi, coram iustitiariis nostris ad talem diem loquelam quæ est in comitatu tuo per breve nostrum de recto inter A. petentem et B. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et dic prædicto A. quod tunc sit ibi loquelam suam versus prædictum B. prosecuturus[21] si voluerit. Et habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Et notandum quod si tenens quacumque de causa perquisiverit suum pone coram iustitiariis et primo die coram eis defaltam[22] fecerit, oportebit eum wayviare suum pone vel amittet per defaltam.[23] Item esto quod petens defaltam fecerit primo die

[8] querentem, OC, MG, MC, LA. [9] aliud, OC, MG. [10] et quod, OC, MG, CM. [11] warantizaverit, OC, MG, CM. [12-13] numquam f., V; numquam fecit, OC, MG (facit). [14] non, OC, MG. [15] incipiat, V, OB, MB. [16] et, OB, MA, MB, CM, Y. [17] c. tuo, OC, MG. [18] om., V, CM. [19] vicecomes, V, MG; baro, OC. [20] et, OC, MG, CM, MC, LA. [21] prosequiturus, OA; progeniturus, OC; propo., CM. [22-23] defaltis, OC, MG (de d.).

cum pone suum perquisiverit, et cum tenens se essoniaverit recesserit essoniator sine die, non poterit petens ulterius per aliud pone resumere placitum suum et illud iterum transferre de comitatu ad magnam curiam, quia in comitatu nullum est placitum ex quo semel inde translatum est.[24] Ut de termino Paschæ anno regis Henrici nono comitatu Huntingdoniæ de Willelmo Hatecrist[25] et Roberto de Wassingelegha. Et unde idem Robertus qui tenens fuit recessit sine die de placito illo quod translatum fuit a[26] comitatu per secundum pone. Et ideo placitum de novo reincipiendum. Transfertur[27] etiam loquela ad magnam curiam ad petitionem petentis ex necessitate propter privilegium tenentis, quale[28] habent templarii et hospitalarii et plures alii, quod non respondeant de aliquo placito nisi coram ipso rege vel eius capitali iustitiario, qui etsi aliquando contra[29] privilegium suum intraverint in responsum, ex pænitentia resilire non possunt. Ut de itinere abbatis de[30] Radinge et Martini de Pateshilla in comitatu Wigorniæ anno regis Henrici quinto. Transfertur[31] etiam generaliter quælibet loquela de comitatu per necessitatem, scilicet ubi comitatus non habet potestatem terminandi placitum ut si bastardia obiciatur, vel huiusmodi. Et eodem modo propter difficultatem iudicii et multis aliis modis. Et eodem modo transferuntur loquelæ coram iustitiariis itinerantibus indifferenter,[32] absque eo[33] quod aliquid detur[34] pro pone. Et eodem modo de[35] curiis[36] baronum. Et in fine notandum quod de[37] placito per parvum breve de dominicis domini regis nullum pone. Transfertur etiam loquela a comitatu ad curiam propter falsum iudicium vel fatuum.

Ubi duellum vadiatum est contra consuetudinem regni.

Rex vicecomiti salutem. Pone coram iustitiariis nostris etcetera, duellum quod vadiatum est in comitatu tuo inter A. querentem et talia hundreda de quodam iudicio eidem A. facto, de averiis captis et contra vadium et plegios[38] detentis ut idem A. dicit. Et unde queritur quod duellum illud iniuste et contra consuetudinem regni nostri vadiatum est. Et interim re-
f. 333] cordum illud unde prædictum duellum vadiatum fuit fieri facias, et illud habeas coram præfatis iustitiariis etcetera[1] ad prædictum diem per quatuor legales milites de comitatu tuo qui recordo illi interfuerunt.[2] Et[3] summone etcetera quatuor legales milites de comitatu[4] tuo qui recordo illi interfuerunt,[5] et præterea quatuor legales milites de[6] quolibet prædictorum

[24] Om., OB, MA, MB, OC, MG. [25] Antecrist, OC, MG; Hantekrist., CM. [26] de, MC, LA. [27] transferatur, OC, MG. [28] quod, OC, MG. [29] extra, OB, MB. [30] Om., OA, CE, MC, LA. [31] transferitur, OA, CE, Y; transferuntur, MA. [32] et differenter, OB, MA, MB. [33] Om., OB, MA, MB. [34] de, OA, CE, OB, MA, MB, Y. [35-36] ad cur., OC, MG. [37] in, MG, CM. [38] plegium, V; pleg., MSS.

[1] nostris etc., OC, MG. [2] interfuerint, V, OC, MG, CM. [3-5] Om., MA, MG, CM. [4-6] Om., OB. [5] Interfuerint, V, OC; om., MB.

hundredorum, quod tunc sint ibi audituri recordum illud et inde responsuri[7] et[8] iudicium recepturi pro prædictis hundredis. Et habeas ibi[9] summonitores, nomina militum[10] et hoc breve. Teste etcetera. Et sunt huiusmodi formæ infinitæ secundum diversitatem placitorum.[11]

De summonitionibus post loquelam translatam ad magnam curiam.

TRANSLATA[12] ad magnam curiam ad petitionem petentis loquela quæ incepta est per breve de recto per pone, oportet quod summoneatur[13] tenens quod sit ibi petenti inde[14] responsurus. Et unde imprimis videndum est an sit summonitus. Et ideo de summonitionibus aliquid dicatur. Et sciendum[15] quod est summonitio, et est post summonitionem aliquando captio[16] in manum[17] domini regis per defaltam vel attachiamentum, secundum quod actio fuerit realis vel personalis, secundum quod inferius dicetur. Item est mandatum domini regis vel præceptum sine alia summonitione quod quis sit coram eo responsurus vel aliquid facturus, vel quod quis sit et habeat talem ad respondendum vel aliquid[18] faciendum. Item est præceptum vicecomiti quod faciat aliquem venire vel quod[19] attachiet vel quod habeat corpus[20] alicuius, vel ita attachiet quod sit securus habendi corpus, secundum diversitatem summonitionum et attachiamentorum, ut inferius dicetur de essoniis, et ubi aliquando sequitur essonium, aliquando[21] non. Item summonitionum alia fit[22] in actione reali tam in causa possessionis quam in causa proprietatis. Item alia in causa personali, ubi scilicet persona obligatur in contractibus ad aliquid dandum vel faciendum et in actionibus iniuriarum. Item summonitionum alia generalis alia specialis. Generalis autem sive communis est quæ tangit aliquam universitatem, sicut omnes de comitatu vel omnes alicuius civitatis, burgi vel villæ pro aliquo quod tangat[23] universitatem, sicut generalis summonitio quæ fit ante iter iustitiariorum et huiusmodi, quæ semper fieri debet in loco magis publico, et ideo dedici non poterit nec defendi, quia quod omnes de comitatu vel[24] civitate sciverint vel cognoverint, unus vel plures hoc dedicere non possunt. Et talem generalem summonitionem sequuntur essonia quæ quidem dicuntur essonia de communi summonitione, per quæ[25] defenditur quis et eius absentia si ad primum diem communis summonitionis non venerit, dum tamen veniat ad diem sibi datum ad warantizandum essonium et ita quod inde postmodum sine licentia non recedat. Est etiam[26] specialis summonitio quæ sub generali continetur, ut si quis de aliquo placito speciali summoni-

[7-8] Om., OC, MG. [9] Om., OB, MA, MB. [10] Om., OC, MG. [11] ipsorum, OC, MG. [12] t. est, OC; translatorum, CM; cum translata fuerit, MG. [13] summoniatur, MSS. var. [14] Om., OB, MA, MB. [15] s. est, MC, LA. [16] Om., OA, CE, OB, MB, Y. [17] manu, MSS. var. [18] ad, OC, MG. [19] Om., V, OB, MG. [20] coram, OC, MG. [21] et a., CE, CM, MC. [22] sit, MSS. var. [23] tangit, OC, MG, CM, MA, MB, Y. [24] vel de, LA, MC, MG. [25] quem, OC, MG. [26] autem, OC, MG; om., CM.

tus sit coram iustitiariis, quo casu si primo die non venerit nec se essoniaverit in placito speciali erit in defalta, nec excusabitur quamvis de communi[27] summonitione fuerit essoniatus. Sed si in placito speciali, excusa-
f. 333b] tur[28] per essonium illud quantum ad communem[29] summonitionem quamvis de ea[30] specialiter essoniatus non fuerit. Item videndum ubi specialis summonitio fieri debeat si ille qui summonendus est non inveniatur. Si autem inveniatur, fiat ei[31] summonitio ubicumque inventus fuerit in domicilio suo vel extra, sub testimonio duorum ad minus qui hoc si opus fuerit possint testificari. Si autem non fuerit inventus, non tenentur summonitores eum ulterius quærere quam ad domicilium suum, et in quo si fuerit inventus, fiat ei summonitio ut prædictum est vel familiæ suæ, ei denuntianda cum venerit. Item si in comitatu plura habeat domicilia, potius fiat ei summonitio ad domicilium ubi magis habitaverit vel ubi[32] maiorem habuerit substantiam. Si autem domicilium non habuerit nec dominicum in comitatu, tunc si feodum habuerit fiat summonitio ad feodum suum. Et cum ita qualitercumque præventus fuerit summonitione, non poterit extra regnum se transferre ut per hoc sibi adquirat dilationes de ultra mare, secundum quod inferius dicetur. Et quid si per summonitionem sic præventus se transtulerit[33] extra regnum et ad diem suum essoniatus fuerit de ultra mare? Quæro, cum non competat tale essonium, an verti possit in essonium de malo veniendi quod bene competeret si ab initio taliter se essoniasset. Et videtur prima facie quod sic, quia si quis primo se essoniaverit de malo lecti ubi se essoniasse debuit de malo veniendi, ordine non servato,[34] vertitur essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi, et qui facit id[35] quod maius est facit id quod minus est.[36] Videtur igitur quod eadem ratio est in casu præmisso, quod essonium de ultra mare vertitur in essonium de malo veniendi cum summonitus summonitione sit præventus. Sed non est idem in utroque casu, quia in uno casu competit[37] utrumque essonium sed vertitur unum in aliud propter ordinem non servatum. In alio vero casu[38] non competit nisi unicum tantum, scilicet essonium de malo veniendi, de citra mare et non de ultra. Et unde cum se essoniaverit de essonio de ultra mare quod non iacet, et non de[39] essonio de citra quod iacet, videtur et verum est quod carebit utroque, quia[40] essonium quod non est non potest cadere in essonium quod non est quamvis esse deberet. Item videndum[41] quis summonere possit.[42] Et sciendum quod omnis qui habet iurisdictionem et[43] potestatem iudicandi ordi-

[27] generali, OB, Y, MB; om., MA. [28] essoniatur, OC, MG. [29] generalem, OB, MA, MB, Y. [30] causa, OC, MG; ea causa, V. [31] Om, OB, MA, MB, CM. [32] ut, CE; om., OB, MA, MB. [33] transtulit, MC, LA. [34] observato, V, CE, CM. [35] illud, OB, MA, MB. [36] Om., MC, LA. [37-38] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [39] Om., OB, MA, MB, Y. [40] per, OC, MG. [41] v. est, MC, LA. [42] posset, OB, MA, MB. [43] Om., OC, MG.

nariam sicut ipse dominus rex, vel delegatam[44] sicut iustitiarius ab eo constitutus, et non alius a iustitiario substituendus, quia iustitiarius iustitiarium substituere non potest. Et ideo dico ab eo qui habet iurisdictionem quia alius coertionem non habet, et cum coertionem non habeat[45] punire non poterit contumacem, nec iudicium a non sui iudice factum ligat neque tenet. Et in hoc[46] casu aut constat ab initio iustitiarium habere iurisdictionem aut constat quod non habet, aut dubitatur an[47] habeat. Si autem constiterit quod habeat, venire tenetur summonitus vel se legitime excusare, alioquin pœnam contumaciæ non evadet. Si autem constiterit quod non, summonitus se impune absentabit. Si autem dubitetur,[48] venire debet summonitus, saltem privilegium fori allegaturus, ut infra plenius dicetur de prohibitionibus. Item per quos et per quot facienda sit summonitio. Et videndum[49] quod per duos ad minus, qui si necesse fuerit testi-
f. 334] ficari[50] possint[51] summonitionem esse legitime factam, et qui eam possint probare si opus fuerit et inde dubitetur, cum per iustitiarios fuerint inde requisiti de tempore, die[1] et[2] loco et aliis circumstantiis, secundum quod inferius dicetur. Item quando. Et sciendum quod per quindecim dies ante diem quo comparere debeat, fiat[3] talis summonitio omnibus qui in regno sunt et extra comitatum infra[4] quatuor maria. Et talis summonitio debet dici legitima. Si autem minus spatium contingat,[5] poterit illegitima iudicari nisi ob causam legitimam minus tempus statuatur. Ut si propter causam quæ instantiam desiderat propter rem forte quæ tempore peritura sit, vel propter alias causas ubi indutiæ arbitrariæ sunt propter necessitatem, ut propter concilium Latranense[6] de ecclesiis vacantibus. Item propter præsentiam partium in itinere iustitiariorum in eodem comitatu existentium, quod secus est si aliqua manens sit extra. Item propter personas qui celerem habere debent iustitiam, sicut sunt mercatores quibus exhibetur[7] iustitia pepoudrus,[8] et sic ex causa moderatur tempus summonitionis et continet minus tempus quandoque quam spatium quindecim dierum. Et quandoque tempus summonitionis ex causa continet tempus magis[9] diffusum propter longam peregrinationem, secundum quod quis fuerit in remota peregrinatione vel propinqua, et in hoc erit dilatio arbitraria. Legitima igitur[10] summonitio erit quindecim dierum modo quo

[44] delegatus, MA, CM. [45] habet, OC, MG. [46] Om., MC, LA. [47] aut, OB, MA, CE; quod, CM. [48] dubitatur, OB, MA, MB. [49] *sic*, MSS. gen.; videtur, OB, MA, MB, Y. [50] testificare, OC, MG, CM. [51] possunt, MA, MB, MG, CM.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] et de, OC, MG. [3] et fiat, OB, MA, MB. [4] et infra, OC, MG, CM. [5] contineat, OB, MA, MB, CM, Y. [6] *sic*, MSS. gen.; Lateranense, V, MG. [7] exibetur, V, MSS. var.; exhiberetur, MG. [8] perpoudus, piepoudrus, peepoudrus, pepudrus, perpendens, MSS. var. [9] magnum, OA, CE, Y, OB, MA, MB; maius, MG. [10] ergo, OC, MG; enim, CM.

prædictum est. Et si minus spatium contineatur quam quindecim dierum sine causa rationabili, tunc cum summonitus comparuerit aut calumniata est summonitio sicut illegitima aut non calumniata. Si autem non calumniata, tunc procedat loquela ac si summonitio esset legitima. Si autem calumniata fuerit et probata illegitima, detur alius dies legitimus in curia qui[11] dedici non poterit contra recordum iustitiariorum. Si autem post minus legitimam summonitionem tenens se essoniaverit vel defaltam fecerit vel sine calumnia in placito processerit vel diem amoris ceperit, summonitionem minus legitime factam ulterius causari non poterit. Et etiam bene poterit quis respondere sine summonitione si voluerit, nec ei iniuriatur cum hoc velit. Nullus autem dies dari debet extra comitatum nisi per spatium quindecim dierum nec per tantum spatium sine essonio, nisi hoc faciat consensus[12] partium: quo casu fiat ut in fine dicetur de essoniis. <Sunt quidem[13] casus quod tenens summonitionem dedicere non poterit. Ut si coram aliquo qui recordum habet ubicumque attornatum fecerit propter verba in attornato faciendo: ut cum dixerit tenens *facio attornatum meum in loquela quæ est coram tali vel coram te*, per hoc concedit quod præcessit summonitio quia non poterit esse coram aliquo nisi præcesserit summonitio, quia si diceret in loquela quæ erit sic numquam admitteretur ad attornatum faciendum. Et si petens possit attornatum facere statim post impetrationem brevis, tenens numquam hoc facere poterit de iure antequam loquela fuerit coram suo iudice per summonitionem. Et unde si dicat *feci*[14] *attornatum*,[15] idem est quod confiteri summonitionem vel quasi, et si ante factus fuerit attornatus effectum non habebit[16] ante summonitionem, nec iustitiarius de aliquo potestatem habebit antequam loquela fuerit coram eo per summonitionem.>

f. 334b] *De*[17] *modo procedendi post summonitionem.*[18]

Ad diem vero summonitionis sive legitima sit summonitio sive non, aut comparet summonitus vel se essoniat vel defaltam facit. Si autem venerit aut dedicit summonitionem aut concedit summonitionem legitimam, quo casu statim respondeat si vicecomes miserit breve. Si autem non, recedet tenens quietus et petens perquirat sibi per aliud breve. Si autem breve venerit,[19] tunc proposita intentione petentis respondeat tenens[20] intentioni[21] vel excipiat contra breve vel petat visum. Si autem causetur summonitionem minus rationabiliem, detur ei dies rationabilis ad quem veniat responsurus. Si autem illam omnino dedixerit sive summonitus fuerit sive

[11] quæ, OC, MG, CM, MA, MC. [12] consensu, OB, MA, MB, CM, OC. [13] quidam, V; quid., MSS. var. [14] facio, OC, MG, LA (corr.); seu, MC. [15] a. meum, V, OC, MG. [16] habent (iust.), OC, MG. [17-18] *sic*, V; om., MSS. gen. [19] tenuerit, OC, MG. [20] Om., MA, MB; teneor, OB. [21] ad intentionem, MA, CM, OC; contra intentionem, MG.

non, tunc quærendus erit a petente utrum se tenere voluerit ad defaltam vel ad placitum principale. Si autem ad placitum principale, tunc tenens statim respondeat. Si autem se tenuerit ad defaltam et summonitus omnino defendat summonitionem, tunc vocandi sunt summonitores quod testentur summonitionem. Et cum diligenter examinati probaverint summonitionem legitime factam, tunc primo vadiat summonitus legem et defendat summonitionem per legem contra testificationem summonitorum, non[22] scilicet quod summonitio non pervenerit ad ipsum, sed quod nec ad ipsum nec ad domicilium suum. Si autem summonitores in probatione summonitionis diligenter examinati concordes non extiterint,[23] tunc quasi summonitione nulla non habebit summonitus necesse summonitionem defendere per legem, sed detur ei alius dies legitimus nisi gratis incontinenti velit respondere. Cum autem post legem vadiatam diem habuerit tenens de lege facienda, ad diem illum se poterit essoniare de placito legis vadiatæ, et tunc in fine veniat[24] cum lege et eam faciat si possit. Et si in lege facienda defecerit, petens seisinam suam recuperabit, vel[25] si defaltam fecerit, petens statim seisinam suam recuperabit[26] per defaltam si tenens præsens fuerit. Si autem absens,[27] capiatur terra in manum[28] domini regis per parvum cape et ipse summoneatur[29] quod sit ad alium diem auditurus iudicium suum[30] per breve inferius notandum. Si autem ad primum diem non comparuerit tenens sed antequam comparuerit in curia defaltam fecerit, tunc aut misit vicecomes breve aut non misit. Si non misit breve, tunc cum petens[31] offerat se liti iustitiarius procedere non poterit secundum defaltam sine waranto vel sine brevi, nec poterit alium diem dare infra quem man-
f. 335] dare possit vicecomiti quod faciat venire breve, quia tali modo sine brevi et waranto dando diem sibi usurparet iurisdictionem, nec etiam si breve veniret ad alium diem non valeret,[1] quia dies summonitionis præteriit. Erit igitur opus alio brevi. Si autem miserit breve, offerente se liti petente, propter defaltam tenentis capietur[2] terra in manum domini regis per magnum cape cuius forma inferius. Et tenens summoneatur[3] quod sit ad alium diem responsurus de capitali placito et de[4] defalta, scilicet quare non fuit ad primum diem sicut summonitus fuit. Ad quem diem si venerit statim respondeat ad capitalem placitum si tenens[5] se tenere noluerit[6] ad defaltam. Si autem se tenuerit ad defaltam, tunc oportet tenentem

[22] Om., V, MA, MG. [23] extiterunt, OA, CE, MG. [24] veniet, OB, MA, MB, CM. [25-26] Om., LA, MG. [27] a. fuerit, OC, MG. [28] manu, OC, MG. [29] summoniatur, MSS. var. [30] Om., OB, MA, MB, CM. [31] p. si, OA, OC, MC; p. se, CE, CM; p. sit, MG; p. etiam si, LA (corr.).

[1] valet, MA, CM. [2] capiatur, MC, MG; capiat, LA (terram). [3] summoniatur, MSS. var. [4] Om., OC, MG, CM (+). [5] petens, V; om., CM. [6] voluerit, V, OB, OC, MG.

docere causam sufficientem et rationem quare non fuit ad[7] alium diem sicut summonitus fuit.[8] Causæ quidem possunt esse plures de quibus inferius dicetur, et quarum una poterit esse talis inter alias quod nullam habuit summonitionem, quo casu oportebit petentem docere contrarium per summonitores qui fecerunt summonitionem, alioquin nulla erit summonitio nec aliqua defalta. Et ideo statim respondeat tenens ad placitum[9] capitale. Si autem testata fuerit summonitio et probata, tunc locus erit defensioni per legem secundum quod superius dictum est. Si autem post primam captionem ad alium diem non venerit, amittet seisinam suam per secundam captionem per parvum cape nisi tunc venerit, et defendat per legem ut supra summonitionem et sursisas. Si autem ad primum diem non venerit sed se essoniaverit, tunc videtur quodam modo concessisse summonitionem donec præsens illam defenderit et dedixerit. Quo casu dabitur ei alius dies per essoniatorem suum sive breve venerit sive non. Ad quem diem si tenens venerit statim respondeat vel excipiat. Si autem non venerit, capiatur terra in manum domini regis per defaltam, et ipse summoneatur[10] quod sit ad alium diem per magnum cape inde responsurus et ostensurus quare non servavit diem sibi datum per essoniatorem suum. Ad quem si non venerit, fiat ut supra ex[11] secunda defalta. Et si venerit eodem modo ut supra. Si autem ad diem sibi datum per essoniatorem[12] suum ad[13] essonium[14] de malo veniendi faciat se essoniare[15] tenens de malo lecti, tunc dabitur alius dies petenti licet non tenenti, infra quem et statim post essonium mittantur[16] ad eum quatuor milites de comitatu ad videndum utrum infirmitas qua se tenens essoniavit sit languor vel non. Et tunc cum venerint ad locum ubi iacuerit vel iacere debuit, invenerint[17] eum in lecto sicut essoniatum et[18] confitentem essonium, sive re vera se ipsum essoniaverit vel falso essoniatus fuerit per alium. Quo casu procedent[19] milites in visu faciendo modo debito secundum quod inferius dicetur, ac si omnia rite acta essent, et dabunt ei malum transiens vel languorem secundum quod iudicaverint de statu suo, nec ad diem sibi datum poterit tenens ulterius defendere[20] nec dedicere summonitiones et sursisas contra attestationem quatuor militum, nec contra propriam cognitionem[21] essonii, cum prædicti quatuor milites in hoc habeant recordum, nec etiam si petens dicat quod ipsum falso essoniari fecerit etiam sine summonitione: utroque essonio audiri non debet, quasi propriam allegans falsitatem. Si
f. 335b] autem quatuor milites invenerint eum extra lectum in curia vel

[7-8] Om., OC, MG. [9] Om., OB, MA, MB. [10] summoniatur, MSS. var. [11] de, OB, MA, MB. [12] essonium, OA, LA; esson., MSS. var. [13-14] Om., V, OB, MA, Y. [14] essoniatorem suum, MB; esson., OC, MC, MG, CE. [15] *sic*, MSS. gen.; essoniari, V, MG. [16] mittatur, OC, CE. [17] invenerit, V, OB, CM. [18] Om., OC, MG. [19] procedant, OB, MA, MB, OC, MG; procedunt, CM. [20] se d. MC, LA. [21] recognitionem, OB, MA, MB.

vagantem per rura[22] et diffitentem essonium,[23] tunc non possunt ei diem dare, vel si dederint forte non vult aliquem recolligere, vel forte non est inventus in loco ubi iacere debuit quod possint[24] ei diem dare. Et unde cum ad diem eis præfixum in curia, sive petens plures dies secutus fuerit versus eos sive unum, et testati fuerint visum suum secundum quod ipsum invenerint vel non, tunc si tenens non venerit, capiatur terra in manum[25] domini regis et procedatur per omnia sicut supra dictum est. Si autem venerit, defendere poterit summonitionem et essonia tam de malo veniendi quam de malo lecti, et etiam sursisas tam primæ defaltæ ad primam captionem quam secundæ ad secundam usque ad iudicium. Post iudicium vero non erit locus defensioni per legem contra probationem summonitionis cum iudicia rata esse debeant. <Si petens se tenuerit ad defaltam, et quo casu facta examinatione de summonitione si summonitio testata fuerit, statim vadiat legem et habeat diem ad legem faciendam, et cum legem fecerit post essonia sua statim et eodem die respondit[26] sine alia summonitione, sicut inveniri poterit in rotulo de termino.[27] > Si autem nulla omnino præcessit summonitio et petens falso essoniare fecerit tenentem aliquo essonio uno vel pluribus cum tenens nihil inde sciverit, et post summonitionem quæ fieri debuit et essonia, capta sit terra in manum domini regis, et post primam defaltam et secundam adiudicata sit seisina petenti cum nulla defalta ibi esse debeat, ad querelam tenentis subveniendum est ei in hoc modo, scilicet quod summoneantur[28] summonitores et illi per quorum visum terra capta fuit in manum domini regis ut inde fiat diligens examinatio, et si probata non fuerit summonitio nec testata nulla erit defalta, nec necesse esset defendere summonitionem quæ nulla est propter defectum probationis. Item cum nulla[29] sit summonitio nec defalta nulla sequi deberet captio, et[30] cum captio[31] nulla, nulla[32] sequi deberet possessionis amissio. Ergo a primo ubi nulla summonitio nulla sequitur possessionis amissio, quia ubi primum et principale quod est summonitio non subsistit, nec ea quæ sequuntur locum habere debent. Et ad querelam talis fiat vicecomiti breve in[33] hac forma.[34]

Breve de habendo coram iustitiariis eum qui per fraudem essoniaverit adversarium suum.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod habeas coram iustitiariis nostris etcetera talem petentem, scilicet ad audiendum iudicium suum et considerationem curiæ nostræ de hoc, quod ipse per malitiam et[35] mani-

[22] arva, OC, MG. [23] essoniatorem, V; essoniavum, MG; esson., MA, MB, MC, CM. [24] possunt, OC, MG; possit, CM. [25] manu, OC, MG. [26] respondeat, MC, LA (-at); om., CM. [27] *sic*, OA, LA, CM; t. etc., MC, MG; t. Paschæ anno regni regis Henrici octavo, MD. [28] summoniantur, MSS. var. [29] Om., MG, OC (+). [30-31] Om., OC, MG. [32] Om., CE, CM, MG. [33-34] Om., OC, MG. [35] et per, OB, MA, MB.

festam falsitatem fecit disseisiri talem de tanta terra cum pertinentiis etcetera. Et unde cum idem B. nullam haberet summonitionem optulit se idem A. versus eum, ita quod terra capta fuit in manum nostram semel et secundo, et per quam defaltam idem A. terram illam recuperavit desicut defalta illa nulla fuit ut dicit. Et catalla ipsius B. in eadem terra tunc inventa et ei occasione prædicta ablata,[36] eidem sine dilatione reddi facias et restitui. Præcipimus etiam[37] tibi quod habeas coram etcetera ad[38] eundem terminum A. et B. per quos summonitio prima facta fuit et in curia nostra testata, et præterea illos quatuor per quorum visum terra illa capta fuit in manum nostram, et per quos captio illa testificata fuit in curia nostra et-
f. 336] cetera, et etiam illos per quos secunda summonitio facta fuit et testata,[1] ad[2] certificandum iustitiarios nostros de prædictis summonitionibus et captionibus. Et habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Ad quem diem cum venerint diligenter examinentur. Imprimis summonitores primi de prima summonitione, et postea illi quatuor per quorum visum terra illa capta fuit in manum domini regis, et ultimo duo ultimi summonitores. Et in quo casu si primi summonitores in omnibus conveniant et concordent et summonitionem primam rite factam esse probaverint, et prædicti quatuor per quorum visum terra capta fuit captionem rite factam probaverint, et ultimi summonitores ultimam summonitionem, et sic per omnia conveniant[3] et concordent, adhuc locum habebit defensio per legem contra utrasque summonitiones in forma supra dicta. <De hac materia inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis Henrici tertio incipiente quarto comitatu Surreiæ de Roberto de Basinges querente.> Si autem primi duo summonitores non convenerint nec concordent licet omnes alii conveniant in captione et in secunda summonitione, non valebit, cum prima summonitio deficiat quasi nulla. Et si omnes discordes sint[4] ubique multo minus. Et quo casu retractabitur iudicium et reformabitur possessio primo possessori. Item non in omni casu imputari poterit summonitoribus sed negligentiæ vicecomitis. Et unde inquirendum erit quis in culpa fuerit, vicecomes vel summonitores, et si summonitio remanserit facienda pro defectu vicecomitis, quia illam numquam alicui iniunxit faciendam, in misericordia domini regis remanebit nisi excusationes habeat per quas se defendere possit: quæ tales esse possunt, scilicet quod breve tam tarde recepit et extra comitatum quod nulli potuit iniungere summonitionem faciendam, vel quod aliud præceptum maius supervenit de negotio ipsius domini regis ubi oportuit eum personaliter interesse. Et quo casu amittit[5]

[36] oblata, V, OC, CE; sublata, MG. [37] Om., OC, MG. [38] et ad, MC, LA.

[1] testificata, OB, MA, MG, CE. [2] et ad, OB, MA. [3] convenerint, OA, OC, CM, MC, LA; conveniunt, MG. [4] fuerint, OB, MA, MB; fuerit, Y. [5] amittet, CM, LA.

petens breve suum et alio brevi opus erit, quia dies summonitionis in primo brevi præteriit. Si vero dicat vicecomes quod summonitionem faciendam iniunxit[6] legitimis summonitoribus, sive extra comitatum sive[7] in comitatu,[8] et illi hoc confiteantur sed summonitionem non fecerint, summonitores in misericordia remanebunt et illud breve inutile erit petenti quia dies summonitionis præteriit. Si autem negaverint[9] hoc sibi fuisse iniunctum, tunc[10] aut fuit hoc eis[11] publice iniunctum[12] in comitatu vel extra comitatum sine solemnitate aliqua, quo casu hoc dedicere possunt[13] contra vicecomitem et vicecomes in misericordia. Si autem in comitatu hoc fuerit eis iniunctum, non poterunt hoc dedicere contra recordum comitatus, quia comitatus in hoc habet recordum sicut in aliis publicis actibus qui fieri debent cum solemnitate. Publici vero actus sunt iniungere summonitiones, plegios capere de prosequendo et de stando ad rectum tam in civili negotio quam[14] criminali. Si autem summonitores non venerint ad primum diem ad testificandum summonitionem, ubi[15] dedicere non possunt[16] quin hoc eis esset iniunctum, in misericordia remanebunt. Item quis summoneri debeat[17] videndum. Et sciendum quod tam minor quam[18] maior, tam masculus quam femina, dum tamen minor non summoneatur[19] f. 336b] per se si[20] constiterit ipsum esse minorem, sed per[21] tutores[22] sive custodes et procuratores in[23] loquelis,[24] nisi[25] minores infra aetatem respondere tenentur non obstante minori ætate. Item viri religiosi procuratores,[26] sindicos[27] et actores perpetuos et non amotibiles, et qui tales sint quod possint lucrari et[28] perdere et rem in iudicium deducere. Et notandum in fine quod si quis summonitionem cognoverit, causetur tamen illam esse minus legitimam, hoc faciat primo die summonitionis. Si autem primo die se[29] essoniaverit vel defaltam fecerit ulterius brevem summonitionem causari non poterit. Et ad[30] hoc notandum quod summonitionum alia poterit esse legitima et sufficiens ab initio, et cum testata fuerit et probata defendi poterit per legem, sed hoc antequam quis in iudicio comparuerit. Est et alia legitima cum quis in iudicio comparuerit quæ[31] dedici non poterit nec defendi per legem, scilicet postquam quis in iudicio comparuerit.[32] Item est et alia vitiosa vel[33] non sufficiens, ubi[34] fit tantum per unum[35] qui recor-

[6] Om., OB, MA, MB, Y. [7-8] Om., OA, CE, OB, MA, MB, MG, Y. [9] negaverit, OB, MA, MB. [10-12] Om., OC, MG, CM. [11] ei, OB, MA, MB. [13] posset, OB, MA, MB; possint, OC. [14] quam in, MA, MC, MG, CE, Y. [15] nisi, MC, LA; ut, CE; vero, MA. [16] possint, OC, CE; possit, MG. [17] debet, V, MA, MG. [18] tam, MC, LA. [19] summoniatur, MSS. var. [20] Om., OC, MG. [21-22] persecutores, OC, MG. [23-24] et loquelas, OC, MG. [25] ubi, OC, LA; vel, MG. [26] per p., V; et p., OB, MA, MB; si p. CM. [27] sindici, OB, MA, MB, Y. [28] Om., OB, MA, MB. [29] Om., MA, CE, CM. [30] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [31-32] Om., OC, MG. [33] et, OB, MA, MB; om., CM. [34] nisi, OC, MG, LA. [35] alium, MA, MB; eum, OB.

dum[36] habere non potest nec per se inducere præsumptionem. Item poterit esse legitima ab initio sed inefficax ex post facto, deficiente probatione cum summonitores examinati in probatione non concordent, nec erit necesse talem summonitionem defendere per legem cum sit quasi nulla. Item est omnino vitiosa summonitio quæ fit fraudulenter per deceptionem petentis per falsos summonitores et non per vicecomitem et ballivos suos. Est etiam vitiosa ubi fit in absentia tenentis cum peregre profectus fuerit ad partes transmarinas vel alias remotas, vel cum fuerit in itinere constitutus et iter arripuerit eundi ita quod citatio sive summonitio eum non[37] comprehenderit[38] in domicilio, nec inventus fuerit a summonitoribus infra comitatum ubi summonitio facienda demandatur, quia si extra comitatum inveniatur non ligat eum summonitio, quia non tenetur ubique recipere summonitionem nec[39] a quocumque, et non nisi a ballivis cum warantum habuerint summonendi. Item poterit esse summonitio legitima et dies et dilatio illegitima, si tempus legitimum[40] non continetur[41] si hoc causetur, aliter autem non ut infra.

[36] recordationem, OC, MG. [37] Om., MSS. gen.; *sic*, V, Y, OC (+). [38] comprehendit, V, CM, MG. [39] Om., OB, MA, MB (+). [40] longissimum, MG; illegitimum, V. [41] continuerit, OC, MG, CM, LA; continuetur, OA, MC.

DE ESSONIIS

De excusationibus eius qui non venerit ad summonitionem.

LEGITIME summonitus si non venerit puniendus erit nisi causas excusationis habeat legitimas per quas suam excusare possit absentiam, quæ quidem plures esse possunt. Et tunc videndum erit utrum absens sit quis ex causa necessaria et[42] utili[43] vel ex causa voluntaria. Si autem ex causa necessaria et utili ut rei publicæ causa, ita quod profectus sit in exercitum cum domino rege ad defensionem patriæ per præceptum domini regis, cum ad hoc obligatus sit, excusatur, dum[44] tamen[45] hoc non effectaverit nec in servitio alterius, cum ad hoc non teneatur nisi velit. Talibus enim non subvenit dominus rex nisi de gratia. Cum autem quis ita se
f. 337] excusaverit de servitio domini regis videndum erit utrum summonitione præventus sit vel[1] non. Si autem summonitione præventus sit[2] ita quod attornatum facere possit et copiam habuerit et non fecerit, non erit ei[3] subveniendum ex tali causa excusationis quia mittere potuit attornatum, si ita esset quod quis posset factum domini regis iudicare. Si autem summonitione præventus non sit, tunc videndum utrum commode et[4] sine periculo venire possit sive in servitio fuerit sive in officio, vel non. Si autem commode venire possit non excusatur. Si autem commode venire non possit, tunc videndum si mittere possit vel non propter vim maiorem. Si nec venire nec mittere possit nec attornatum facere quia dominus rex præsens non est, forte excusatur per servitium. Sed in omnibus istis casibus magis erit spectanda[5] voluntas domini regis quam ius strictum, cum servitium domini regis nulli debeat esse damnosum: et sicut non debet esse tenenti[6] damnosum, ita[7] non debet esse[8] petenti iniuriosum. Officium vero alicuius sicut vicecomitis et constabularii neminem excusat, nisi in officio illo aliqua[9] causa emergat necessaria ex inopinato ubi[10] præsentia talis esse debeat necessaria, sicut iter[11] iustitiariorum[12] vel incursus hostium vel huiusmodi, quæ quidem causæ sufficientes sunt ad excusationem de servitio domini regis, dum tamen ad quemlibet diem datum per essoniatorem de servitio domini regis habeat essoniatus warantum suum[13] breve domini

[42-43] Om., OC, MG. [44-45] cum, OC, MG.

[1-2] Om., MG, LA. [3] Om., OB, MA, MB, MG, LA. [4] vel, OC, MG. [5] exspectanda, OB, MA, MB, CM, Y. [6-8] Om., OB, MG. [7] Om., OA, CE, MA, MB, Y. [8] Om., MC, LA. [9] alia, aa., MSS. var. [10] nisi, MC, LA, OC. [11-12] inter iustitiarios, OC, MG. [13] sicut, OB, MB, Y, CE; om., MA.

regis quod, si[14] non habuerit, procedatur ad defaltam contra absentem sicut contra eum qui non est[15] excusatus[16]. Item eodem modo excusat causa peregrinationis sive brevis sit sive longa. Et eodem modo videndum utrum quis præventus sit summonitione vel non. Item[17] excusat summonitum adversa valetudo nimia, quia pœnam contumaciæ non patitur quem adversa valetudo defendit. Et provenit quandoque talis adversa valetudo ex infirmitate veniendi, quæ infirmitas dicitur de malo veniendi, sive de infirmitate de reseantisa quæ dicitur infirmitas de malo lecti. Item excusatur quis propter maioris causæ occupationem, ut si quis implacitatus fuerit in curia domini regis vel vocatus ad curiam domini regis ob aliquam[18] causam, in omnibus curiis inferioribus excusatur. Sed quid dicendum erit de curia christianitatis, cum magis obediendum sit deo quam hominibus? Dico quod adhuc deferendum[19] erit et quod rex warantizare poterit ob reverentiam quæ principi debetur. Item excusat absentiam non venientis usque ad quartum diem maioris rei impetus cui resisti non poterit per casum fortuitum, ut si quis in[20] veniendo[21] versus curiam, cum nullam aliam habeat excusationem, captus fuerit ab hostibus et per vim detentus quod venire non possit. Item si incidat in latrones. Item[22] propter vim fluminum vel quia pons[23] solutus est, vel per tempestatem nimiam ad impedimentum navium, et[24] ita quod summonitus venire non possit tempestive per circuitum, quia si venire possit[25] summonitus tempestive per circuitum non excusatur per talem fortuitum eventum.

De excusationibus non venientis ad iudicium post summonitionem.

ITEM non excusatur si[26] tardius[27] a domicilio[28] recesserit[29] quam expediret, quia si citius[30], commode venire potuisset nec impediret eum casus for- f. 337b] tuitus. Eodem modo si prius a domicilio recesserit quam deberet et in casum fortuitum ceciderit, hoc erit ei imputandum, quia si tempore congruo in casus fortuitos non incideret. Item poterit esse summonitus in causa quare fuerit impeditus, ut[31] si contentiones quæsivit[32] et occasiones[33] quare fuerit impeditus[34], dum tamen post summonitionem et non ante. Item si sponte in casum fortuitum inciderit ubi posset[35] de facili casum evitare. Item refert utrum acciderit ei casus fortuitus ante diem summonitionis vel post diem. Si autem ante diem, competit ei excusatio modo quo prædictum est vel non competet[36]. Item si rationem prætendat quod venire non possit ex certa causa vel quia pons solutus fuerit, et eodem die[37]

[14] si hoc, V, OC, MG. [15] Om., CM, MC, LA. [16] excusatur, CM, MC. [17] item si, OC, MG. [18] aliam, MG, CM; alia, OC. [19] differendum, V, CM; deff-, OA, OC, LA. [20-21] inveniendo, MSS. gen. [22] tunc, OC, MG. [23] Om., OC, MG. [24] Om., OC, MG. [25] posset, OB, MA, MB. [26-27] OB, MA, MB. [28] domiciliis, OC, MG. [29] recessit, OB, MA, MB; recederet, V. [30] scitius, MSS. var. [31-34] Om., MA, MB, MG, LA. [32] quæ sunt, V, OC. [33] actiones, OC, MG. [35] possit, V, CM. [36] competit, V, MB, CM; competat, MA. [37] modo, OB, MA, MB, Y, MG; om., CM.

transivit alius et statim post horam vel in eadem hora qua ipse præsens fuerit, non excusatur. Si autem propter inundationem aquarum, et alius eodem die et[38] eadem hora, dum tamen sine discrimine et difficultate transierit, non erit locus excusationi. Item si tempestas ingruerit, tunc videndum utrum eodem die et hora debita aliquis per cimbam vel per navem transierit, et ita non erit locus excusationi. Et unde consideranda sunt causa, tempus, locus, dies et hora. Et infinitæ sunt causæ quibus quis absentiam suam poterit[39] excusare. Cum igitur competat alicui aliqua prædictarum excusationum vel alia quæ sufficiens sit, sive tenens fuerit[40] ultra mare sive citra, sive probata fuerit summonitio sive non, cum venire[41] non[42] possit, oportet eum mittere excusatorem aliquem qui dicitur essoniator, et qui prætendat excusationem summoniti esse talem quod venire non possit per haec verba.

Verba excusationis proferenda ab essoniatore in essonio de malo veniendi. Quod cum dominus suus esset in [43] veniendo[44] versus curiam, si[45] essonium[46] fuerit de malo veniendi sive de ultra mare sive de citra, quod talis infirmitas ei evenit postquam fuit in [47] veniendo[48] versus curiam a domicilio proprio, vel alieno, citra mare vel ultra, quod venire non potest pro lucro neque damno[49], quod vulgariter dicitur pro lucrari neque pro perdere, quod quidem dicat se paratum docere. Sed quia probatio non incumbit essoniatori sed[50] domino, nec[51] scitur utrum verum[52] sit essonium nec[53] non, quod summonitus illud advocare voluerit, ideo ne essoniator oneretur[54] cautione[55] fideiussoria, scilicet[56] plegiorum[57], quæ quidem gravis[58] esset minimis personis et onerosa[59], ne[60] depereat excusatio, constituitur quod soli[61] fidei essoniatoris credatur, quod quidem non est concedendum maioribus personis, sicut sunt illi qui tenent in baronia, qui cautionem inveniant[62] fideiussoriam ne iudicia sint delusoria. Facilius enim inveniunt plegios et securitatem et maxime cautionem fideiussoriam maiores[63] quam minores. Cum autem essoniatores huiusmodi causam absentiæ et excusationem sic prætenderint[64], non sufficit quod dicant ita esse nisi securitatem invenerint hoc probare. Sed[65] cum non sit procurator eius qui ipsum essoniatorem destinavit, et ideo ad ipsum non pertineat probare[66] statum[67] vel factum alienum, nec attornato factum domini principalis, et ideo dominus faciet[68]

[38] Om., OA, CE, CM, MC, LA. [39] possit, OB, MA, MB. [40] sit, MC, LA, CM. [41-42] Om., OC, MG. [43-44] inveniendo, MSS. gen. [45] sive, CE, MC. [46] essoniatum, V, OC; esson., MSS. var. [47-48] inveniendo, MSS. gen. [49] pro damno, OC, MA, MB, CM. [50-51] nec d. sed, OC, MG. [52] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [53] vel, V, CM. [54-58] Om., OC, MG. [55] causatione, OB, MA, MB (tacone.). [56-57] Om., CM, LA. [59-60] honoris sanæ, MG, OC (honore). [61] sola, OC, MG. [62] invenient, OB, MA; inveniunt, MB. [63] tam m., OC, CE, CM, MC. [64] prætendunt, OC, MG; præcesserint, CM. [65-66] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [67] statim, OB, MA, MB. [68] faciat, OC, MG.

legem si hoc commode fieri possit[69], et si dominus non venerit attornatus iurabit in animam domini litis. Ideo affidabit essoniator quod habebit dominum suum ad alium diem ad warantizandum dictum et[70] essonium f. 338] suum, et ad probandum per sacramentum quod tali infirmitate detentus fuit cum esset in[1] veniendo[2] versus curiam quod venire non poterit etcetera ut supra. Et ad quem diem si venerit, warantizat[3] essonium ita quod per sacramentum probet se ita esse impeditum secundum quod essoniator suus in essonio suo proponendo exposuit[4]. Sed videndum erit utrum probatio[5] fieri debeat iudici vel parti, quia si iudici, remittere eam poterit si velit propter dilationem quæ sequeretur et multitudinem probationum. Si autem fieri debeat parti et non iudici, non sine iuris iniuria poterit sine consensu partis remitti. Cum igitur contingat aliquem abesse ex aliqua prædictarum causarum vel alia[6], mittat[7] essoniatorem suum qui ipsum excuset et excusationem suam prætendat secundum quod prædictum est. <Habent essonia ordinem sicut et actiones. Est itaque essonium de malo veniendi infra regnum si quis ita infirmatus fuerit in itinere versus curiam quod venire non possit neque lucrari neque perdere. Et tale essonium sequitur quandoque essonium de malo lecti et de reseantisa[8] nisi[9] agitur de ipso iure. Cum autem quis ita essoniatus fuerit uno istorum vel utroque infra regnum, non permittitur essoniato postmodum se transferre extra regnum ut sibi[10] adquirat dilationem per essonium de ultra mare. Sunt quidem[11] de ultra mare plura genera, scilicet de ultra mare et citra mare Græcorum, et est[12] essonium de ultra mare Gæcorum. De citra mare Græcorum sicut in peregrinatione versus Sanctum Iacobum vel propter aliquam[13] aliam[14] necessitatem, sicut exercitus vel huiusmodi in[15] Allemania vel Hispania vel huiusmodi. In quibus essoniis dabitur dilatio ad minus quadraginta dierum et unius flod et unius ebbe ad excusationem essoniati de simplici essonio de ultra mare. Si autem fiat mentio de loco remoto propter aliquam necessitatem ut prædictum est, dabitur dilatio maior pro voluntate et arbitrio iustitiariorum, secundum quod viderit[16] expedire secundum distantiam locorum. In hoc casu indutiae sunt arbitrariæ, dum tamen ad minus quadraginta dierum ut supra. Et eodem modo fiet[17] infra regnum in essoniis supra dictis secundum locorum distantias, dum tamen ad minus quindecim dierum. Item est[18] essonium

[69] posset, OB, MA, MB, MG. [70] Om., OB, MA, MB, CM.

[1-2] inveniendo, MSS. gen. [3] warantizet, MC, LA, OC; warantizans, OB, MB; ward., MA; warantizare, CM. [4] essoniavit, OC, MG. [5] p. excusationis, V, MC, LA, CM. [6] alias, OB, MA, MB, Y; ad alia, OC, MG. [7] admittat, OC, MG. [8] reantisa, OA, OC, MG. [9] ubi, OA, OC. [10] si, MC, LA. [11] quidam, MC, LA. [12] Om., OC, MG. [13-14] *sic*, V, OA, aliquam, MC, LA; aliam, OC, MG. [15] vel, MC, LA. [16] viderint, V, MG. [17] ut fiet, OC, MG (fiat). [18] Om., OC, MG.

de ultra mare ultra[19] mare[20] Græcorum, ut si quis profectus fuerit in peregrinatione[21] usque ad Terram Sanctam. Et quo casu distinguendum erit utrum in simplici peregrinatione versus Terram Sanctam vel in generali passagio. Si autem in simplici peregrinatione, dabitur ei[22] ad minus annus integer et unus dies. Et sic dantur[23] essoniato de ultra mare et citra mare Græcorum quadraginta dies ad minus et unum[24] flod et unum[25] ebbe. Et postea cum venerit in regnum habebit essonium de malo veniendi quod continet ad minus quindecim dies, et postmodum in suo casu essonium de malo lecti ad breve de recto. Et unde quibusdam videtur, quod non est verum, quod dari debent[26] essoniato de peregrinatione versus Terram
f. 338b] Sanctam annus et dies de ultra mare Græcorum, et postea quadraginta dies et unum[27] flod et unum[28] ebbe de simplici essonio de ultra mare, et sicut[29] essonium de malo veniendo in[30] regno[31] et essonium de malo lecti in suo casu, quia quodlibet essonium habet suum terminum per se[32]. Si autem essonium fiat[33] de ultra mare Græcorum et de passagio generali, tunc remanebit loquela sine die, ubi videlicet essonium non comprehendit essoniatum infra regnum, et hoc propter privilegium cruce signatorum, cum non possit de eorum reversione certus terminus comprehendi propter verba decreti domini papæ, quod donec de ipsorum obitu vel reditu in regnum certissime cognoscatur, omnia sua integra remaneant et quieta consistant. Est igitur ordo essoniorum talis quod ita fieri possunt descendendo[34] a Terra Sancta usque in[35] regnum sed non e converso. Ut si quis in regno essoniatus fuerit de malo veniendi, nullas[36] de cetero habebit de ultra mare. Et si de ultra mare simplici[37] de Terra Sancta nullum habebit essonium, Appropiare[38] enim possunt regno cum fuerint implacitati, elongare autem nequaquam. Est etiam aliud genus essonii non de malo veniendi sed de servitio domini regis, ut si quis necessitate fuerit detentus in servitio domini regis propter quod venire non possit ad curiam vocatus, et aliquando fit huiusmodi essonium de servitio domini regis in regno et quandoque de ultra mare. Et huiusmodi essonium[39] de servitio domini regis quandoque procedit essonium simplex de malo veniendi et quandoque subsequitur, semel et quandoque sæpius secundum necessitatem habitam in servitio prædicto. Et valebit essonium quotiens quis se essoniavit[40] de servitio domini regis, dum tamen warantum habeat ad quemlibet diem

[19-20] Om., OC, MG, LA. [21] peregrinationem, OC, MG. [22] aliud, OC, MG. [23] dabitur, OC, MG. [24] un, LA; unus, OC; vii, MG. [25] un, LA; unus, OC; vii, MG. [26] debet, OC, MG. [27] un, OA, LA. [28] un, OA, LA; I, OC. [29] sic, OC, MG. [30-31] Om., OC, MG. [32] se. Ex alia parte, OA, V (se ex a.p.). [33] factam, OC; fcm., MG. [34] defendendo, OC, MG. [35] ad, OC, MG. [36] nullam, OC, MG; nullum, V; *sic*, OA, MC, LA. [37] de s., OC, MG. [38] appropriare, OC, MC; approximare, V, MG. [39] de essonio, V; esson., MSS. var. [40] essoniaverit, MG; esson., MSS. var.

breve domini regis, cum servitium domini regis nulli debeat esse damnosum. Warantizatur autem essonium multipliciter. Quandoque per breve regis sicut de servitio suo, ubi non est necesse iurare cum dominus rex hoc testatur per litteras suas quod sic detentus est in servitio suo. De servitio autem regis videndum cui competat essonium. Ad quod distinguendum utrum[41] quis teneatur de necessitate ad tale servitium, vel si fuerit cum aliquo qui tenetur sicut miles vel serviens de familia, omnibus istis debet subveniri. Item si quis non teneatur[42] prædictis rationibus sed hoc affectaverit ut esset absens cum non teneretur, tali non subvenit rex nisi de gratia et voluntate sua, quia non debet servitium domini regis alicui esse damnosum. Item videndum utrum essoniatus de servitio domini regis venire potuit commode vel non. Item cum venire non posset commode nec posset mittere, ne[43] breve domini regis in se contineat falsitatem[44] cum hæc omnia facere posset, in hoc sibi caveat cancellarius. Item videndum utrum præventus esset tali summonitione antequam profectus esset in servitio domini regis, et ita quod commode facere poterit[45] attornatum vel non, vel præventus summonitione exercitus ante summonitionem placiti quod attornare vel attornatum facere non potuit commode, quia præcipit rex quod statim visis litteris vel cum omni festinatione sub brevi tempore, quod attornatum facere non potuit. Item si in servitio regis non ita remotus quin sine periculo corporis vel damno domini f. 339] regis venire possit, non artatur. Non enim debet warantia de servitio regis[1] ei qui placitat esse iniuriosa non magis quam ei qui implacitatur damnosa. > Sed quoniam variæ sunt causæ excusationum secundum quod prædictum est, et ex variis causis et diversis excusationum varia sequuntur essonia et diversa, ideo varietates essoniorum distinguamus per ordinem. Et imprimis dicamus de essonio de malo veniendi quod quidem multiplex est.

De excusationibus non venientis ad iudicium post summonitionem per essonium de malo veniendi, et de divisione essoniorum.

Essoniorum brevis divisio quia aut est de malo veniendi aut de malo lecti. Item essonium de malo veniendi ita subdividitur quod[2] aut est de ultra mare aut de citra mare. Item de ultra mare excusatur quis per essonium de servitio regis[3] æterni sicut de Terra Sancta, habita tamen distinctione utrum peregrinatio ad Terram Sanctam simplex sit vel passagium generale. Si autem simplex, dabitur essoniato terminus unius anni et unius diei. Si autem passagium generale, poni debet[4] loquela sine

[41] ut quandoque, MG, OC (quando). [42] tenetur, OC, MG. [43] nec, V, MG. [44] veritatem, V, MG. [45] posset, OC; possit, MG.

[1] domini r., OC, MG. [2] quia, OB, MA, MB, CM, OC. [3] domini r., V, MA. [4] debeat, MC, LA.

die quousque essoniatus redierit et donec de ipsius obitu vel reditu certissime cognoscatur, propter privilegium crucis[5] signatorum, dum tamen talis non sit summonitione præventus, quo casu attornatum faciat vel remanebit indefensus. Et sic fiat irrotulatio huiusmodi essoniorum: A. quod[6] profectus est ultra mare in generali passagio versus Terram Sanctam versus B. de tali placito per talem. Si autem simplex sit passagium et peregrinatio tunc sic: A. quod[7] profectus est peregre versus Terram Sanctam ante[8] summonitionem, vel quod nulla fiat mentio de summonitione, versus B. de tali placito per talem. Et si simplex sit peregrinatio <ad minus habebunt essoniati tantum tempus et ex causa maius tempus secundum discretionem iustitiariorum: et in hoc sunt dilationes arbitrariæ> et ultra annum et diem moram fecerit ulteriorem, excusatur eius absentia secundum[9] quosdam[10] per essonium simplex de ultra mare, et sic habebit spatium quadraginta dierum et unius flod[11] et unius ebbe, et si adhuc moram longiorem protraxerit, habebit simplex essonium de malo veniendi de citra mare per quod habebit ad minus spatium quindecim dierum, quod[12] verum est[13]. Et quid si tunc non venerit? Procedatur contra eum ad defaltam nisi forte contingat talem essoniari de morte ad cautelam. Si quis autem essoniatus fuerit essonio de ultra mare citra[14] mare[15] Græcorum, quod profectus sit in servitio regis æterni in peregrinatione f. 339b] alia quam ad Terram Sanctam sicut apud Sanctum Iacobum vel alibi, habebit secundum quod prædictum est spatium prædictum quod competit de ultra mare, et similiter simplex essonium de malo veniendi de citra mare. Et hæc omnia habebit ille qui essoniatus est de ultra mare de servitio regis æterni. Si autem summonitione præventus sit antequam iter arripuerit versus Terram Sanctam vel ultra mare, non dabitur ei[16] nisi simplex essonium de malo veniendi. Et hæc omnia vera sunt si debitus ordo essoniorum observetur, quia esto quod cum quis ante summonitionem profectus sit et competant ei omnia prædicta essonia, et primo se fecerit essoniari simplici essonio de malo veniendi, non habebit ulterius regressum ad alia essonia de ultra mare. Et est ratio, quia qui[17] se essoniat de malo veniendi simpliciter concedit per tale essonium quod fuit in[18] veniendo[19] a[20] domicilio suo in Anglia, et infirmatus per viam veniendo versus curiam quod ad curiam venire non potuit. Et unde si postea essoniare se voluerit aliquo prædictorum modorum de ultra mare non allocabitur ei essonium, quia post tale essonium de malo veniendi non

[5] *sic*, MSS. gen.; cruce, OB, MB, CE, Y. [6] qui, V, MA, CM (corr.); idem, MG. [7] qui, V, MA, MG, CM. [8] Om., OC, MG. [9-10] Om., MC, LA, CM. [11] flod., CE, CM; flode, Y; floud, MB. [12-13] Om., LA, CM. [14-15] Om., OB, MA, MB. [16] ei dies, OC, MG. [17] si, V, MG; om., OB, MA, MB. [18-19] inveniendo, MSS. gen. [20] de, OB, MA, MB.

debet quis se transferre ad partes transmarinas ut per hoc sibi adquirat[21] ulteriores dilationes, cum lites potius restringendæ[22] sint[23] quam laxandæ. Et eodem modo si quis simpliciter essoniatus fuerit de ultra mare sine aliqua[24] adiectione[25] cum competeret ei essonium de Terra Sancta, numquam ei postmodum allocabitur essonium de Terra Sancta, quia postquam se taliter essoniaverit sub certo[26] loco et propinquo, ad remotiora se transferre non debet ut inde sibi adquirat ulteriores dilationes. Numquam vero pro aliquo essonio de ultra mare remanebit loquela sine die nisi quis profectus fuerit in Terram Sanctam pro passagio generali.[27]

Essonia de servitio domini regis de citra mare.

Essonia vero de malo veniendi de citra mare simplicia sunt, sed quandoque præcedunt[28] huiusmodi essonia[29] essonia[30] de servitio domini regis de citra mare, et quæ non sunt essonia de malo veniendi, quia non est talis in veniendo versus curiam infirmatus per viam, sed per servitium domini regis detentus quod venire non potest. Præcedere enim poterit[31] huiusmodi essonium et subsequi, non semel sed sæpius, quamdiu quis fuerit in servitio domini regis, dum tamen habeat ad manum ad quemlibet diem warantum suum secundum distinctionem prænotatam. Et quando[32] se quis essoniaverit de servitio domini regis admitti debet essonium et allocari et dies dari, cum de voluntate domini regis non sit disputandum. Et si ad diem datum warantum non habuerit indefensus remanebit.

Placita specialiter excepta in quibus non iacet essonium de servitio domini regis.

Sunt tamen quædam placita specialiter excepta in quibus non iacet essonium de servitio domini regis propter necessitatem, ut in assisa ultimæ præsentationis: ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto decimo in fine rotuli comitatu Suffolciæ, assisa ultimæ præsentationis de ecclesia de Tryllawe. Ad idem facit quod habetis in rotulo de[33] banco anno regis Henrici tricensimo septimo[34] comitatu Cantiæ inter Bonefacium[35] Cantuariensem archiepiscopum et Robertum de Sancto Iohanne de ecclesia de Eyneforde, et[36] talem necessitatem inducit lapsus temporis. Item non iacet essonium de servitio domini regis quandoque propter favorem, sicut in causa dotis, quia statim post essonia legitima de malo f. 340] veniendi nisi veniat summonitus procedatur ad defaltam. Item propter favorem minoris ætatis quandoque et secundum quosdam, sicut

[21] perquirat, OB, MA, MB. [22] stringendæ, MG; instringendo, OC. [23] sunt, V, MA, CM. [24-25] alia deiectione, OC, MG. [26] recto, OC, MG. [27] g. hoc modo, V, OC, MG. [28] procedunt, OC, MG, CM, MB, MC, LA. [29-30] *sic*, OA, CE, LA; esson. esson., CM; essonia, OB, MB, Y, MG; essonio, MA; esson. essonia, OC, esson., MC. [31] non p., MC, LA. [32] quin, OB, MB; cum, MA. [33] Om., OC, MG. [34] octavo, OB, MA, MB, Y, CE; sexto, OC, MG. [35] S., V, CM, MC, LA. [36] ad, OC, MG.

in assisa mortis antecessoris. Item quandoque in odium spoliationis, et generaliter in omnibus assisis ubi capi poterit per defaltam, cum tantum operetur absentia summoniti quantum præsentia. Item non iacet de iure, quamvis aliquando de gratia, in persona eius qui non est immediate in servitio cum ipso domino rege sed cum alio. Item nec in persona eius qui affectaverit[1] esse[2] in eius servitio cum ad hoc non teneatur. Item nec in persona eius qui[3] continue et assidue fuerit in servitio domini regis, nisi temporibus quibus fuerint in expeditione. Item non iacet in persona attornati quamvis personam domini repræsentet, quia talis debet fieri attornatus qui sequi possit et velit, alioquin sibi imputare[4] poterit qui[5] talem attornatum elegit. Item non iacet in persona eius essonium de servitio domini regis qui[6] pars esse non possit in iudicio, sicut[7] nec aliud essonium, sicut in persona iuratorum. Item quatuor militum ad testificandum visum vel[8] statum alicuius. De quatuor militibus vero missis pro[9] comitatu[10] cum recordo ad audiendum iudicium suum, cum sint quasi partes in iudicio[11], credo aliud esse dicendum. Warantia vero de servitio domini regis non esset in omnibus nec sine causa rationabili, cum si passim et indifferenter concedatur, possit verti et[12] in alterius præiudicium, nec[13] potest rei[14] aliquid[15] nisi id quod de iure fieri possit. Et cum aliquando de voluntate regis[16] concedatur, non erit omnino per iustitiarios quassanda, sed voluntas regis expressa inde erit expectanda.

Si quis implacitatus fuerit a duobus, et ad unum placitum essoniaverit se de malo lecti et ad aliud de malo veniendi.

Est etiam[17] simplex essonium de malo veniendi quod excusat ad tempus, etiam[18] quod aliam habet naturam in multis quam essonia supra dicta, ubi[19] quis scilicet[20] legitime summonitus, vel etiam non legitime, infirmatus fuerit per viam quod venire non possit, et destinaverit aliquem ad excusandum[21] suam absentiam, qui sic proponat[22] essonium suum coram iustitiariis si fuerit de modo requisitus et dicat: *Essonio talem dominum meum quod cum esset in veniendo versus curiam, talis infirmitas accidit ei per viam quod venire non potest pro lucrari neque pro perdere, et hoc paratus sum docere sicut curia consideraverit* etcetera. Qui quidem si interrogatus dixerit quod reliquerit[23] eum domi, essonium secundum quosdam non allocabitur nisi

[1-3] Om., MSS. var. [2] eum, OC, MG. [4] imputari, V, MG, CM. [5] quia, OB, MA, MB. [6] in persona eius qui, OA, CE, MC, LA, OC, CM. [7-11] Om., OB, MA, MB. [8] et, OC, MG. [9-10] per com., MC, CM; in com., OC, MG. [12] Om., MA, CE, CM. [13] et non, V; non, OC, MG. [14] *sic*, OA, LA, OB, MA, MB, OC; fieri, CE, MC; rex, V, MG, CM; peti, Y. [15] a. concedere, V, MG. [16] domini r., V, CM. [17] autem, OB, MA, MB, CM, Y. [18] et, OC, MG, CM, LA. [19] ut, MC, LA, OC, MG, CM, Y. [20] sit, OC; si, MG, CM. [21] excusandam, MB; excusand., MSS. var. [22] proponit, OC, MG. [23] relinquerit, MSS. var.; relinquit, V, CM.

hoc sit de necessitate, quod esse poterit licet quis a domicilio suo non recedat. Ut si alicui in uno placito adiudicatus sit languor, et in alio summonitus sit ad respondendum et competat ei essonium de malo veniendi, si sine licentia surrexerit, amittere poterit et attornatum facere non potest. Admittitur igitur[24] essonium de necessitate licet in veniendo non fuerit infirmatus, et etiam magis excusat languor quam malum transiens. Eodem modo dici poterit si vocatus fuerit in aliquo placito ad warantum. Item allocatur quandoque essonium quod alias non esset allocandum, ut si in uno placito languor fuerit ei adiudicatus et in alio placito omnia habuerit essonia, et ad diem suum[25] de facto se essoniaverit cum venire non possit nec[26] attornatum fecerit, allocabitur ei essonium propter talem necessitatem de consilio curiæ, licet non possit de iure. Eodem modo si vir et uxor implacitati fuerint et ambo essonium de malo veniendi habuerint, et unus illorum[27] postea sese[28] essoniaverit de malo lecti, et tamen[29] cum languor sit ei adiudicatus alius comparuerit, habebit f. 340b] diem ex tali causa, et ad diem[30] illum[31] essonium vel diem diffusum quousque languor præterierit, sed numquam habebit essonium super essonium ex tali necessitate, quia sic cadere possit in defaltam.

Quis se possit essoniare.

ITEM videndum quis se posset essoniare et quando et in quibus placitis, et quando iacet essonium et quando non, et quid iuris si tenens fecerit attornatum, plures vel unum. Item si plures sint petentes et unus tenens vel e converso, vel plures petentes et[32] plures tenentes, et aliquis eorum defaltam fecerit. Item si tenens unus vel plures warantum vocaverit[33] unum vel plures, et aliquis eorum defaltam fecerit unus vel plures. Item qualiter essonia iudicantur. Item qualiter redduntur. Quis se essoniare possit videndum et quis non. Et sciendum quod essoniare se poterit quilibet qui non prohibetur, tam masculus quam femina, dum tamen plenæ ætatis extiterint[34]. Minor autem se essoniare non poterit et[35] de quo constiterit quod minor sit, nec etiam contra ipsum admittitur essonium ab aliquo maiore et maxime in assisis[36], quia cum[37] maior præsens sit nihil dicere poterit contra assisam quare remaneat. Et si forte contingat quod minor se essoniaverit cum tenens fuerit in loquela, in quibus infra ætatem respondere teneatur, ubi feoffatus fuerit infra ætatem, et de aliis, fiat mentio super essonium in margine quod minor sit. Et ad hoc quod contra

[24] ergo, CM; enim, MG; ei, OC. [25] illum, MC, LA; summonitionis, MG; sum., OA, OC, CM; summonitionis suæ, V. [26] nisi, OC, MG. [27] eum, OC, MG; eorum, Y. [28] se, OB, MA, MB, Y, CM; si se, OA, CE, OC, MG, MC. [29] tunc, MC, LA, CM. [30-31] idem diem, OC, MG. [32] vel, OA, OC, MC, LA. [33] vocavit, MC; vocet, V, CM; voc., OA, LA. [34] extiterit, V, OB, OC, CM; om., MA. [35] Om., V, OB, CM, MG. [36] assisa, V, MG; assis., MSS. var. [37] si, OC, MG.

minorem iaceat essonium et[38] in personam minoris, distinguendum erit inter ætatem et ætatem, et ad hoc quod locum habeat essonium[39] utrum tenementum sit feodum militare vel socagium: secundum quod inveniri poterit de intinere Martini de Pateshilla comitatu Suffolciæ anno regis Henrici decimo. Et de[40] itinere eiusdem comitatu Warrewickiæ anno regis Henrici quinto, ubi dicitur quod si quis habuerit quatuordecim annos talis ætas sufficit quantum ad socagium petendum, et ubi admittitur essonium tam contra ipsum quam pro eo. Et quod essonium iaceat[41] in persona minoris contra minorem in causa possessionis inveniri poterit de[42] itinere in comitatu Salopiæ assisa mortis[43], si Vincentius. Ratio autem est quare in persona minoris non iacet[44] essonium, quia iurare non potest nec essonium warantizare. Item ratio quare in persona maioris non iacet[45] essonium contra minorem, quamvis maior iurare possit in causa possessionis, est quia si maior præsens esset in assisa capienda, nihil dicere posset contra assisam quare remaneret. Sed quid si minor et[46] infra ætatem conveniatur et implacitetur cum uxore sua de iure et hereditate uxoris suæ? Quæritur an propter ætatem minoris debeat placitum remanere. Et verum est quod non, licet uxor sine viro non debeat[47] respondere. Et quid si in curia domini regis implacitati fuerint de uno et eodem tenemento, et in alia curia inferiori similiter de eodem tenemento et eodem die, ubi ipse vir minor se essoniare non possit nec attornatum facere? Videtur quod amittere debeant in minori curia per defaltam, quod esset iniquum, cum nihil sit quod eis possit vel debeat imputari. Nullum autem aliud[48] supererit remedium nisi quod maior curia warantizet contra processum minoris curiæ. Et quid si ambæ curiæ pares extiterint? Item non iacet essonium in persona disseisitoris, quia licet ipse non venerit ballivus venire poterit. Item nec in persona ballivi per se, quia dominus venire poterit per se sine ballivo cum uterque illorum[49] attachiatus sit sub disiunctione. Et non sufficit si unus se essoniat nisi uterque fuerit essoniatus, quamvis sufficiat
f. 341] quod unus ipsorum[50] veniat. Re vera non iacet essonium in odium spoliationis, et[1] quia denegari eis[2] debet dilatio quindecim dierum et summonitio rationabilis. Et ideo maxime quia tantum operatur eorum absentia quam præsentia, quia sive venerint[3] sive non, propter hoc non remanebit assisa. In persona tamen spoliati[4] et querentis bene iacebit essonium. Item non iacet essonium in persona eius qui commissus[5] est

[38-39] Om., OB, MA, MB. [40] Om., OA, CE, Y. [41] non iaceat, V. [42] in, V, OB; de eodem, CM; ut de, OC, MG. [43] m. antecessoris, MA, MB, MG, CM. [44] iaceat, MC, LA. [45] iaceat, MC, LA. [46] Om., OC, MG. [47] debet, MC, LA. [48] alium, OA, OC, LA, MG. [49] eorum, OC, MG, CM. [50] eorum, OC, MG, CM; illorum, MB.

[1] Om., V, CM. [2] ei, OB, MA, MB. [3] venerint, MA, MG, CM. [4] spoliantis, OC; spoliationis, MG. [5] missus, OC, MG.

aliquibus per bailium[6] ut respondeant[7] de eo, sicut corpus pro corpore. Item non iacet in persona eius de quo præceptum est vicecomiti quod faciat eum venire vel quod habeat corpus eius, dum tamen præcesserit[8] solemnitas attachimentorum, quamvis sine essonio. Si autem hoc[9] fuerit primus dies attachiamenti, sequetur essonium quia ad quamlibet summonitionem vel attachiamentum de quocumque[10] placito de iure sequi debet essonium. Sed ubi nullum placitum ibi[11] nullum essonium. Ut si quis præceperit ballivo suo vel mandaverit quod sit ad certum diem redditurus de balliva sua ratiocinium, ut si rex præcipiat vicecomiti vel maiori quod rationem reddant et compotum de balliva[12]. Si autem vicecomes vel maior summoniti sint ad respondendum quo waranto vel quo iure ballivam suam tenuerint[13] aliud erit, quia ibi erit placitum. Item non iacet essonium in persona eius qui attornatum fecerit nisi ambo se forte essoniaverint. Item non iacet in persona eius qui se semel essoniaverit donec comparuerit. Item non iacet in personis appellatorum de forcia, nec in appello de pace[14], plagis et roberia, ubi illis[15] dicendum est quod domi remaneant donec ille[16] de facto convincatur[17]. Sed si non venerint per essonium excusantur. Item non iacet ubi aliqua partium se essoniaverit ignorans quod adversarius suus mortuus sit vel aliquis ex participibus suis. Item non iacet ubi placitum ipso iure nullum, scilicet ubi breve non congruit petitioni et huiusmodi. Item non iacet in actione personali postquam quis attachiatus fuerit, scilicet ubi primo se essoniaverit. Item ubi præceptum est[18] vicecomiti quod distringat per terras et catalla. Item non iacet ubi dies datus est ut de die in diem, vel si datus fuerit dies sine essonio de consensu partium, quia conventio vincit legem in hoc casu. Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto decimo incipiente septimo decimo comitatu Essexiæ, de Othone[19] filio Willelmi, cui[20] non fuit essonium allocatum quia dies datus fuit sine essonio quamvis diffusus propter consensum, quod alias non esset. Nec etiam ipse dominus rex[21] potestatem haberet dandi diem[22] sine essonio, nec alius multo fortius, cum hoc[23] facere non posset[24] sine iuris iniuria sine consensu partium, quia ex quo hoc voluit iuris[25] beneficium ei non subvenit contra voluntatem suam, quia sic invito conferetur beneficium etcetera. Item non iacet si ille qui se essoniaverit visus fuerit in curia antequam reddatur essonium. Item non

[6] ballivum, V, MA, MB, CM, OC, MG; ballm., OB. [7] respondeat, V, CM. [8] præcessit, OC, MG. [9] hic, V, MB; om., MA. [10] quolibet, MC, LA. [11] ibi autem, OB, MA, MB. [12] b. sua, V, MG. [13] tenuerunt, MC, CM; tenuerit, V, OC. [14] pace et, OB, MA, MB, OC, MG, Y. [15] de illis, OB, MA, MB; illud, V, OC; ill., OA, CE, MC; id, MG. [16] illi, V; illo, MG; alii, CM. [17] convincantur, V, CM; commutatur, MG. [18] fuit, OC, MG. [19] Ethone, V, MC. [20] cum, OB, MA, MB. [21] Om., OB, MA, MB. [22] et diem, OA, LA, MC. [23] hac, OA, LA, MC. [24] possit, OC, CE, CM. [25] iure, OC; iur., MG, CM, MC.

iacet post defaltam postquam terra capta fuerit in manum domini regis. <Item non iacet ubi ex virtute mandati non imponitur[26] necessitas vocato veniendi nisi ad voluntatem suam, ut si dicatur quod veniat si viderit sibi expedire[27]. Item non iacet si mandetur vel præcipiatur vicecomiti vel ballivo, maiori vel præposito villæ vel burgi vel civitatis quod veniat redditurus compotum vel responsurus de tempore suo, quia ibi nullum f. 341b] placitum nec aliqua controversia.> Item quis? Et sciendum quod tam plures tenentes quam unus. Et tunc refert utrum plures tenentes in uno brevi tenuerint in communi simul et pro indiviso, vel separatim et pro diviso, partita inter coheredes hereditate. Si autem simul et pro indiviso, quilibet eorum unicum habebit essonium si voluerit de malo veniendi simul et eodem die vel vicissim diversis[28] diebus secundum quod elegerint, donec quilibet eorum unicum habeat essonium, quia plura non habebunt antequam[29] simul comparuerint, licet[30] illi qui primo fuerint essoniati sæpius compareant, quia semper diem habebunt quousque omnes simul comparuerint[31], quia ad omnem apparitionem non sequitur essonium, quod si esset, ita fierent dilationes immortales. Si autem antequam compareant unus moriatur ex pluribus tenentibus in communi cadit breve, licet videatur contrarium, cum pars sua accrescat superstitibus per ius accrescendi, quia re vera die impetrationis partem illam non tenuerunt[32], nec quantum ad partem illam tenendam in communi subfuit causa impetrandi. Si autem partita sit hereditas inter plures et unus tantum de parte sua fuerit implacitatus, unicum habebit essonium antequam comparuerit si voluerit, et in persona sua quantum ad partem illam terminabitur negotium, nisi ita sit quod sic respondeat quod[33] sine participibus suis non debeat respondere. Et quo casu summonendi sunt participes quod sint ad respondendum cum eo et sine quibus etcetera. Et etiam quo[34] casu quilibet[35] ex participibus qui dicuntur participes unicum habebit essonium ante apparitionem, sed non quasi unus heres, et vicissim, donec constiterit eos esse participes. Et cum præsentes fuerint omnes et dedicere non possint[36] quin sint participes, extunc erunt quasi unus heres. Divisio enim hereditatis facit unitatem iuris esse plures[37] et per hoc heredes plures[38]. Defensio enim omnium revocat unitatem iuris, et sic iterum facit communis defensio plures personas quasi unum corpus et unum heredem propter iuris unionem[39], quia si tenens amiserit omnes

[26] Om., OC, MG. [27] expedire. Item non iacet ex virtute mandati, scilicet ad volutatem mandantis. Et dicat in curia quod velit placitare, V. [28] et d., OB, MA, MB. [29] a. omnes, OB, MA, MB. [30-31] Om., OB, MA, MB. [32] tenuerint, OC, MC; tenuerit, MG. [33] quia, OC, MG. [34] in quo, OC, MG, CM. [35] quibus, OC, MG, MC, LA. [36] possunt, V, OC, MG, MA. [37] inter p., CE, MC. [37-38] plures heredes, OC, MG (p. herede). [39] summonitionem, OC, MG.

tenentur contribuere. Si autem plures sint tenentes in eodem brevi sed tamen diverso iure et non ut participes, quilibet habebit essonium per se et non vicissim ut supra, quia hic sunt diversa placita et ibi tantum unum et non plura. Si autem sint ibi plures tenentes sicut vir et uxor, licet non teneant in communi ut supra dictum est, tamen quilibet eorum unicum habebit essonium simul vel[40] vicissim, tum propter unitatem iuris tum propter unitatem sanguinis, cum sint una caro vir et uxor, quod non est in casu[41] supra dicto[42]. Et unde si unus illorum defaltam fecerit ambo puniuntur pro[43] defalta[44] unius[45]. In casu vero[46] supra dicto non nisi ille qui defaltam fecerit, quia in casu supra dicto ius commune participum recipit divisionem. Ius autem viri et uxoris de re uxoria nullam[47], et maxime cum res sit propria uxoris et non viri, cum ad virum non pertineat nisi tantum custodia ratione uxoris. Plures vero tenentes licet teneant in communi quilibet suum habebit essoniatorem, quia diversæ sunt personæ et diversæ excusationes. Cum autem omnes participes vel tenentes simul in curia comparuerint, et contingat quod tenens unus vel plures vel unus f. 342] ex pluribus se essoniaverit, vel dies datus fuerit partibus[1] si præsentes fuerint, sicut dies amoris sub spe pacis, vel post visum petitum vel warantum vocatum vel pro defectu recognitorum vel alia quacumque ratione, poterunt tenentes essonia sua reincipere sicut primo die summonitionis. Si autem plures sint tenentes qui tenuerint pro diviso quilibet suam partem, et implacitati fuerint ab uno vel diversis personis in communi, quilibet habeat[2] unicum essonium et per se donec omnes comparuerint simul et non vicissim. Si autem unus defaltam fecerit, hoc erit sibi soli damnosum et non participibus si amiserit, nec[3] versus participes regressum habebit, sed sibi ipsi negligentiam propriam imputare poterit. Cum autem omnes præsentes fuerint, tunc procedat negotium quasi in communi, quia nullus sine alio respondebit sive plures sint petentes in communi vel diverso iure, quia bene contingit quod quidam ex pluribus poterunt retinere sive ab uno vel[4] pluribus petatur hereditas, communis a coheredibus sed divisa: si tamen uno iure ab uno vel pluribus petatur in communi simile erit iudicium tenentium singulorum, sive pro sive contra, nisi sit aliquis qui partem suam amittat per negligentiam et defaltam, et quo casu versus participes regressum non habebit. Et unde si unus ex pluribus tenentibus in communi[5] primo die comparuerit vel pro diviso, sine participibus non respondebit nisi velit, hoc allegato quod participes habeat.

[40] et, OA, CE, OB, MA, MB, Y. [41-42] causa supra dicta, OC, MG. [43-44] per defaltam, MG, CM. [45] illius, OC; istius, MG. [46] Om., OC, CM; isto, MG. [47] in illam, OC, MG, MC, LA.

[1] ex p., OC, MG. [2] habebit, OB, MA, MB. [3] vel, OC, MG. [4] sive a, MC, LA. [5] Om., OC, MG.

Si plures sint petentes.

Si autem plures sint ibi[6] petentes, sive tenens sit unus sive[7] plures, observabitur[8] in essoniis secundum[9] quod observandum erit in[10] pluribus tenentibus, scilicet quod omnes unicum habeant essonium simul et uno die vel vicissim et[11] successive, quia in hoc non licebit reo quod actori non liceat, quod quidem non contingit nisi[12] ex magna causa[13], cum petens potius desiderare debeat instantiam litis quam dilationem. Et si forte ex pluribus unus se essoniaverit, ex hoc omnibus aliis provenit[14] impedimentum et dilatio. Si autem unus ex pluribus defaltam fecerit, expectato quarto die recedet tenens de brevi quietus ac si omnes defaltam fecissent. Et sic erit unius negligentia omnibus aliis damnosa quia aut omnes sequantur[15] aut nullus. Idem vero dicendum erit de viro et uxore petentibus, quod absentia viri erit damnosa uxori et e converso. Sive[16] autem plures sint qui teneant sive qui petant, si quidam[17] ex illis præsentes fuerint et quidam[18] se essoniaverint et diem habuerint, illi qui præsentes erunt[19] semper habebunt eundem diem ne continentia loquelæ dividatur. Et semper addatur in essonio ad cautelam quis se essoniaverit ad unum diem vel ad alium, ut scire possint[20] in fine utrum omnia essonia sua habuerint vel non.

Si tenens fecerit attornatum.

Esto quod tenens in propria persona sequi non possit, vel[21] licet possit vel[22] pro dubio eventu facit attornatum ad cautelam. Quo casu in persona attornati iacet essonium et non in persona domini, sive petens sit[23] qui attornatum fecerit sive tenens, quia attornatus fere in omnibus personam domini repræsentat. Fere dico propter[24] essonium[25] de malo lecti ut inferius f. 342b] dicetur. Et quamvis quis attornatum fecerit, in propria persona sequi[26] poterit[27] cum voluerit vel possit. Item quod hoc voluntati eius[28] tribuatur, sed semper durat attornatus quousque dominus eum amoverit, et quamdiu duraverit attornatus numquam locum habebit essonium in[29] persona domini[30], nisi cum ambo se essoniaverint ad similitudinem duorum attornatorum vel plurium, quia si dominus venire non possit per se poterit venire per attornatum, sed non e converso, quod[31] non est in duobus attornatis[32]. Sed[33] quid si[34] dominus cum[35] fecerit attornatum et illum non

[6] Om., OC, MG. [7] vel, V, MB. [8] observandum erit, OC, MG. [9-10] Om., OC, MG. [11] vel, OC, MG. [12] Om., OC, MG. [13] assisa, OC, MG. [14] proveniet, V, OC, CM. [15] sequentur, MA, MB; secuntur, OB. [16] si, OC, MG. [17] quidem, OA, OC, MB, MC, LA; quid., MA, MG, CM. [18] quidem, OA, LA; quid, OC, MG, CM, LA, Y. [19] fuerint, CE, MC. [20] possent, OB, MA, MB; possunt, V, OC, CE; possit, MG. [21-22] Om., OB, MG; vel, CM. [22] Om., MA, MB; et, OC. [23] Om., V, MA. [24-25] Om., OC, MG. [26-27] Om., OC, MG. [28] ei, OC, MG. [29-30] om., MC, LA. [31] quia, V, OC, MG. [31-32] Om., OB, MA, MB. [32] attornandum, V; attorn., CM. [33] si, MC, LA, OA, CM (quis), MG (quid.); et, OC. [34-35] cum dominus, MG, OC (c. d. se).

amoverit, ad aliquem diem sine attornato egerit vel responderit et diem receperit in persona sua? Quæro quis ad alium diem se debeat essoniare, dominus vel attornatus. Videtur quod attornatus non, quia præsens non fuit in iudicio nec diem recepit. Dominus non, quia fecit attornatum et illum non amovit. Tutius est quod ambo se essoniant[36], licet sufficiat quod attornatus se essoniaverit quantum ad excusationem cum dominus eum non amoverit. Si autem dominus per se, non valebit quamdiu habuerit attornatum. Et quod dicitur de attornato tenentis dici debet de attornato petentis. Item esto quod petens vel tenens plures fecerit attornatos, duos scilicet vel plures, unus ex pluribus si præsens fuerit in iudicio poterit pro domino suo agere vel defendere sine aliis. Excusare autem absentiam suam non valet sine aliis, quin[37] procedatur ad defaltam ac si omnes defaltam fecissent. Et est ratio, quia si per unum attornatum non possit dominus litis[38] comparere poterit per alium: et sic oportet quod omnes excusentur vel nullus. Constituti sunt enim[39] attornati sub disiunctione ita quod si unus non venerit vel venire non possit quod alius veniat, nisi uterque se legitime excusaverit. Et si unus attornatus se essoniaret et alius non, si petens diem reciperet versus essoniatorem attornati et recederet, posset alius attornatus comparere et liti se offerre et ponere petentem vel tenentem in defaltam, quod esset iniquum. De hac materia habetis de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto decimo incipiente septimo decimo, de Ioscelino Bathoniensi episcopo et priore Bathoniensi. Ad idem facit de termino Sancti Hillarii anno eiusdem octavo decimo de Iohanne de Karun. Item esto quod quis duos fecerit attornatos versus unum tenentem vel querentem vel plures, et uterque se essoniaverit, et tenens forte vel querens defaltam fecerit: quæritur an unus essoniator attornati vel ambo expectare debeant quartum[40] diem. Videtur quod oportet quod ambo expectant[41], quia non videtur quod sufficiat si[42] unus expectaverit[43] non magis quam si unus excusaret. Videtur etiam quod sufficit si unus expectet, quia quoad essonium et excusationem utitur vice essoniatoris sive excusatoris, et quoad expectandum quartum diem utitur vice quasi actoris. Et ideo videtur quod sufficiat unus. Sed re vera quod cum infra quartum diem possit venire tenens, nec prius reddi[44] debet[45] essonium ante quartum diem[46], ideo oportet quod uterque expectet, quia[47] non sufficit si[48] unus se[49] essoniaverit nisi diem suum expectaverit. Item

[36] essonient, OB, MA, MB; essoniavit, MC; essoniaverint, V, MG. [37] qui, OA, LA; quia, OC; om., MG. [38] Om., LA, MG; suus, OC. [39] autem, OC, MG; om., LA. [40-41] Om., MA. [41] expectare debeant, OB, MB; expectent, V, CM, Y. [42] quod, OB, MA, MB, Y. [43] expectet, OB, MA, MB, Y. [44] reddidi, LA, OC. [45] debeat, V, MG. [46] Om., OC, MG. [47] quod, OA, CE. [48] quod si, OC, MG. [49] cum, OA, LA, CM; eum, OC, MG; tantum se, V.

esto quod cum attornatus factus fuerit ante diem datum in curia moriatur, et dominus principalis ad diem datum se essoniaverit nulla facta mentione f. 343] de morte attornati, et iustitiarii ignorantes de morte attornati iudicaverint essonium nullum quia talis[1] fecit attornatum, et sic processerint[2] ad defaltam. Si dominus postea ad diem suum[3] excusando absentiam alterius diei et allegando causas[4] absentiæ de morte attornati non excusabitur, quod quidem esse posset si simul cum essonio suo faceret essoniari attornatum de morte. Et unde videri poterit quod non aliter iacebit essonium in persona domini cum attornatum fecerit, nisi tunc demum cum attornatum amoverit vel constiterit quod mortuus sit. Item esto quod cum quis fecerit attornatum, ad primum diem summonitionis se essoniaverit et attornatus secundo die vel tertio, essonium domini nullum erit quia fecit attornatum, et de[5] defalta attornati erit procedendum ad diem datum per essoniatorem si petens se tenuerit ad defaltam, quia essonium domini non defendit primum diem cum sit nullum.

Si attornatus obierit dum dominus principalis litis fuerit in peregrinatione.

Quidam[6] summonitione præventus cum vellet peregre proficisci versus Terram Sanctam in passagio generali duos fecit attornatos vel plures, et dum ita esset in peregrinatione moriuntur attornati, ad diem offert se petens liti, nec tenens venit nec attornatum habet: quæritur quid iuris cum nihil sit quod possit tenenti imputari. Consilium curiæ quod attornati essonientur de morte, et sic remanebit loquela sine die usque ad reditum[7] domini principalis. Casus de Petro de Roches quondam Wintoniensi episcopo qui profectus fuit in Terram Sanctam in generali passagio. Et quod dictum est de tali peregrinatione observari debet in aliis peregrinationibus, sicut apud Sanctum Iacobum vel alibi. Item esto quod quis se vel attornatum suum falso essoniaverit de morte cum sit vivus, si[8] postea de eo constiterit quod sit vivus[9], resummoneatur loquela in eodem statu in quo fuit die essonii interpositi[10] per hæc verba, ita quod loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in[11] quo fuit quando remansit sine die, eo quod prædictus talis se essoniavit falso de morte qui adhuc vivit ut dicitur. Et in quo casu nisi sanare possit defaltam amittet per iudicium. Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quinto decimo incipiente sexto decimo comitatu[12] Cantebrigiæ, de quodam Osberto.

[1] talem, OC, MG. [2] processerit, V, LA. [3] s. venerit, V. [4] casus, OC, MG. [5] Om., OB, MA, MB, OC, MG; ad (defaltam), CM. [6] quidem, OC, CM; quod, MG. [7] redditum, MSS. var. [8-9] Om., OB, MA, MB, CM. [10] interposita, OB, MA; om., OB. [11] Om., V, OC, MG. [12] in c., V, OC, MG.

Si tenens plures vocaverit warantos vel unum.

ITEM[13] quis? Esto etiam[14] quod quis vocet ad warantum unum vel plures[15] warantos. Post waranti vocationem habebit quilibet unicum essonium antequam comparuerint tam vocans quam warantus. Et[16] si autem plures waranti vocati fuerint ab uno, quilibet eorum unicum habebit essonium eodem modo primo die simul vel vicissim, secundum quod superius dicitur de pluribus tenentibus, scilicet quilibet post alium donec habuerint omnia essonia sua, scilicet quilibet unum. Et si plures sint tenentes et plures waranti eodem modo, et[17] ita quod[18] si unus ex pluribus tenentibus vel unus ex pluribus warantis se essoniaverit primo die et omnes alii præsentes sint, habebunt eundem diem quem habet essoniator, et ita de die in diem se poterit unus essoniare et postea alius donec quilibet unicum habuerit essonium. Et[19] eodem modo cum omnes semel et simul in iudicio comparuerint et alium diem simul receperint, possunt reincipere[20] essonia sua sicut primo die. Si autem quidam se essoniaverint et quidam præsentes fuerint et quidam fecerint defaltam, de essoniatis et præsentibus fiat ut supra f. 343b] dictum est. De absentibus vero fiat ita, scilicet quod petens vel attornatus suus vel essoniator suus, si fuerit essoniatus, expectet quartum diem versus eos si vocati infra quartum diem non venerint, et in quarto die[21] si non venerint procedatur ad defaltam secundum quod inferius dicetur de defaltis. Item cum unus essoniatus fuerit versus plures, essoniator suus omnes dies recipiet versus omnes. Si autem plures versus unum, quilibet recipiet diem suum, nec poterit unus alterius diem recipere non magis quam duos participes essoniare. Item dicitur generaliter quod si quis se essoniaverit versus unum essoniat se versus omnes, et tunc refert utrum plures sint petentes et unus tenens unicam rem. Si autem plures petentes in communi, sufficit si dicat essoniator tenentis quod essoniat dominum suum versus talem et omnes alios nominatos in brevi sine expressione nominum[22] aliorum. Si autem sic dicat: *Essonio dominum meum versus talem de tali placito* sine mentione aliqua[23] de aliis in brevi nominatis, videtur et hoc verum est quod hoc sufficere debeat, quia per hoc quod dominus essoniatur nihil aliud prætenditur nisi quod venire non possit, et cum excusetur absentia versus unum et probetur excusatio, sufficit contra omnes, quia si alii procedere vellent ad defaltam contra essoniatum, hoc facere non possent[24] sine participe qui exprimitur, et ideo nulla defalta. Si autem e converso unus vel plures petentes contra plures tenentes, tunc refert utrum tenentes sint in communi vel[25] participes vel tenentes diversa

[13-14] Item esto, V, OC, MA, CM. [15] plures vel plures, OA, CE, MC, LA. [16] Om., V, MG, CM. [17-18] Om., OC, MG. [19] Om., OB, MA, MB, CM. [20] recipere, OB, MA, MB, CM, MG. [21] Om., OA, CE, MC, Y. [22] omnium, OC, MG. [23] alia, OC, MG. [24] posset, MSS. var.; possunt, OB, MA, MB; possint, CM. [25] ut, OC, MG, MC, LA.

tenementa per diversa iura. Si autem diversa tenementa et[26] per diversa iura, tunc oportet quod petens si unus sit quod[27] essoniat se versus omnes cum expressione personarum, quia sunt ibi diversa iura et diversa placita licet plures tenentes in uno brevi comprehendantur. Et si plures sint petentes in communi et unus tenens sive plures, oportet quod omnes petentes se excusant[28] aut sequantur et veniant. Sed defalta unius omnibus aliis non erit damnosa nisi tantum illi qui defaltam fecit de parte sua. Si autem tenentes teneant in communi vel[29] pro diviso, dum tamen ut participes, si petens unus vel plures se essoniaverint, dum tamen omnes, sufficit si essoniati sint contra unum et alios in brevi nominatos, vel tantum contra unum sine mentione de aliis ratione supra dicta, quia cum petentes excusati fuerint versus unum tenentem ex pluribus in communi, alii sine eo procedere non poterunt ad defaltam. Item si cui accideret infirmitas in itinere veniendi et[30] quod impotens sit veniendi,[31] eodem modo impotens esse poterit mittendi plures personas ad excusandum suam absentiam, et ideo sufficit si unicam[32] personam mittat contra plures qui sunt quasi unica persona propter unicum ius quod habent. Item essonium non fit parti sed curiæ ut videtur, quia in absentia adversarii poterit quis se essoniare sicut in præsentia. Et eodem modo in absentia adversarii poterit fieri warantizatio essonii et sacramentum. Et unde videtur quod sufficit si iustitiariis de impotentia etiam[33] sine parte altera. f. 344] Et ideo si impotens sit veniendi vel mittendi versus unum impotens esse poterit mittendi versus plures, et non refert nisi quod iustitiariis constiterit de impotentia. Sed contra si plures sint petentes oportet quod tenens unus vel plures se essoniet[1] versus quemlibet nominatim, ita quod designetur quis, contra quem et de quo placito, secundum[2] quod videri poterit in attornato faciendo quis attornaverit et quem et versus quem et in[3] quo placito,[4] quæ omnia si non exprimantur non valebit attornatio. Eodem modo ut videtur observari deberet[5] de essonio, quia potest quis tenens[6] esse essoniatus versus unum ex[7] pluribus et in defalta versus alium, sed observandum erit ut supra, secundum quod ibi fuerit unum placitum vel plura.

Item quis post duelli vadiationem se poterit essoniare.

ITEM quis? Et sciendum quod essoniari poterit tam campio quam dominus principalis post duelli vadiationem simul et uno[8] die vel vicissim. Ut de

[26] Om., OB, MA, MB, CM. [27] Om., V, CM; qui, MA. [28] excusent, OB, MA, MB, Y. [29] et, OB, MA, MB, Y. [30-31] Om., OC, MG, CM. [32] unam, MC, LA. [33] et, CE, CM, MG.

[1] essonient, OC, MG, CM. [2-4] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [3] de, V, MC. [5] debet, OB, MA, MB. [6] Om., OC, MG (om. t. esse). [7] de, OB, MA, MB. [8] eodem, OC, MG.

termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono[9] incipiente decimo[10] comitatu Cantebrigiæ, de quodam recordo de abbate de Eynesham.[11]

Item quando?

ITEM quando? Et sciendum quod primo die litis, quia non sufficit quod in crastino, scilicet secundo die, terti vel quarto, licet expectari debeat ille qui summonitus est usque ad quartum diem, ut[12] infra veniat vel nuntium mittat ad excusandum suam absentiam, licet sicut[13] essoniator diem non recipiat si forte essonium locum non habeat, secundum quod inferius dicetur de defaltis. Si autem essonium competat summonito et faciat se[14] essoniare[15] die secundo vel tertio, allocabitur essonium et dabitur dies essoniato per essoniatorem suum. Et ad diem illum allocabitur petenti defalta si se tenere voluerit ad defaltam. Et quo casu si tenens se excusare non possit ad diem illum amittere poterit[16] seisinam.

Item ubi?

ITEM ubi? Et sciendum quod in iudicio et coram suo iudice et non alio, licet[17] coram eo qui habeat iurisdictionem cum alius[18] iustitiarius quam suus non habeat[19] iurisdictionem neque coertionem. Et si autem coram alio per errorem se fecerit essoniare[20] ad hoc[21] valebit essonium, de gratia tamen, quod salvabitur defalta quousque iudicium reddatur de defalta, ulterius autem vix poterit excusari.

Item quotiens?

ITEM quotiens? Et sciendum quod ad quamlibet[22] apparitionem in iudicio secundum quod summonitus tenuerit per se vel in communi, postquam diem in iudicio recepit,[23] post visum petitum, warantum vocatum, et post diem datum sub spe pacis vel alio modo. Et generaliter in omni casu in[24] principio litis ad quamlibet[25] summonitionem ubi controversia sive placitum fuerit inter partes, et ubi fuerit iudicium et qui iudicet inter partes, et sive ab initio præcipiatur quod vicecomes habeat corpus sine solemnitate attachiamentorum, vel quod venire faciat vel distringat per terras et catalla, alioquin iniuriosum esset vocato in ius iuris beneficium denegare. Si autem nullum sit ibi placitum[26] nec iudicium, sed sit aliquis qui mandet aliquem ut ballivum suum, aliud erit dicendum ut supra.

[9-10] decimo i. undecimo, OC, MG. [11] Heynesham, Cynesham, Evesham, Benesham, MSS. var. [12] vel, OB, MA, MB, CM, MG. [13] *sic*, OA, CE, OC, MB, Y, LA, MC; sint, OB, CM; sic, MG; suus, V; om., MA. [14] ei, OC, MG. [15] essoniari, V, MG. [16] possit, OC, MB. [17] scilicet, OB, MA, MB, CM; sed, OC. [17-19] nisi seisinam habeat coram eis qui habeant, MG; licet coram eo qui habeat, CM. [18] aliis, V, OC. [20] essoniari, V; esson., MG. [21] huc, V, MA, MG; hoc non, MC, LA. [22] quemlibet, CE, MA, MG, LA. [23] receperit, OC, MG. [24] et in, OC, MG. [25] quemlibet, OC, MG. [26] placita, OC, MG.

De essonio de malo lecti.

f. 344b] ITEM excusatur alicuius absentia per infirmitatem de reseántisa de qua provenit essonium quod dicitur de malo lecti, et quod semper sequitur immediate nullo alio essonio interiecto essonium[27] de malo veniendi, nec de servitio regis[28] vel alio. Et tunc locum habet cum quis ita infirmitate per malum veniendi ita fuerit impeditus quod venire non possit, et se excusaverit ab itinere revertatur[29] in domicilio suo et vertatur malum transiens in languorem, quo casu videndum erit utrum talis infirmitas sit malum transiens vel languor. Si autem malum transiens, post visum habebit essoniatus alium diem per spatium quindecim dierum ad minus. Si autem languor, tunc dabitur ei[30] unus annus et unus dies, et ita quod annus sit integer secundum quod fit ex momentis, horis, diebus, scilicet ex trecentis et sexaginta quinque diebus et sex horis, sive annus sit bisextilis[31] sive alius, nec maior erit annus bisextilis[32] alio anno præcedente, die propter diem excrescentem, neque hora neque momento, secundum quod inferius dicetur plenius[33] de anno et die. Et talis infirmitas infra annum proprie dicitur languor. Si autem ultra annum duraverit talis infirmitas dici poterit morbus sonticus,[34] scilicet morbus incurabilis. Item essonium de malo lecti non sequitur omne[35] essonium de malo veniendi, quia sunt quædam brevia in quibus non sequitur nisi tantum essonium de malo veniendi simpliciter et per se, et numquam essonium de malo lecti nisi aliquando per accidens sicut per narrationem, ubi breve de ingressu vertitur per narrationem ad breve de recto. Et quo[36] casu in principio litis non statim sequitur essonium de malo lecti essonium de malo veniendi, nisi tunc[37] demum cum mutata fuerit natura[38] brevis de ingressu in naturam[39] brevis[40] de recto. Eodem modo non statim sequitur essonium de malo lecti essonium de malo veniendi, nisi tunc demum cum mutata fuerit natura brevis de communa pasturæ, facta specificatione de qualitate et quantitate, in brevi de recto per narrationem, sicut in brevi de quo iure et huiusmodi. Item sequitur essonium de malo lecti essonium de malo veniendi, et desinit sequi in fine per narrationem, ut si quis primo agat per breve de recto habebit utrumque essonium in principio, sed cum breve de recto fuerit versum in breve de ingressu per narrationem, et tenens se posuerit in iuratam, tunc desinit essonium de malo lecti sequi essonium de malo veniendi, cum loquela per narrationem incipiat esse alterius naturæ. Et eodem modo in brevi de recto ubi hereditas descendit

[27] essonio, OC, MG. [28] domini r., OB, MA, MB. [29] et r., OC, MG. [30] Om., OC, MG, CM. [31] bysextus, OC, MG. [32] bysextus, MG; bysextilus, OC. [33] Om., OB, MA, MB. [34] antiqus, OC, MG. [35] Om., OB, MA, MB, CM. [36] in quo, OC, MG. [37] tantum, OC, MG. [38] Om., OC, MG. [39] Om., OC, MG. [40] brevem, OC, MG.

a communi stipite usque ad coniunctas[41] personas, scilicet duos fratres vel plures vel eorum heredes in infinitum descendentes, in principio litis sequitur unum essonium aliud ut prædictum est, sed in fine sequi desinit cum iudicatum fuerit quod[42] duellum nec magna assisa iacuerit inter tales personas a communi stipite venientes. Item est et aliud breve de recto ubi unum essonium aliud non sequitur, nec in principio brevis nec in medio nec in fine nec aliquo tempore, quale est breve de dote, quia numquam erit ibi duellum nec[43] magna assisa. Et generaliter verum est quod ubicumque sequi possit magna assisa et duellum, et quamdiu et dum sequi possit, locum habebit essonium de malo lecti, et ubicumque non sequitur duellum vel[44] magna assisa, vel si sequi inceperint et sequi desierint, numquam f. 345] locum habebit essonium de malo lecti. Item videndum quis se[1] essoniare possit de malo lecti post essonium de malo veniendi. Et sciendum tam masculus quam femina, plures et unus. Item warantus cum warantizaverit, dum tamen languor non præcesserit ut inferius dicetur. Item tam minor quam maior, dum tamen minor infra ætatem teneatur de feoffamento ei facto ad breve de recto respondere, quia in hoc casu omnia habebit remedia quæ haberet aliquis maior in causa proprietatis, licet per se respondere non possit vel iurare, potest tamen per custodem et curatorem qui si opus fuerit iurare poterunt ad warantizandum essonium in animam ipsius minoris, si implacitatus fuerit de aliquo et essoniatus de malo veniendi de quo antecessor suus non obiit seisitus ut de feodo, et ubi præsentia sua fuerit necessaria quod[2] ad ius respondeat. In quo casu semper fiat mentio super essonium de minori ætate, ita scilicet, et sciendum[3] quod talis est infra ætatem. Si autem petat minor in causa possessionis seisinam antecessoris sui per assisam, nullum habebit essonium minor petens nec tenens contra eum, cum tantum operetur eius absentia quam[4] præsentia, cum nihil dicere possit quare assisa remaneat quin statim capiatur.

Item quando fieri debeat essonium de malo lecti et qualiter.

ITEM quando fieri debeat essonium de malo lecti et qualiter. Sciendum quod tertio die inclusivo, scilicet ante diem datum per essoniatorem in essonio de malo veniendi, et per duos qui non dicuntur essoniatores sed nuntii eo quod mittuntur vel nuntiant ad excusationem et non essoniant, quia diem non recipiunt nec affidant de habendo waranto suo ad aliquem[5] diem ad probandum excusationem,[6] ut supra de essonio de malo veniendi. Et sic mitti poterit quis ad essoniandum[7] et probandum vel ad essonian-

[41] convictas, OA, CE. [42] quod nec, OB, MB, Y, CM; nec, MA; inde, V. [43] neque, OA, LA, MC, CM. [44] nec, V, OB, MA, MB.

[1] Om., OC, MG. [2] quo, OC, MG. [3] s. est, MA, MC, LA. [4] quantum, V, MB. [5] aliquam, V, CM. [6] excusationes, OC, MG. [7] essoniendum, OA, OC.

dum et non probandum propter dubium eventum essonii. Item est nuntius qui aliquando mittitur, vel licet non mittatur, verba facit pro absente quasi pro amico, et nuntiat tale impedimentum intervenisse quod summonitus venire non possit,[8] et talis proprie dicitur nuntius et non essoniator sicut alii prædicti, et audiri debet sic[9] nuntians usque ad quartum[10] diem et quandoque ulterius usque ad[11] iudicium de defalta.

Item quotiens.

Item quotiens. Et sciendum quod omni tempore post essonium de malo veniendi donec adiudicatus fuerit ei languor et habuerit languorem, scilicet annum[12] et diem, quia post languorem adiudicatum aliquando ex causa de voluntate petentis poterit dari essoniato licentia surgendi ut statim respondeat, quod quidem sine voluntate petentis nulla ratione esset concedendum ante annum et diem, et cum ita responderit et diem habuerit, poterit post essonium de malo veniendi essoniare[13] se[14] de malo lecti, quia non sufficit quod languor sit adiudicatus nisi fuerit adimpletus. Item si plures fuerint[15] participes qui tenuerint in communi, possunt omnes se essoniare si voluerint simul et[16] uno die. Et si in essonio de malo lecti fuerit omnibus simul languor adiudicatus, erit languor omnium quasi unus languor. Si autem cum[17] plures essoniati fuerint de malo lecti, cum visi fuerint post essonium poterit quibusdam adiudicari languor et quibusdam malum transiens, et omnes qui[18] languidi sunt ad diem quo testificabitur languor habebunt annum et diem apud turrim, et alii non,[19] sed diem communem cum[20] sine aliis non teneantur[21] respondere. Et cum semel uni f. 345b] vel pluribus fuerit languor adiudicatus et[22] in iudicio testatus, nullus eorum de cetero habebit essonium de malo lecti nisi ut prædictum est si detur licentia surgendi, sed semper essonium[23] habebunt de malo lecti donec unus vel plures vel omnes simul habuerint[24] languorem. Item poterit unus ex pluribus uno et eodem die essoniare se de malo lecti, et particeps suus unus vel plures de malo veniendi. Et si illi qui de malo veniendi se essoniaverint, de malo lecti ad alium diem se essoniare non poterunt donec constiterit de primo essoniato utrum habuerit malum transiens vel languorem, quia si languorem habuerit et[25] de hoc constiterit, et alius similiter se essoniaret[26] de malo lecti ad alium diem et haberet languorem, ita possent[27] esse in uno placito simul et semel duo

[8] potest, OB, MA, MB. [9] sicut, V, MG; om., CM. [10-11] Om., OC, MG. [12] per annum, MC, LA. [13] essoniari, CE, MG. [14] Om., OC, MG, MC. [15] sint, Y, OB, MA, MB; fuerit, LA. [16] in, OC, MG, CM. [17] Om., OC, MG, CM. [18] Om., MC, LA. [19] non eundem diem, V, OC, MG: non eundem, OB, LA; eundem, CM. [20] Om., OC, MG. [21] teneatur, MA, CM; tenentur, V, MC, LA. [22] Om., OA, CE, OC, MG. [23] Om., OC, MG. [24] habuerunt, MC, LA. [25] Om., OA, CE, MC, LA, OC. [26] essoniaverit, OC, MG, MA. [27] possunt, OC, MG, CM, MA.

languores, quod esse non debet. Igitur cum unus ex pluribus essoniatus fuerit de malo lecti, cessabunt[28] omnino[29] essonia de malo lecti[30] in personis aliorum donec sciatur utrum talis habuerit languorem vel malum transiens, propter inconveniens supra dictum; et cum unus languorem habuerit, de cetero cessabunt omnia essonia de malo lecti in personis aliorum. Sed esto quod cum unus ex pluribus essoniatus fuerit de malo lecti, et alii cum habuerint diem per essoniatores suos se faciant essoniari de facto ad diem illum de malo lecti, iudicium essonii erit in suspenso usque ad quartum diem. Et quo casu si[31] quatuor milites venerint et testati fuerint visum et quod dederint[32] ei languorem, tunc ne absens sit omnino[33] indefensus propter necessitatem de consilio curiæ succurritur ei, ita quod vertetur essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi.

Quandoque vertitur essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi ex necessitate et ex consilio curiæ.

Sed esto quod ad diem datum per essonium capiatur inter partes dies amoris, cum uterque comparuerit ad illum diem sequetur[34] essonium de malo veniendi, et si se essoniaverit de malo lecti, eodem modo verti poterit essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi ut prius. Et sic fieri poterit in omni casu ubi[35] iacuerit essonium de malo veniendi, sed si nullum erit hoc defalta, sed numquam vertetur[36] essonium de malo veniendi in essonium de malo lecti, et ita quod habebit duo essonia quodlibet post aliud sine apparitione, et sic cum unus ex pluribus languorem habuerit, extunc cessabunt omnia essonia de malo lecti in toto placito illo sive tenentes[37] warantum vocaverint sive non. Si autem dederint ei malum transiens, tunc primo tenebit[38] essonium secundum de malo lecti in persona alterius essoniati. Si autem quatuor milites non venerint infra quartum diem nec primo essoniatus, tunc eodem modo et eadem necessitate ut prædictum est vertitur essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi, donec sciatur utrum primo essoniatus de malo lecti habuerit languorem vel non. Et ad omnes dies sequentes erit ut prædictum est, secundum quod testatum fuerit per quatuor milites. Si autem partitio facta fuerit inter plures coheredes de communi hereditate, et ita quod quilibet respondere debeat de parte sua in principio litis antequam omnes simul comparuerint, quilibet per se habere poterit essonium de malo lecti f. 346] et quilibet languorem, et ita quod plures possunt esse languores post divisionem hereditatis. Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo comitatu Suffolciæ, de Salomone de

[28-30] Om., MA, MB, MG. [29] omnia, MC, LA, OC, CM, Y. [31] cum, OB, MA, MB, Y. [32] dederunt, OB, MA, MB; defenderit, MG. [33] Om., OB, MA, MB, OC. [34] sequitur, OC, MG; sequatur, V. [35] nisi, LA, CM. [36] vertitur, V, OC. [37] petentes, MG; petens, OC. [38] t. eum, MG, OC.

Sancto Edmundo et Oliva filia Andreæ. Sed cum omnes comparuerint in curia et ita quod nullus sine alio velit respondere, tunc aliud erit ut[1] in primo casu: ita quod ex necessitate possit quis habere duo essonia de malo veniendi.

Ubi quis habere possit duo essonia de malo veniendi simul propter necessitatem.

Esto quod quis implacitatus fuerit ex[2] diversis placitis, et in uno eorundem fuerit ei languor adiudicatus et in alio placito se semel essoniaverit de malo veniendi et diem habuerit, et ad quem venire non possit nec mittere cum[3] attornatum non fecerit ne sequatur essonium de malo lecti. Si se iterum essoniaverit de malo veniendi, aut de necessitate allocabitur ei essonium de consilio curiæ, vel suspendetur processus illius loquelæ quousque essoniatus comparere possit post languorem, et non procedetur ad defaltam. Ut de termino Paschæ anno regis Henrici sexto decimo comitatu Norfolciæ, de Galfrido filio Baldewini. Item quod[4] non proceditur[5] ad defaltam in uno placito propter essonium de malo lecti in alio, inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quinto decimo incipiente sexto decimo comitatu[6] Middelsexiæ, de Gilberto de Hendone. Et hoc maxime si placitum emerserit post languorem adiudicatum. Idem[7] erit si languidus post languorem adiudicatum[8] vocatus fuerit ad warantum secundum quod evenit[9] de prædicto Galfrido. Item quod allocari debeat essonium in prædicto casu quod alias non esset licitum, probatur de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto incipiente septimo comitatu Norfolciæ, de Ermvarda[10] de Pottote[11] et quodam Iohanne qui se essoniavit versus eam de malo veniendi de uno placito, et cui fuit languor adiudicatus in alio placito, et quamvis essonium de malo veniendi non iaceret, fuit tamen ei allocatum de consilio curiæ propter necessitatem, quia honestius fuit essonium allocare ex causa quam procedere ad defaltam, cum essoniatus non esset in culpa.

Si vir et uxor se simul essoniaverint de malo lecti.

Si vir[12] et uxor se simul essoniaverint primo[13] de malo veniendi, poterunt se simul essoniare de malo lecti ad alium diem si voluerint et simul habere languorem, sed non erunt ibi plures languores sed unus propter iuris unitatem. Item poterunt se vicissim essoniare si voluerint tam de malo veniendi quam de malo lecti, et secundum quod supra dictum est, donec habuerint languorem ambo simul vel alter eorum per se. Sed cum ambo

[1] Om., MC, LA. [2] de, V, MG; om., OC. [3] nec, OB, MA, MB. [4] Om., OC, MG. [5] procedatur, OC, MG; procedetur, CM. [6] in com., OA, OB, CE, Y. [7] Item, OA, MC, LA. [7-8] Om., MG; si, OC. [9] evenerit, OC, MG. [10] Erinvardia, Ermeiarde, Ermegarda, Ermearda, Ermiarda, MSS var. [11] Poctate, Potcote, Poctete, Ponte, Pontote, MSS. var. [12] cum vir, OB, MA, MB. [13] Om., OB, MA, MB, Y.

primo die simul essoniati fuerint de malo veniendi, et ad alium diem compareat uxor et vir essoniatus fuerit de malo lecti, et ad diem datum cum essoniatus visus fuerit testatum fuerit per[14] milites[15] quod sit malum transiens, et uxor eodem die se essoniaverit de malo lecti, quæritur an sit essonium allocandum immediate post apparitionem cum semel in curia comparuerit[16] post essonium de malo veniendi; et allocandum non erit quia essonium de malo lecti semper sequitur essonium de malo veniendi immediate, et[17] de apparitione tempore medio tollitur[18] omnino essonium de malo lecti, et per aliud essonium immediate, sicut de servitio domini regis, si præcedat essonium de malo lecti, vel si aliud intervenerit illud idem erit dicendum. Post essonium vero de malo lecti numquam iacebit f. 346b] essonium de malo veniendi de tempore præterito, et non nisi summonita fuerit loquela et posita coram iustitiariis itinerantibus, quasi ex nova summonitione vel nova resummonitione post iter iustitiariorum, cum quis ad ultimum diem essoniatus fuerit in banco et languor ei adiudicatus non fuerit, et licentiam habuerit surgendi occasione itineris iustitiariorum. Item esto quod vir essoniatus fuerit de malo lecti et milites forte ad diem datum non venerint, et uxor se essoniaverit de malo veniendi et diem habuerit per essoniatorem suum, et milites attachiati fuerint et eundem diem habuerint, ad quem si milites non venerint oportet quod uxor compareat, et si defaltam fecerit defalta sua erit utrique damnosa, ita quod uterque amittet per defaltam unius quicumque illorum defaltam fecerit, quia res sive tenementa uxoris non recipiunt divisionem sicut inter coheredes et participes. De hac materia inveniri poterit de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici octavo comitatu Devoniæ, de Thoma de Tingelande.[19] Si autem bis se essoniaverit, tunc observetur ut supra dictum est. <Et oportet quod compareat ad omnes dies sine essonio donec visus factus fuerit de viro suo postquam semel habuerit essonium de malo veniendi, quia plura habere non poterit antequam simul compareant vir et uxor: et idem dicatur de viro cum uxor essoniata fuerit de malo lecti.> Item cum quis plures warantos vocaverit sive sit tenens unus sive plures, si tale sit placitum et tale breve quod sequi debeant[20] essonia de malo lecti, tunc videndum erit utrum tenentes qui warantum vocaverint languorem habuerint, quidam vel omnes, vel non. Si autem languorem habuerint, waranti languorem non habebunt. Tenentes vero essonium habebunt de malo lecti donec waranti warantizaverint, et waranti nullum antequam warantizaverint. Cum autem warantizaverint,

[14-15] Om., OB, MA, MB; p. quatuor m., OC, MG. [16] apparuerit, MC, LA. [17] Om., OC, MG. [18] Om., OC, MG. [19] Tungelande, Gungelande, Gundolond., Gundelonde, Gundelaunde, Tingilhange, Tingilhand., MSS var. [20] debent, OA, CE.

tunc primo habebunt essonium de malo lecti, si languor non præcesserit,[21] et vicissim se poterunt essoniare de malo lecti, cum warantizaverint, sicut ipsi principales tenentes, donec semel[22] habuerint languorem.

Ad quæ brevia pertinent duo essonia de malo veniendi et similiter de malo lecti.

VIDENDUM inter cetera ad quæ pertineant immediate duo essonia. In quo casu necesse erit quod in essoniis de malo lecti allocandis primo inspiciantur brevia originalia, inter quæ inveniri poterunt duo brevia a quibus generaliter duo procedunt essonia, scilicet breve de recto de[23] terra, sed[24] non[25] breve de recto de dote, quia ad breve de recto[26] de dote non iacet essonium de malo lecti, ex quo non sequitur ex eo duellum neque magna assisa. Item duo sequuntur essonia quoddam[27] breve de recto quod vocatur præcipe, sicut illud ubi quis terram quam petit clamat tenere de domino rege in capite, quod immediate terminari debet in curia domini regis. Item breve quod loquitur de servitiis et consuetudinibus. Item breve de advocatione ecclesiæ quod similiter immediate[28] terminari debet in curia domini regis. Est etiam quoddam breve quod vocatur præcipe a quo per accidens et ex discretione iustitiariorum duo procedunt essonia, in quo fit mentio de longinquo ingressu. Verbi gratia:

Ubi iacet essonium de malo lecti de longinquo ingressu.

PRÆCIPE A. quod iuste et sine dilatione reddat tali abbati[29] tantam terram cum pertinentiis in tali loco quam clamat esse ius ecclesiæ suæ, et in quam idem A. non habet ingressum nisi per B. quondam abbatem talem, qui sine assensu et voluntate capituli sui illam dimisit etcetera. Et in huiusmodi f. 347] brevibus priusquam fiat iudicium de essonio de malo lecti si factum fuerit, inquirendum est a petente per quantum tempus adversarius suus terram illam tenuerit[1] et quando abbas obiit per quem ingressum habuit.[2] Si vero dicat quod per triginta vel quadraginta annos et amplius, tunc admittatur essonium de malo lecti et hac ratione, quia[3] cum alii abbates medii et conventus semper permiserunt[4] ipsum tenentem sine clamio, et postea post prædictum ingressum de tali ecclesia possent alii abbates succedentes cum[5] consensu conventus confirmasse factum[6] primi abbatis, videtur et præsumendum est quod ipse tenens iuste possideat et iusto titulo donec probetur in contrarium, unde facilius in hoc casu admittitur essonium de malo lecti. Sed quæro quare processum est per tale breve cum breve de ingressu non excedat tempus assisæ mortis anteces-

[21] præcessit, OA, CE, CM, Y. [22] simul, OB, MA, MB, OC, MG. [23-26] Om., MB, CM. [24-25] et, MA; et non, OB, CE. [27] quodam, V, OA, MB; om., CM. [28] Om., OB, MA, MB, MG. [29] Om., OB, MB; om. abbati . . . tali, MA.

[1] tenuit, V, CM. [2] habuerit, OB, MA, MB. [3] Om., OB, MA, MB. [4] permiserint, OC, CM. [5] sine, OC, MG. [6] item, OC, MG.

soris. Responsio: per talem narrationem et interrogationem non stat in vigore suo nec retinet virtutem brevis de ingressu, immo illam excedit, et cum per narrationem contra sui ipsius naturam incipiat esse quod non fuit, eius habebit naturam quod incipit esse, et omnia habebit remedia quæ breve de recto et maxime quantum ad essonia, secundum quod superius dictum est. Item duo iacent essonia in brevibus de divisis si aliqua particula terræ remanet in contentione, et ubi processum est sicut per breve de recto, et tunc demum iacent cum terra fuerit specificata. Item iacent duo[7] de servitiis et consuetudinibus postquam deforciator responderit et certum quid deduxerit[8] in iudicium, quia ad duellum vel[9] magnam assisam procedi non potest nisi super certa re et expressa. Item in quolibet brevi ubi quis excedit formam brevis et loquitur de iure et in[10] quibus[11] interseritur narratio ut de iure, sicut aliquando contingit in brevi quo iure et aliis et ubi pervenitur ad magnam assisam, iacet essonium de malo lecti ut infra plenius dicetur. Et sciendum quod non ad omne breve quod vocatur et incipit per præcipe sequitur essonium de malo lecti, quia sunt plura quæ incipiunt per præcipe quæ in nullo tangunt ius merum, quia sunt de ingressu ad firmam et ad[12] terminum, vel breve quod sequitur post novam disseisinam ubi iuratores fuerint[13] electi et visus terræ factus fuit,[14] et quod fertur super disseisitorem[15] vel filium eius et heredem vel alium ab eo qui disseisitus est vel eius herede.

Ubi vertitur breve de recto in breve de ingressu per narrationem et e converso.

In brevibus vero de recto quæ vocantur præcipe et ubi duo iacent essonia, placitum[16] ita aliquando mutari poterit quod nullum iacebit essonium de malo lecti post illam mutationem. Verbi gratia: esto quod petens petat terram aliquam de seisina avi sui et dicat omnia verba pertinentia ad duellum, et adiciat quod avus suus inde obiit seisitus ut de feodo et[17] iure, et quod idem tenens non habet ingressum in terram illam nisi per hoc quod intrusit se in eandem post mortem avi sui dum idem petens vel pater ipsius petentis fuit infra ætatem, vel alio modo, ut si dicat, et in quam non habet ingressum nisi per hoc quod posuit se in terram illam ut capitalis dominus post mortem ipsius talis avi sui die quo obiit, et inde[18] fiat iurata per iudicium curiæ et per consensum partium, scilicet si tam petens[19] quam tenens in hoc consenserint, quod aliter fieri non debet nisi ambo in iuratam se
f. 347b] posuerint, tunc statim cessabit essonium de malo lecti secundum quod superius fit mentio. Eodem modo impediri poterit essonium de malo

[7] duo essonia, V, MG. [8] dedixerit, OC, CM, LA (corr.). [9] vel ad, CE, CM. [10-11] quilibet, OC, MG; in quo, CM. [12] Om MA, MC, LA. [13] fuerunt, OC, MC, LA [14] fuerit, OC, MG. [15] seisitorem, OC, MG. [16] plurium, MG; om., OC; placita, CM [17] et de, CE, CM, MC. [18] tunc, OC, MG; unde, V. [19] Om., OC, MG.

lecti si finis obiciatur qui[20] factus fuit inter antecessores ipsorum, et aliis modis consimilibus, ubi consensu tenentis fit descensus in breve de recto usque ad iuratam, et e converso in brevibus de ingressu in quibus imprimis non iacuit nisi unicum essonium de malo veniendi. Accrescit aliquando per narrationem essonium de malo lecti, quia esto quod tam petens quam tenens omittant[21] loqui de ingressu in narratione sua et[22] proponant[23] in narratione sua[24] de iure et proprietate, et inde sicut sæpius contingit emergat magna assisa vel duellum vel alia forma processus, ingressu prætermisso, quod tamen raro accidit nisi de consensu partium, statim post diem datum partibus poterit tenens se essoniare de malo veniendi et postea de malo lecti, et hoc provenit ex narratione iuris potius quam ex virtute brevis originalis. Et hoc prima facie videtur esse contrarium[25] ei quod dicitur quod[26] secundum brevia originalia iudicanda sunt essonia et ab eis procedunt. Ad quod sic poterit responderi quod quamdiu breve originale stetit in suo vigore tantum unicum sequebatur essonium. Sed postquam per narrationem partium et consensum eorum locum non tenuit, et mutata narratione in iure processum est, tunc ad essonium de malo lecti pervenitur et procedendum erit tamquam ab initio processum esset per breve de recto. Et de iis quæ dicta sunt hic[27] fit[28] superius mentio de brevi[29] de[30] ingressu, sed hic fit repetitio ut addatur.

Qualiter essonia de malo veniendi debeant irrotulari de servitio domini regis.

Quia diversimode fit irrotulatio[31] essoniorum secundum diversitatem brevium et placitorum, ad[32] instructionem minorum dicendum erit de[33] irrotulatione. Sed quia de modo irrotulationis dictum est supra de illis qui peregre profecti sunt ultra mare, sive in Terram Sanctam pro generali passagio, sive pro simplici peregrinatione, sive citra mare Græcorum in peregrinatione versus Sanctum Iacobum vel alibi, ideo de modo peregrinationis huiusmodi non erit[34] hic[35] repetendum, sed de servitio domini regis ita videlicet, A. de N. quod[36] est in servitio domini regis ultra mare, vel citra, versus talem de tali placito per talem, et in quo casu differri poterit loquela quamdiu essoniatus fuerit in servitio domini regis, dum tamen habeat ad manum quolibet die warantum suum[37] breve[38] domini regis.

Item de eodem qualiter de simplici essonio de malo veniendi.

Item si quis se essoniaverit de[39] essonio[40] de malo veniendi unus versus

[20] quod, OC, MG. [21] dimittat, MG, OC (-it); omittat, V. [22-24] Om., OA, CE, OB, MA, MB, MG, Y. [23] proponat, V, CM. [25] necessarium, OC; necessaria, MG. [26] Om., OC, CM. [27] Om., OC, MG; hoc, CM. [28] sit, OC, MG. [29-30] Om., OC, MG. [31] in rotulo, OB, MA. [32] secundum, OC, MG. [33] Om., OC, MG. [34] est, OB, MA, MB. [35] ibi, OC, MG; om., CM. [36] qui, V, MG, CM. [37-38] Om., OA, CE, OB, Y, MB; om. dum . . . breve, MA. [28] scilicet b. OC; de b. MG. [39-40] Om., V, MA, CM.

unum, tunc fiat sic irrotulatio de simplici essonio: talis versus talem de tali placito per talem. Et ita semper quod in principio fiat mentio de comitatu in margine, et hoc si tantum sit unus petens et unus tenens, et quilibet eorum se poterit essoniare semel et simul eodem die summonitionis vel vicissim, modo unus et[41] modo alius, si petens hoc voluerit. Et ideo petenti competit essonium quia non licet in hoc casu tenenti quod petenti non liceat. Et sic fiat irrotulatio de petente cum tenens se essoniaverit: et idem f. 348] talis[1] versus talem[2] de eodem per talem. Et[3] hoc si ambo se simul et eodem die essoniaverint.[4] Si autem vicissim et tenens se prius essoniaverit et petens comparuerit et eundem diem in curia receperit, ad alium diem si voluerit se essoniare poterit et e converso. Si petens primo die se essoniaverit et tenens comparuerit et eundem diem receperit, ad alium diem se essoniare poterit, et ita multotiens quamdiu petens essoniatus fuerit. Si autem plures sint[5] ibi participes tenentes in communi vel separatim, quilibet habebit essonium suum et suum essoniatorem, dum tamen si in communi, poterunt se essoniare omnes simul et eodem diem vel vicissim, unus vel plures, donec quilibet unicum habuerit essonium si voluerit antequam compareat et non plura, et tunc fiat irrotulatio sic: talis[6] versus talem[7] de tali placito per[8] talem.[9] Et eodem modo dicatur de aliis[10] tenentibus omnibus[11] qui se essoniaverint, et illis[12] qui præsentes fuerint dabitur idem dies, et contra absentes procedendum erit ad defaltam. Si autem plures sint tenentes qui tenuerint pro[13] diviso quilibet habebit essonium suum, sed non vicissim ut supra. Si autem unus tenens vel plures se essoniare debeant versus plures petentes, non oportet mentionem facere de omnibus petentibus, sed de uno tantum, et de aliis in brevi nominatis. Et eodem modo fiat de uno petente vel pluribus versus plures tenentes.

Item si warantus vocatus fuerit.

Si autem warantus vocatus fuerit ab uno tenente vel pluribus, unus warantus vel plures, quilibet ipsorum[14] unicum habebit essonium si voluerit simul vel vicissim, tam tenens qui vocavit quam warantus vocatus, unus sive plures. Et unde cum warantus se essoniaverit sic fiat irrotulatio: talis[15] quem talis[16] vel[17] alii tales vocaverunt ad warantum versus talem[18] vel

[41] Om., V, MA, CM.

[1] Om., MA, MB; t. scilicet petens, V, OC, CM, MG, MC, LA (+). [2] t. scilicet tenentem, V, OC, MG, MC, LA (+). [3-4] Om., OB, MA, MB. [5] sunt, CE, LA; om., MG. [6] t. scilicet tenens, V, MC, LA (+). [7] t. scilicet petentem, V, MC, LA (+). [8-9] Om., MC, LA. [10-11] o. t. et aliis, OC, MG. [12] de illis, V, OB; illi, MA, CM, OC, MG; ill., OA, MB, MC, Y. [13] in, OB, MA, MB. [14] eorum, OC, MG. [15] t. warantus scilicet, V, MC, LA (+). [16] t. scilicet tenens, V, MC, LA (+). [17] et, OB, MA, MB, CM, Y. [18] t. petentem, V, LA (+); t. scilicet petentem, MC.

tales de tali placito per talem. Si autem tenens præsens fuerit habebit eundem diem. Si autem eodem die se essoniaverit, tunc fiat irrotulatio sic; idem[19] talis[20] versus eundem talem de eodem per talem. Si autem defaltam fecerit sequatur petens defaltam. Si autem tenens se essoniaverit et warantus comparuerit habeat eundem diem. Si autem defaltam fecerit expectet tenens vel eius essoniator quartum diem, et tunc si non venerit[21] procedatur ad defaltam. Et quod dicitur de uno tenente et uno waranto essoniato vel[22] non essoniato,[23] dicatur de pluribus tenentibus et attornatis. Et in fine notandum quod nec tenens versus warantum nec warantus versus tenentem, sed quilibet eorum se essoniabit versus principalem petentem. Et sive petens sive warantus se essoniaverit, semper exigatur ille qui se non essoniavit.

Qualiter essonia de malo veniendi iudicantur.

Ut essonia de malo veniendi bene iudicentur imprimis inspicienda sunt brevia originalia, maxime si placitum novum fuerit, vel brevia iudicialia[24] si sit novum, ut per hoc sciri possit utrum essonium iaceat vel non. Si autem placitum novum sit et breve venerit, tunc fiat mentio in margine f. 348b] quod placitum novum. Si autem breve non venerit eodem modo fiat mentio in margine quod non breve, sed allocetur[25] essonium si petens venerit, et dicatur ei quod habeat breve suum ad alium diem per aliud breve vicecomiti directum.

Si breve originale non venerit fiat aliud breve vicecomiti quod faciat illud venire.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram iustitiariis etcetera, breve nostrum quod[26] tibi venit[27] de placito quod summonitum est in curia nostra coram iustitiariis etcetera, inter talem petentem et talem tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Vel aliter: breve nostrum quod tibi venit de summonendo talem quod esset coram etcetera, ad respondendum tali mulieri de dote sua quæ eam contingit de libero tenemento quod fuit talis quondam viri sui etcetera. Vel aliter: inter talem querentem et talem de attachiando talem de tali placito, et ita quod semper fiat mentio in tali brevi de brevi originali quale fuerit. Et tunc sic: et tu ipse tunc sis ibi auditurus iudicium tuum de hoc, quod breve illud præfatis iustitiariis non misisti ad talem diem sicut tibi præceptum fuit.[28] Et habeat ibi hoc breve simul cum alio brevi. Teste etcetera. Si autem placitum vetus fuerit, quod quidem erit post primum essonium, tunc eodem modo fiat mentio in margine quod vetus est. Et eodem modo si

[19] item, OA, CE, OB, MB, MC, LA; om., OC, MG. [20] t. scilicet tenens, V, MC, LA (+). [21] habuerit, OC, MG. [22-23] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [24] iudiciaria, OA, OC, MG, CM. [25] allocatur, OB, MA, MB. [26-27] Om., OC, MG. [28] fuerit, OC, MG.

vetus et resummonitum. Et tunc inspiciantur rotuli tam de placitis quam de[29] essoniis, ut sciri possit[30] qualiter partes ultimo die litis a curia recesserunt, et per hoc perpendi poterit de facili quibus competat essonium et quibus non, et si plures contineantur in brevi quorum quidam se essoniaverint et[31] quidam non, fiat mentio in margine sic: alius[32] vel alii. Item si warantus vel iuratores vel recognitores, fiat mentio in margine sic: exigatur warantus vel exigantur iuratores. Et eodem modo de omnibus fiat mentio quos tangit negotium, et quorum præsentia fuerit necessaria. Et si vir essoniatus fuerit, fiat mentio super essonium sic, quod habet uxorem et e converso, et qui si præsentes fuerint habeant eundem diem. Si autem defaltam fecerint, procedatur contra eos secundum quod inferius dicetur de defaltis. Si autem tenens se essoniaverit et petens non venerit nec breve infra quartum diem, tunc dicatur essoniatori quod eat sicut venit, et iudicialiter non absolvitur ab observatione iudicii. Iustitiarii vero ex quo warantum non habent nec breve, nihil statuere possunt contra absentem. Et si breve postmodum venerit et dies summonitionis non[33] præterierit, ad diem illum procedi poterit ad defaltam, vel quamvis dies præterierit de gratia iustitiariorum poterit loquela[34] resuscitari: ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici tertio decimo in[35] itinere Middelsexiæ circa finem rotuli. Si autem breve venerit et non petens et tenens se essoniaverit, essoniatore[36] tenentis quarto die si liti offerente pro domino suo, essoniator iudicialiter quietus recedet de brevi illo et petens in misericordia, et sic fiat irrotulatio: talis essoniator talis optulit se quarto die versus talem de tali placito, et ille non venit et fuit petens, et ideo essoniator sine die. Si autem dies advenerit summonitionis et neuter ipsorum comparuerit et breve venerit, tunc de gratia post intervallum admitti potest essonium petentis ad salvandum breve suum et diem suum. Vel procedi potest ad defaltam quia hoc fit ad[37] nullius præiudicium, et tenens sibi imputet quod defaltam fecerit, quia si comparuisset posset recessisse[38] quietus per iudi-
f. 349] cium. Et ubi iaceat[39] essonium de malo veniendi et ubi non satis perpendi poterit ex præmissis. Essonia vero de Terra Sancta et de ultra mare et de servitio domini regis qualiacumque, non proveniunt ex natura brevium sed a casu fortuito et ab eventu, et ideo non sunt secundum naturam brevium iudicanda. Sunt etiam[1] duo brevia secundum quod prædictum[2] est a quibus duo procedunt essonia, scilicet de malo veniendi

[29] Om., OC, LA. [30] poterit, MC, LA, CM. [31] Om., OA, LA. [32] m., (in, inde), MSS. var. [33] non dum, OB, MA, MB. [34] Om., OB, MA, MB. [35] in, OB, MA, MB, CM, Y, OC (comitatu Midd. in itin.); cum, OA, CE, MC, LA, MG. [36] essoniator, OC, CM; essoni., MG. [37] Om., OC, MG. [38] recedisse, OA, CE, OB, MA, MB. [39] iacet, OC, MG, CM.

[1] autem, OC, MG. [2] supra dictum, OA, CE, OC, MG, CM, Y.

et de malo lecti, et semper sequitur essonium de malo lecti essonium quod procedit de malo veniendi, et quando immediate et[3] quandoque non immediate,[4] ut si interveniat essonium de servitio domini regis, scilicet breve de recto de terra, et alia de recto superius nominata. Et fieri debet essonium de malo lecti tertio die inclusivo ante diem datum per essoniatorem in essonio de malo veniendi.

Qualiter irrotulatur essonium de malo lecti.

IRROTULARI autem debet sic si unus sit tenens et unus petens, primo scribatur in margine nomen comitatus ubi essoniatus iacuerit sive iacuerit in eodem comitatu sive in alio, et tunc sic: talis apud talem locum in eodem comitatu. Vel si in alio comitatu iacuerit tunc sic: apud talem locum ubi essoniatus iacuerit. Si autem plures sint ibi tenentes simul et pro indiviso, omnes se essoniare poterunt de malo lecti simul et eodem diem si voluerint, et fiat irrotulatio de quolibet per se secundum formam primi essoniati,[5] et secundum quod essoniatus iacuerit in eodem comitatu ubi terra fuerit vel in alio, et omnes poterunt habere languorem vel quidam illorum[6] vel nullus, secundum quod quatuor milites visores languorem iudicaverint essoniato vel non iudicaverint. Et si omnibus simul languorem iudicaverint vel quibusdam vel tantum uni, non erit ibi nisi unicus languor propter unitatem iuris quod habent essoniati. Et unde si omnes propter unum quocumque tempore post essonium de malo lecti licentiam habuerint surgendi, et unus se tenuerit in languorem et habuerit annum et diem, nullus[7] de cetero essonium habebit de malo lecti, quia omnes simul vel[8] per quosdam ex eis vel per unum tantum languorem habuerint.

Si adiungatur essonium de malo veniendi essonio de malo lecti.

ADIUNGITUR quandoque essonium de malo veniendi essonio de malo lecti ratione plurium qui tenent in communi et vicissim se essoniaverint, et tunc consequenter post essonium de malo lecti irrotuletur essonium de malo veniendi in forma communi. Et quod de uno tali dicitur de pluribus qui se essoniaverint de malo veniendi intellegatur. Si autem quidam ex pluribus se essoniaverint de malo lecti et quidam comparuerint, cum non sint[9] essoniati de malo veniendi, eundem habeant diem quem habet essoniatus si ei malum transiens adiudicetur simul cum petente. Ad quem diem[10] si non venerit essoniatus neque milites qui eum viderint[11] habebunt alium diem. Item esto quod secundo die ante diem datum per essoniatorem in essonio de malo veniendi essoniaverit se tenens de malo lecti: erit tenens in defalta si petens petat inde iudicium, et multo fortius si die placiti vel in crastino.

[3-4] Om., OC, MG, CM. [5] essonii, OC, MG. [6] eorum, OB, MA, MB, MG. [7] nec, OC, MG. [8] Om., OB, MA, MB. [9] fuerint, OC, MG. [10] dicit, OA, OB, MA, MB, Y. [11] viderunt, MA, OC, MG.

Et de hac materia inveniri poterit in rotulo de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici septimo[12] in crastino purificationis, inter Vitalem Engayngne[13] et quendam de Ferclis[14] de advocatione ecclesiæ de Ho. Et ad f. 349b] hoc facit de termino Sancti Michælis anno regis eiusdem septimo incipiente octavo de eodem Vitali, nisi forte essoniatores ostenderint se fecisse essonium apud turrim cum protestatione et recordo constabularii, vel si essoniatus primo die litis venerit et essoniatores deadvocaverit,[15] quod quidem facere poterit quocumque tempore ante diem[16] factum fuerit essonium de malo lecti. Cum autem iustitiarii ad diem datum residentes non fuerint in banco, semper apud turrim faciendum erit essonium. Et eodem modo in comitatu apud castrum.

In[17] cuius persona non iacet essonium de malo lecti.[18]

Item videamus in cuius persona non iacet essonium de malo lecti, licet agatur per talia brevia ut prædictum est. Numquam enim[19] iacebit in persona petentis quamvis in huiusmodi placitis competat ei[20] essonium de malo veniendi. Item nec in persona alicuius attornati si tenens forte attornatum fecerit unum vel plures, quia quamvis attornatus languidus sit et[21] de facto se essoniaverit de malo lecti, responsalem mittere no poterit non magis quam facere attornatum, licet aliquando mittere possit[22] nuntium, cum nullum ei competat essonium ad excusationem usque ad quartum diem propter alicuius impedimenti eventum, ut si ab hostibus vel adversariis in vinculis detentus fuerit vel impeditus. Sed quid si attornatus languidus fuerit? Excusari debet eodem modo ut videtur, sed non nisi usque[23] ad quartum diem. Quis enim magis vinculis artatur quam ille qui languidus est et graviter infirmatus? Item numquam iacebit in persona waranti, nisi tunc demum postquam præsens in iudicio warantizaverit, et cum[24] ita effectus[25] fuerit dominus litis. Item non proderit essoniato essonium de malo lecti quin procedatur ad defaltam qui se sic essoniaverit,[26] quod iaceat extra potestatem domini regis ubi brevia sua non currunt nec retorna, sive hoc fuerit in regno sive extra: et licet prima facie iaceat essonium, exequi tamen non poterit propter defectum. <Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto[27] inter essonia comitatu Suffolciæ,[28] de Alano de Sancto Georgio.> Item non iacet in persona alicuius nec in placito ubi quis semel habuerit languorem, sive tenens principalis

[12] octavo, OA, CE, OB, MA, Y. [13] Engaigne, en Gaynge, de Ganige, de Gaygne, de Gayngne, MSS. var. [14] Ferdis, Defredis, Fercul., MSS. var. [15] deadvocaverint, OC, MG, MC; advocaverint, CM. [16] quam, OB, MA, MB. [17-18] *sic*, Y, OB (videndum in); om., MSS. gen. [19] Om., OC, MG. [20] Om., OC, MG. [21] Om., OC, MG. [22] poterit, MB, MG, CM; potuit, LA. [23] Om., OB, MA, MB, OC, MG. [24] cetera, OB, MA, MB, CE, Y. [25] quod e., Y, OB, MA, MB; factus, OC, MG. [26] essoniavit, V, MG. [27] septimo, V; s. incipiente septimo, CM. [28] Sussexiæ, V, CM.

sive warantus: non dico quod quis languorem habuerit antequam fuerit adiudicatus et dies datus apud turrim, et postea visus coram iustitiariis testatus ita quod non surrexerit ante annum et diem, quod si aliquo[29] casu fecerit non dicetur[30] habuisse languorem. Item in comitatu ubi iustitiarii fuerint itinerantes, non iacet essonium de malo lecti in persona eius qui se fecerit essoniari infra[31] comitatum de tenemento quod fuerit in comitatu, quia facere poterit attornatum. Si autem extra comitatum non sic,[32] sive placita fuerint forinseca sive intrinseca, dum tamen tenens se essoniaverit extra comitatum. Item non iacet essonium de malo lecti in aliqua causa personali, criminali vel civili. Item non iacet essonium aliquando in principio litis nisi post tempus cum res de qua agitur fuerit specificata, sicut in placito et brevi de divisis.[33] Item in brevi de servitiis et consuetudinibus. Item in brevi quo[34] iure quis petat communam pasturæ non iacebit es-
f. 350] sonium de malo lecti antequam res quæ petitur fuerit designata, et tenens se defenderit per duellum vel se posuerit in magnam assisam. Item non iacet essonium de malo lecti ab initio ad breve de ingressu, nisi tunc demum cum per narrationem vertatur[1] ad breve de recto, et[2] cum tenens se posuerit in magnam assisam vel defenderit per duellum. Item ad ¡nitio iacet essonium de malo lecti et competit tenenti et postmodum desinit competere, ut si quis ab initio petere inceperit per breve de recto et post narrationem descensus descendat ad ingressum, et ubi breve de recto vertitur ad[3] breve de ingressu ut supra. <Sed contra de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto comitatu Devoniæ inter essonia de banco, inter Matillidem[4] de Curtenay petentem et Robertum de Curtenay tenentem, quia ibi dicitur quod essonium de malo lecti allocatur cum[5] loquela fuerit super iudicium. Item in eodem inter essonia de malo lecti quod allocandum erit postquam dies datus fuerit[6] de[7] audienda[8] electione. Ut inter Galfridum de Lucy comitatu Sussexiæ. Item in eodem, comitatu Suffolciæ[9] de priore de Bliburg, quod non iacet ad breve quo iure. Item in eodem quod non iacet ubi non fuit factum tertio die ante diem placiti, comitatu Gloucestriæ de Roberto de Thorengny.[10] Item in eodem, comitatu Suffolciæ[11] de Philippo de Redham, quod non iacet de proparte sororum per novum breve. Item de termino Paschæ anno regis Henrici quarto decimo comitatu Bukinghamiæ, quod non iacet de fine facto.> Item

[29] aliquod, OA, CE. [30] d. ipsum, MC, LA. [31] in, OC, MG. [32] sit, OC, MB; fit, CM. [33] visis, OA, CE, MB, Y. [34] de quo, MC, LA.

[1] vertetur, MG; om., OB, MA, MB, Y (+). [2] Om., OB, MA, MB. [3] in, V, OC. [4] Matild(a?), OC, MG, MC. [5] quando, MC, LA. [6] fuit, OA, OC. [7-8] ad audiendum, OC, MG. [9] Sussexiæ, V, CM, MC. [10] Toungney, Toringny, MSS., var. [11] Sussexiæ, V, CM.

desinit essonium de malo lecti competere, ut si per breve de recto perveniatur[12] ad iudicium et fuerit ex utraque parte conclusum, et remanserit loquela super iudicium et non habuerit aliqua[13] pars ulterius quid[14] proponat, licet iudicium de loco in locum, cum loquela iam ex[15] toto sit determinata, cum non sit aliquis qui dicere possit quod recordum loquelæ quæ est sed quæ fuit, si[16] quis tamen[17] velit[18] si loquela terminata no fuerit. Item secundum quosdam in persona minoris non iacet essonium de malo lecti, quod quidem verum est, non magis quam de malo veniendi in causa possessionis nec in causa proprietatis, quia ad causam proprietatis infra ætatem non respondebit nisi ita sit quod infra ætatem feoffatus fuerit, et quo[19] casu cum respondere teneatur habebit omnia[20] remedia quæ haberet quilibet maior, ne sit deterioris condicionis propter ætatem, scilicet[21] essonium de malo veniendi et de malo lecti, et licet per se essonium de malo veniendi warantizare non possit[22] nec iurare, nec in essonio de malo lecti responsalem mittere, poterit hæc omnia facere per custodem quasi tutore auctore. Item non iacet essonium de malo lecti in persona waranti pendente placito de warantia antequam warantus warantizaverit. <Item non iacet ubi prius se non essoniaverit[23] de malo veniendi, sed[24] vertitur in essonium de malo veniendi.[25] Item non iacet ubi tenens se essoniaverit[26] in villa de Londonia quia mitti potest[27] ibi ad capiendum attornatum. Ut in comitatu Bukinghamiæ de Hugone de Brok.[28] Et ita videtur quod coram iustitiariis itinerantibus fieri debeat idem si fuerit essoniatus in comitatu in quo itineraverint, secus si extra. Item non iacet in brevi quo waranto. Item non iacet in persona attornati, ut si vir et uxor implacitati fuerint, vel participes vel duo extranei simul vel in[29] diversis placitis, quorum unus fuerit attornatus alterius, licet iaceat[30] in persona unius ratione proprii[31] placiti, tamen non iacet in persona eiusdem de alio[32] placito quia est attornatus.[33] Item non iacet nisi tertio die ante placitum fuerit essoniatus. Item non iacet quia petens, sed exigantur[34] plegii petentis propter defaltam. f. 350b] Item non iacet de proparte sororum. Item non iacet in assisa ultimæ præsentationis quæ remansit propter ætatem et resummonitionem[1] in tali statu. Item si quis essoniatus fuerit de malo lecti et petens non com-

[12] perveniat, OB, MA, MB. [13] alia, OC, MG. [14] quod, OC, CM; quis, MG. [15] de, MC, LA. [16-18] secus tamen est, V, MG; *sic*, MSS. gen. [17] tum, CE. [19] in quo, MC, LA, MG. [20] omnia alia, OB, MB; o. illa, MA. [21] licet, OB, MA, MB. [22] poterit, OB, MA, MB. [23] essoniavit, OB, MA, MB, CM, Y. [24-25] Om., OB, MA, MB, OC, MG, CM, Y. [26] essoniavit, MB, CM. [27] poterit, OB, MA, MB. [28] Broc, Broke, Brokh., MSS. var. [29] Om., OC, MG. [30] iacet, MA, CM. [31] primi, OC, MG. [32] aliquo, OC, MG. [33] attornatum, OC; attorn., MSS. var. [34] exiguntur, MC, LA; exigatur (pleg.), OC, MG.

[1] resummonitio est, V; resum., MSS. var.; res mensuratus, OC; reis mensurata, MG.

paruerit[2] ante tertium diem placiti, allocabitur[3] defalta[4] ad alium diem cum essoniatores petant iudicium de defalta. Idem erit si tenens tertio die se essoniaverit de malo veniendi. Item non iacet in[5] placito conventionis. Item nec de placito quid[6] iuris.[7] Item nec de placito finis facti. Item si vir et uxor vocati[8] fuerint ad warantum, si tenens principalis se essoniaverit de malo veniendi vel de malo lecti antequam vir et uxor warantizaverint, exigantur waranti, et si vir mortuus fuerit de novo summoneatur uxor quod per se sit ad warantizandum. Si autem uxor præmoriatur vel ambo, tunc summoneantur heredes. Item non iacet de ingressu ad terminum vel cui uxor contradicere non potuit,[9] vel de aliquo ingressu nisi fuerit longinquus, videlicet ubi breve de ingressu vertitur in breve de recto per electionem tenentis. Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici septimo[10] incipiente octavo[11] comitatu Norhamtoniæ, de Henrico de Gaytone versus priorem Sancti Iohannis de[12] Norhamtonia. Item in eodem, quod non iacet essonium de malo lecti ubi[13] non præcessit essonium de malo veniendi, sed[14] vertitur in essonium de malo veniendi,[15] comitatu Devoniæ de Alicia Malet. Item in eodem,[16] comitatu Bukinghamiæ de Hugone de Brok,[17] quod non iacet in[18] villa Londoniæ non magis quam in comitatu, quia potest essoniatus facere attornatum per quatuor milites. Item cadit breve et[19] essonium[20] non iacet ubi non ostenditur breve de recto ad primum essonium de malo lecti: ut in comitatu Lancastriæ de Alicia de Lancastria et Willelmo de Tatham.[21] Item non iacet quia de dote, sive per breve de recto de dote sive per breve de dote. Item non iacet in placito ubi languor prius fuit[22] adiudicatus. Item[23] nec in placito de excambio faciendo vel cirographo capiendo.[24] Item nec[25] in placito quod quis permittat præsentare, sed procedatur ad defaltam. Et illud idem fiat in placito de servitiis et consuetudinibus. Et quod ad breve de ingressu non iacet,[26] de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto comitatu Notinghamiæ,[27] de Emma de Bella Fago, quia ibi dicitur quod breve de ingressu æquipollet brevi assisæ mortis antecessoris.>

Qualiter essonia de malo lecti iudicanda sint.

ESSONIA de malo lecti iudicantur ita, scilicet quod primo inspicienda sunt brevia originalia de recto, et si[28] in suo statu remanserint vel per narra-

[2] comparuit, OA, OC, MC, LA. [3-4] Om., OB, MA, MB. [5] de, OA, OC, MG. [6-7] *sic*, MSS. gen.; quo iure, V. [7] de iure, MG; iur., MA, MB, Y. [8] nominati, MC, LA; om., MG. [9] poterit, OA, OB, OC, MC, LA, MG; potest, MA. [10-11] duodecimo i. tertio decimo, OC, MG. [12] Om., OB, MB, CM. [13] vel, OB, MA, MB. [14-15] Om., OB, MA, MB, OC, MG. [16] Om., OB, MA, MB. [17] Broc, Brok., Bork., MSS. var. [18] pro, MC, LA. [19-20] de esson., OC, MG. [21] Catham, Tacham, Takham, MSS. var. [22] erit, OA, Y, OB, MA, MB; fuerit, OC, MG, CM. [23-24] Om., OC, MG. [25] Om., OC, MG. [26] iaceat, V, OC, MG, CM; iactat, OA. [27] North., MB, CM. [28] sive, OC, MG.

tionem inceperint esse alterius naturæ et desierint esse brevia de recto, vel[29] si ab initio non fuerint brevia de recto[30] et per narrationem inceperint esse ut prædictum est, vel per specificationem. Item si plures sint ibi tenentes participes pro indiviso fiat de omnibus mentio. Eodem modo de waranto vocato. Item si plures sint[31] participes et plures dies præterierint et plura essonia, videndum erit quid factum[32] fuerit ad quemlibet diem per inspectionem rotulorum, tam de essoniis quam de placitis, ut sciri possit quis habuerit essonia[33] et quot et quis non. Item[34] videre oportet quod languor non præcesserit.[35] Item videre oportet[36] quod ille qui se essoniaverit de malo lecti prius habuerit essonium de malo veniendi. Sed esto quod quis se essoniaverit de malo lecti cum se essoniare deberet de malo veniendi, in[37] quo casu vertitur essonium de malo lecti in essonium de malo veniendi, f. 351] cum utrumque competat sed suo ordine, et qui facit id[1] quod magis[2] est facit id quod minus.[3] Sed e converso, si quis se essoniaverit de malo veniendi cum se essoniare deberet de malo lecti, non valet nec excusat non[4] venientem. Et eodem modo ut[5] videtur, si quis se essoniaverit de Terra Sancta vel de ultra mare cum se essoniare deberet de malo veniendi, vertitur essonium de ultra mare in essonium de malo veniendi cum competierit. Item esto quod quis se essoniaverit de Hibernia quasi de ultra mare, attornatur essonium illud ad simplex essonium de malo veniendi: ut coram Martino de Pateshilla in banco anno regis Henrici septimo de Gilberto Marescallo et Cecilia uxore eius et Alano[6] de Hida qui vocavit ad warantum Willelmum Marescallum comitem Penbrokiæ, et qui se essoniavit de Hibernia: et non[7] fuit allocatum, et postea fecit defaltam quia[8] aliud essonium de malo veniendi ad alium diem non[9] fuit allocatum.

Qualiter redduntur essonia de malo lecti et de malo veniendi per ordinem. Iudicatis igitur essoniis tam de malo veniendi quam de malo lecti, primo reddantur essonia de malo lecti hoc modo, et ideo prius redduntur quia prius capiuntur. Sed si[10] essonium de malo veniendi essonio de malo lecti adiungatur essonium de malo veniendi prius reddatur, et vocetur essoniator et reddatur essonium sive particeps tenens se essoniaverit sive ipse petens. Et si petens et particeps simul de malo veniendi, dicatur essoniatori petentis quod expectet quartum diem, si quidam[11] forte defaltam fe-

[29-30] Om., OB, MA, MB. [31] sint ibi, V, CM, CE (corr.). [32] actum, MC, LA, OC, MG, CM. [33] essonium, OB, OC; esson., MSS. gen. [34-35] Om., OC, MG, CM. [36] poterit, V, MA. [37] si, OA, CE, Y, OB, MB; sed, MA.

[1] illud, Y, OB, MB; om., MA. [2] maius, Y, OB, MB, MG; om., MA. [3] minus est, MB, MG, OC. [4] vero, MA, MB; om., MG. [5] Om., OC, MG. [6] Alanum, OA, LA, OC, MG; Alan., MSS. var. [7] Om., OC, MG, CM. [8] quod, V, OC; et, CE. [9] ei non, OC, MG. [10] Om., OC, MG. [11] quidem quidam, V; quid. (quidem?), OB, MA, MB, OC, MG, CM.

cerint,[12] et breve de videndo infirmum, sicut expectaret dominus eius, et postea reddatur essonium de malo lecti, ita quod si breve fuerit de recto clausum sicut præcipe in capite, quod immediate porrigitur[13] vicecomiti et[14] mittitur ad bancum si essonium iacet, ita reddatur. Primo exigantur essoniatores, secundo exigatur petens vel eius essoniator, et tunc si omnes præsentes fuerint incontinenti ita reddatur. Dicatur publice essoniatoribus quod eant domi, et[15] sic manifestum est quod non sunt essoniatores sed nuntii quia nullum recipiunt diem. Et postea dicatur: *et tu petens N., vel essoniator, habebis breve de faciendo videre eum.* Et si hoc fuerit malum transiens, ad talem terminum vel talem diem. Et sic manifestum est quod petens recipit certum diem, scilicet communem, ut tunc veniat et sequatur. De anno et die apud turrim Londoniæ non fiat aliqua mentio, quia adhuc in pendenti est utrum adiudicari debet languor vel non, et ad visores pertinet quod ei dent diem postquam ipsum viderint, a die visus sui in[16] unum annum et unum diem apud turrim Londoniæ. Si autem breve de recto apertum fuerit et translata fuerit loquela ad magnam curiam a comitatu, et quod semper remanet penes[17] petentem, imprimis exigendum[18] erit breve de recto, scilicet ad secundum diem dum placitum fuerit novum, et sufficit quantum ad omnia essonia subsequentia quod semel ostendatur, et cum
f. 351b] ostensum fuerit et lectum reddatur essonium. Et si petens illud ad manum non habuerit, non reddatur essonium donec fuerit ostensum, et si infra quartum[19] diem illud non ostenderit, tunc procedatur ad defaltam contra ipsum petentem et essoniatores per iudicium recedent[20] sine die. Ut in rotulo de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quinto decimo comitatu Wigorniæ de Ada[21] de Thormartona.[22] Et ita fiat irrotulatio cum essoniatores se obtulerint versus petentem quarto die: talis[23] et talis[24] essoniatores talis obtulerunt[25] se quarto die versus talem qui petiit[26] tantam terram versus talem. Sed[27] talis petens venit sed non habuit[28] breve suum de recto, nec primo nec secundo nec tertio nec quarto die, et ideo essoniatores sine die de brevi illo. Et poterit esse ratio quia forte ab initio nullum fuit breve[29] impetratum nec exhibitum in curia domini capitalis.

Qui sunt exigendi in essonio reddendo.

In reddendo vero essonio de malo lecti exigendi sunt omnes quos loquela tangit, vir si uxor fuerit essoniata et e converso. Item participes ut habeant

[12] fecerit, V, MA, MB, LA. [13] porrigetur, OC, CM; dirigitur, MG. [14] Om., OC, MG. [15] sed, OC, MG. [16] scilicet, OC, MG. [17] *sic*, OA, CE, Y, MC; petens, MSS. gen. [18] erigendum, OA, CE. [19] secundum, OC, MG; om., CM. [20] recedant, OB, MA, MB. [21] Adam, V, MG. [22] Tormarthone, Cormarthon., Tormarton., MSS. var. [23] tales, V, MG; tali, OB, MA, MB; tal. MSS. var. [24] tales, V, OB, MA, MB, MG; tal., MSS. var. [25] obtulerint, OC, MG. [26] petit, MC, LA. [27] si, OB, MA, MB, CE, CM; et, OC. [28] habuerit, MSS. var. [29] Om., OB, MA, MB.

eundem diem.[30] Item quatuor milites electores vel duodecim milites ad faciendam magnam assisam electi, si in[31] tantum sit processum. Item warantus exigendus erit[32] donec warantizaverit. Cum autem ita redditum fuerit essonium de malo lecti statim[33] habeat petens vel[34] eius essoniator breve de mittendo quatuor milites ad videndum essoniatum, et utrum infirmitas qua se essoniavit languor sit vel malum transiens, secundum quod inferius dicetur.

Qualiter redduntur essonia de malo veniendi.

REDDUNTUR quidem hoc modo. Primo vocetur publice essoniator sic: *ubi est essoniator talis?* Et postea: *ubi est talis?* Scilicet contra quem factum est essonium, vel essoniator si forte fuerit essoniatus. Et si ambo præsentes fuerint, affidabunt essoniatores de habendo warantos suos ad certum diem, continentem in se ad minus spatium[35] quindecim dierum. Et quod dictum est de uno intellegatur de pluribus si fuerint essoniati: præsentibus vero dabitur idem dies et omnibus quos causa tetigerit. Si autem quidam eorum defaltam fecerint, dicatur petenti vel eius essoniatori quod expectet[36] quartum diem suum versus illos qui non venerunt,[37] ut procedatur ad defaltam secundum quod inferius dicetur de defaltis. In essonio vero reddendo, ut supra de essoniis de malo lecti, exigantur omnes illi quos causa tetigerit, sicut particeps, warantus et alii ut supra, recognitores in assisis, iuratores in[38] iuratis, inquisitores in inquisitionibus, milites in electionibus faciendis vel milites in magnis assisis, ut habeant eundem diem si præsentes fuerint vel quod attachientur omnes qui fuerint absentes. Et si quidam eorum[39] mortui fuerint vel ut inutiles recusati vel aliqua ratione excusati, loco ipsorum ponuntur alii per quos negotium melius possit expediri. Et non contingit sæpius quod tales habeant essonium aliquod vel excusationem.

Qui essoniatores affidabunt et qui plegios invenient.

NON autem omnes essoniatores ad diem recipiendum affidabunt, sed illi tantum qui sunt baronibus inferiores. Barones vero[40] et baronissæ[41] et eorum superiores sicut comites et eorum attornati non affidabunt sed plegios invenient. Ratio vero[42] diversitatis ut videtur talis esse poterit quod
f. 352] ita nobiles et dignæ personæ in warantizatione essonii non per se iurabunt sed per procuratores, scilicet plegios suos. < Et si baro vel

[30] Om., OB, MA, MB. [31] Om., OB, MA, MB, OC, MG, CM, Y. [32] est, OB, MA, MB. [33] Om., OC, MG. [34] et, OB, MA, MB. [35] Om., OB, MA, MB. [36] expectent, OA, CE, Y, OB; MB; expectant, MG; om., CM. [37] venerint, OB, MA, MB, CM. [38] et, OC, MG. [39] illorum, V, CM. [40] Om., OB, MA, MB. [41] baronissa, OA, OC, MG, MC, LA. [42] Om., OB, MA, MB.

baronissa ad diem datum defaltam fecerit,[1] summoneantur plegii quod[2] sint[3] ad alium diem[4] ad audiendum iudicium suum quare non habuerunt[5] eum sicut eum plegiaverunt.[6] > Item non est alicui concedendum quod in essonio reddendo alterius diem recipiat petentis,[7] maxime in absentia sua vel sui attornati vel sui essoniatoris[8] propter inconveniens quod sequi posset, quia si in absentia talium haec fierent, et essoniator tenentis ante diem datum de essonio de malo veniendi a curia recederet cum partem ipsius tenentis defendere teneatur, si petens post diem acceptum se liti offeret et iudicium de defalta peteret, dies ab eo acceptus cuius non interesset pro non accepto haberetur. Si autem ambo essoniatores tam petentis quam tenentis hoc fecerint, tunc de[9] defalta non erit multum curandum, cum uterque illorum sit in eadem causa, nec sit aliquid vel quasi quod iudæus[10] iudæo[11] possit imputare. Cum autem quis ita[12] essoniatus fuerit de malo veniendi, et essoniator affidaverit vel plegios invenerit de habendo eum ad diem datum per ipsum, essoniator venire debet et producere dominum ad warantizandum essonium quod pro eo fecit.

Quid sit warantizare essonium per sacramentum.

WARANTIZARE autem est iurare quod ita detentus fuit per ægritudinem in veniendo versus curiam quod venire non potuit[13] pro lucrari neque pro perdere, et quod essonium fecit secundum legem terræ:[14] quod quidem si ita fecerit essonium suum warantizabit. Si autem dominus principalis non venerit ad diem sibi datum per essoniatorem suum nec etiam essoniator, [essoniator][15] se excusare poterit si voluerit et dominum suum per[16] essonium[17] quod venire non potuit nec dominum[18] suum[19] habere sicut affidavit, propter malum quod in itinere in[20] veniendo versus curiam ei supervenit.[21] Sed quoniam si de[22] huiusmodi fieret inquisitio longa fieri posset loquelae protractio, non est de warantizatione essonii multum curandum quia non vertitur in alicuius præiudicium nisi ipsius petentis, quod quidem est ei dissimulandum. Item esto quod tenens postquam diem habuerit per essoniatorem suum et[23] antequam essonium suum warantizaverit fecerit attornatum, et ad diem petatur warantia de essonio: quæritur quis facere debeat warantiam. Et videtur quod warantus[24] non quia se

[1] fecerint, MG, CM. [2-3] Om., OC, MG. [4] Om., OC, MG. [5] habuit, OC, MG, CM, LA. [6] plegiaverint, MC; plegiavit, CM. [7] petens, V, MG; om., CM. [8] essoniatores, OA, OB, MB, Y. [9] Om., OB, MA, MB, OC, MG, CM (+). [10-11] videns video, OB, MB, CE, MA (video quod); iudeus video, MC; videns iudici, MG; dominus iudicio, OC; om., CM; *sic*, OA, LA, Y. [12] Om., OC, MG. [13] poterit, OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB. [15] *sic*, V; om., MSS. [16-17] Om., OB, MA, MB, CM, Y; p. essoniatorem, MG; p. esson., OC, MC. [18-19] diem, OC, MG; [20] Om., OB, MA, MB, CE, Y. [21] subvenit, OB, MB; obvenit, MA; supervenerit, MG. [22] Om., CE, MC. [23] Om., OB, MA, MB. [24] attornatus, OC, CM, OB, MA; om., MB.

non essoniavit. Oportet igitur[25] quod tenens veniat et warantizet,[26] alioquin non erit essonium warantizatum. Et quamvis attornatum fecerit non propter hoc se excludit, quin veniat et[27] se defendat cum possit et velit. Item si quis attornatum fecerit qui se essoniaverit, et ante diem datum per essoniatorem suum ipsum amovere velit et alium substituere, non erit ei hoc tutum antequam dies præterierit quod warantizatum sit essonium, quia nec ipse tenens nec warantus[28] amotus illud warantizare possunt.[29] < Et hæc poterit esse ratio quod attornatus amoveri non debet postquam fuerit essoniatus, ut in persona principalis domini sequatur essonium de malo lecti. > In essonio de malo veniendi datur dies multipliciter a iustitiariis, quandoque coram se ipsis quandoque coram iustitiariis itinerantibus, et coram se ipsis quandoque pure quandoque sub disiunctione.[30] Hoc est coram se ipsis nisi iustitiarii prius itineraverint in comitatu, vel coram iustitiariis pure ad certum diem vel incertum. In quibus casibus sequitur[31] essonium coram iustitiariis itinerantibus vel non sequitur,[32] secundum quod tales diem receperint[33] coram iustitiariis de banco per f. 352b] se in banco vel per essoniatorem, eo excepto quod si[34] diem[35] ita ceperint[36] incertum in banco, ita videlicet[37] in adventu[38] iustitiariorum, oportet quod sequatur generalis summonitio quæ præcedat adventum iustitiariorum per quindenam vel amplius, ex qua summonitione sequi poterit essonium de malo veniendi, sicut in omnibus brevibus et assisis quæ immediate ponuntur a cancellaria in adventu iustitiariorum. Si autem datus fuerit dies sic a iustitiariis de[39] banco coram iustitiariis itinerantibus in itinere cum itineraverint, tunc erit ut supra dictum est. In itinere vero iustitiariorum fiunt essonia in principio itineris, aliquando de communi summonitione aliquando de placitis terræ. In quibus casibus[40] habebunt essoniati diem rationabilem ad minus quindenæ,[41] sive terra quæ petita fuerit[42] infra comitatu sive[43] extra, dum[44] tamen extra,[45] et visus petatur vel warantus vocetur, erit quilibet dies certus et rationabilis. Si autem terra fuerit infra comitatum, cum lites sint[46] restringendæ, erunt in prædictis casibus indutiæ arbitrariæ trium dierum vel quatuor vel ulterius, secundum distantiam[47] locorum in quibus terra fuerit quæ petitur.

[25] enim, OB, MB; om., MA. [26] warantizat, OB, MA, MB. [27] quod, OB, MA, MB. [28] attornatus, V, CM. [29] possit, MC, LA. [30] distinctione, V; condicione, MB. [31] sequetur, OA, CE, Y, OB, MA, MB; -atur, OC. [32] sequatur, OC, MG. [33] ceperint, MA, MB; om., OB, CM. [34-35] Om., OB, MA, MB, Y. [36] inceperint, CE, MA; receperint, CM; receperit, OC; om., MG. [37] Om., OC, MG; scilicet, CM. [38] a. scilicet, OC, MG. [39] in, OC, MG. [40] Om., OC, MG. [41] de quindena, MC, LA; quindenam, OC, MG. [42] fuerit, fuerit, V; *sic*, MSS. [43] vel, V, CM. [44-45] Om., OC, MG. [46] sint potius, V, OB, MA, MB, Y. [47] distinctionem, OB, MA, MB, Y.

Si in die dato erratum fuerit quid sit faciendum.

CUM dies datus fuerit rationabilis sive in banco sive in itinere, et erratum fuerit forte in die dato, et rotuli non conveniant sed discordent,[48] ut si in uno rotulo contineatur quod dies datus[49] in quindecim dies, et in alio rotulo vel[50] in pluribus quod in tres septimanas vel ulterius, semper[51] præsumendum erit de die secundum quod in rotulo primo, scilicet protonotarii cuius irrotulationem sequi debent omnes alii rotuli subsequentes, et inde trahere originem et auctoritatem. Et[52] licet plures sint in contrarium, et cum primus rotulus ita inducat præsumptionem vehementem contra alios, privari[53] poterit[54] præsumptio si recordum iustitiariorum conveniat cum primo. Si autem dissentiat a primo et conveniat cum aliis, vincitur præsumptio de primo rotulo et stabitur eorum recordo. Et si ab omnibus rotulis discordent, fiat eodem modo quod eorum stabitur recordo. Et quid si ipsi iustitiarii inter se discordes fuerint? Stabitur maiori parti. Si autem æquales numero, tunc digniori cum præsumptione rotulorum. Si autem quilibet ab alio, propter defectum probationis habebitur ille dies pro non dato, et procedat loquela de novo.

Breve de mittendo quatuor milites ad eum qui essoniatus est de malo lecti ad videndum.

POSTQUAM[55] essonia de malo lecti et de malo veniendi,[56] imprimis ante omnia fiat breve de videndo essoniatum de malo lecti in hac forma: Mitte quatuor legales milites de comitatu tuo apud talem villam ad videndum utrum[57] infirmitas qua A. de N. in curia nostra coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium essoniavit se de malo lecti versus B. de N. de placito terræ vel huiusmodi, sit languor vel non. Et si sit languor, tunc ponant ei[58] diem a die visus sui in[59] annum et[60] unum diem[61] apud turrim
f. 353] Londoniæ, quod tunc sit ibi inde responsurus vel sufficientem pro se mittat responsalem. Et si non sit languor, tunc ponant ei diem coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium in octabis etcetera, quod tunc sit ibi inde responsurus vel sufficientem pro se mittat responsalem. Et dic quatuor militibus illis[1] quod sint coram[2] iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad prædictum terminum ad testificandum visum suum et quem diem ei posuerunt. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Si autem terra fuerit in uno comitatu et tenens iacuerit in alio, tunc ad vicecomitem illius comitatus ubi essoniatus iacuerit dirigatur breve. Et

[48] discordunt, OC, MG; -ant, CM. [49] d. fuit (fuerit), V, OB, MA, MB, OC, Y. [50] Om., OB, MA, MB. [51] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [52] Om., OB, MA, MB. [53] stari, V; causari, MG; privare, MA. [54] Om., MA, MB. [55] post, OB, MA, MB, Y. [56] v. adiornata sint, V; v. facta sunt, MC. [57] utrum talis, CE, MC. [58] Om., OC, MG. [59] in unum, V, CM, Y. [60-61] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y.

[1] Om., OC, MG. [2] coram eisdem, OC, MG, CM, MC, LA.

dicatur in brevi de placito terræ in tali comitatu. Si autem plures qui tenuerint in communi pro indiviso, vel sicut vir et uxor, se essoniaverint in eodem comitatu et iacuerint in diversis locis et diversis villis, tunc fiat breve[3] hoc modo: Mitte quatuor legales milites de comitatu tuo apud talem villam ad videndum utrum infirmitas qua A. de N. in curia[4] etcetera, essoniavit se de malo lecti versus B. de placito terræ sit languor vel non. Et[5] postea sic: Mitte etiam eosdem quatuor legales[6] milites de comitatu tuo apud talem aliam villam ad videndum utrum infirmatis qua C. de N. in curia nostra etcetera, essoniavit se de malo lecti versus eundem B. de placito terræ sit languor vel non.[7] Et sic fiat de pluribus participibus in infinitum qui iacuerint in eodem comitatu in diversis villis et locis. Et tunc sic: Et si sint languores, licet plures iudicari debeant pro uno, tunc ponant eis[8] diem[9] a die visus sui in unum annum et unum diem apud turrim Londoniæ, quod tunc sint ibi inde[10] responsuri etcetera ut supra. Et eodem modo dicatur de viro et uxore si essoniati fuerint simul et[11] in eodem comitatu in diversis locis. Si autem in eodem comitatu et[12] eodem loco, tunc fiat breve sic: Mitte quatuor legales milites de comitatu tuo apud talem locum ad videndum utrum infirmitates[13] quibus[14] tales, talis et talis et sic deinceps, in curia nostra etcetera essoniaverunt[15] se de malo lecti versus talem de placito terræ, sint languores vel non. Et si sint languores etcetera ut[16] supra.[17] Si autem plures participes essoniati de malo lecti iacuerint in diversis comitatibus, quilibet habebit breve suum per se et vicecomiti ubi iacuerint,[18] secundum quod in uno comitatu iacuerint[19] plures vel unus. Et cum plures participes ut prædictum est habere non debeant nisi unicum languorem, cum unus vel plures simul essoniati fuerint de malo lecti, et dies datus petenti et participibus qui præsentes erunt per se vel per essoniatores, si[20] fuerint essoniati, non possunt alii participes ad diem aliquem se essoniare de malo lecti, donec constiterit utrum primo essoniatus de malo lecti languorem habuerit vel infirmitatem transeuntem, quod si esset et utrique ipsorum diversis temporibus esset languor adiudicatus et diversus annus et dies datus, sic essent ibi duo languores de uno placito, quod esse non debet. Sed cum primo essoniatus per licentiam surrexerit, vel malum transiens ei per milites adiudicatum fuerit, et de eo constiterit, statim incipiat[21] particeps[22] unus vel plures se essoniare

[3] Om., OC, MG. [4] c. nostra, V, MB. [5-7] Om., V, CM, MG. [6] Om., OB, MA, MB. [8] ei, CE; eisdem, OB, MA, MB. [8-9] pro eisdem, OC, easdem, MG. [10] Om., V, MB, MG, CM. [11] Om., OA, CE, OB, MA, MB, Y. [12] et in, LA, MC, CM. [13] infirmitas, Y, OC, MG, CM, MA, MB; infirmitases, OB. [14] qua, V, CM. [15] essoniaverint, V, OB, MA, MB, Y. [16-17] Om., OB, MA, MB. [18] iacuerit, OA, CE, MG, Y. [19] Om., OC, MG. [20] Om., OB, MA, MB. [21] incipiant, Y, OB, MB; -unt, MA. [22] participes, OA, OB, MA, MB, OC, MG, Y.

de malo lecti, dum tamen præcesserit essonium de malo veniendi, et sic etiam[23] eodem modo ut prædictum est donec omnes simul[24] vel quidam eorum vel unus tantum unicum habuerit languorem. Cum autem petens post essonium redditum et diem certum acceptum, si sit malum transiens, statim sine mora habere faciat vicecomiti breve de videndo essoniato.[25]

De officio vicecomitis cum susceperit breve.

OFFICIUM vero vicecomitis est cum breve susceperit in comitatu, statim mittere[26] quatuor legales milites[27] ad videndum essoniatum. Assumere enim debet ad hoc milites præsentes et non summonere absentes, propter verba brevis, mitte quatuor. Item non sufficit si mittat servientes. Milites f. 353b] enim esse debent propter verba brevis, mitte milites. Item non sufficit mittere tres propter verba brevis, mitte quatuor: et quia ubi[1] certus numerus adicitur, scilicet quatuor, duo vel tres non sufficiunt. Item nec[2] sufficit si duo vel tres sibi socios assumant[3] usque ad quatuor, quia videre non debent neque testificari nisi mittantur: de comitatu suo ideo dicit,[4] quia si alios mittere vellet non haberet coertionem. Item apud talem locum ideo dicitur, quia si essoniatus in loco in essonio nominato non inveniretur ita posset[5] esse in[6] defalta, vel si modo debito se non teneret in languorem. Item ad videndum utrum infirmitas etcetera. Videre enim debent corpus et diligenter inquirere de qualitate infirmitatis et circumstantiis, et secundum hoc adiudicare malum transiens vel languorem, et rationem inde reddere si fuerint requisiti,[7] et secundum hoc dare diem certum vel in curia vel apud turrim Londoniæ. Et ideo apud turrim propter locum certum, et ubi constabularius semper præsens esse debet et continuus, et qui testificari debet diem apparitionis et adventus, et hoc quia iustitiarii non semper continue per annum in banco sint[8] residentes. Et cum ita in curia et in iudicio datus sit dies partibus post annum et diem apud turrim, non sufficit si partes veniant omisso loco illo turris coram iustitiariis apud Westmonasterium si tunc ibi fuerint residentes, quia aliud est dare diem apud turrim et aliud apud Westmonasterium in banco. Et sic cum diem habuerint apud turrim, a constabulario apud turrim debent diem recipere[9] ad bancum si iustitiarii residentes fuerint in banco, vel[10] si non fuerint[11] residentes[12] tunc cum iustitiarii ibi[13] primo venerint, nisi ita sit quod tunc itinerantes fuerint in comitatu, quia tunc ibi detur

[23] Om., V, OC; et, LA, MG, CM. [24] eorum s., V; om., OC, MG, LA. [25] essoniatum, V, CM. [26] Om., OA, CE, Y, MB; debet, MA; mittere debet, OC. [27] m. assumere, MA, MB.

[1] Om., OA, CE, OB, MA, MB, MG, Y. [2] non, OC, MG, CM, MC, CE. [3] assumunt, OC, MG. [4] dicitur, V, MG. [5] possit, OA, LA. [6] Om., OB, MA, MB. [7] inquisiti, OC, MG. [8] sunt, OC, MG, CM. [9] accipere, OC, MG. [10-12] Om., OB, MA, MB. [11] Om., V, OC, MG. [13] in, OC, MG, CM.

dies, ex quo omnes loquelæ quæ in banco fuerunt[14] positæ sunt[15] et remanent sine die per publicam declamationem[16] inde factam. Si autem iustitiarii residentes fuerint in banco et similiter iustitiarii itinerantes in comitatu ubi terra sita est quæ petitur, tunc detur dies coram iustitiariis de banco, et iustitiarii[17] de banco diem præfigant[18] coram iustitiariis itinerantibus in comitatu quasi ordine observato. Et de hac materia plus[19] dicetur inferius secundum quod partes venerint apud turrim vel[20] non venerint. Item bene poterit contingere quod essoniatus apud turrim venire non possit[21] ad diem suum, quia forte languor vertitur in morbum sonticum[22], scilicet in morbum incurabilem. Quo casu cum venire non possit, mittere debet sufficientem responsalem qui in se suscipiat iudicium, et eius responsionem oportebit[23] habere ratam secundum quod inferius dicetur. Item dicere debet vicecomes militibus quod sint ad diem certum in brevi contentum coram iustitiariis apud Westmonasterium ad testificandum visum suum et quem diem ei posuerunt[24]. Si autem petens diligens fuerit in prosecutione et[25] vicecomes negligens[26] cum breve susceperit, tunc præcipiatur vicecomiti sicut[27] prius quod[28] ipse sit auditurus iudicium suum. Et sic puniatur eius negligentia. Si autem steterit per petentem et non per vicecomitem quo minus essoniatus visus fuerit, tunc in defectum[29] petentis detur licentia essoniato surgendi, si licentiam petierit et convaluerit de infirmitate, et dabitur petenti alius dies, et mandetur essoniato quod statim veniat ad curiam ut habeat eundem diem, quia cum tenens essoniatus fuerit de malo lecti postquam in curia semel comparuerit, sine visu f. 354] quatuor militum vel sine licentia impune surgere non poterit[1], secundum quod inferius dicetur. Si autem nec petens nec vicecomes[2] negligens fuerit, et milites visum non fecerint forte[3] vel cum fecerint[4] non veniunt ad testificandum, tunc ad diem datum, offerente se liti petente versus tenentem et milites, tunc attachiantur[5] secundum quod[6] nomina eorum in brevi scribuntur per tale breve, et fiat ita irrotulatio[7] si vicecomes miserit breve.

Irrotulatio si visores non venerint.

A. OBTULIT se quarto die versus B. et B. non venit nec quatuor milites. Vel sic et melius: A. obtulit se quarto die versus talem qui[8] se[9] essoniavit

[14] fuerint, OA, CE, CM, Y. [15] sint, OB, MA, MB. [16] declarationem, OB, MA, MB; denuntiationem, CM. [17] Om., MA, MB, OB (om. iust. . . . coram). [18] præsentant, OC, MG; præficant, OA. [19] plenius, V, OC. [20] et, OB, MA, MB. [21] possit, OB, MA, MB. [22] santicum, OA, CE, CM; sancticum, MC, LA. [23] oportet, V, MC. [24] posuerint, V, CM, LA, OC, MG (-rit). [25] Om., OB, MA, MB. [26] n. fuerit, V, CM. [26] ut, MC, LA. [28] et, OA, CE, MC, LA, CM. [29] defectu, V; defaltam, CM.

[1] p. sine licentia, OC, CE. [2] iustitiarius, OC, MG, CE. [3-4] Om, OB, MA, MB. [5] attachientur, V, MA; a. milites, LA, OC, CE. [6] Om., OB, OC, MG, CE. [7] in rotulo, OB, MA, MB, CM. [8-9] quis, OC, CE.

de malo lecti versus eundem A. de placito terræ, et talis non venit nec milites qui fecerunt visum de eo nec vicecomes misit breve. Et[10] ideo sicut prius præcipiatur vicecomiti et[11] vicecomes sit auditurus iudicium suum[12] etcetera. Et semper dabitur participibus[13] et[14] parti idem[15] dies. Si autem vicecomes miserit breve ad primum diem et milites non venerint et vicecomes mandaverit nomina militum, tunc fiat irrotulatio[16] sic: A. obtulit se quarto die versus B. qui se essoniavit de malo lecti versus eundem A. de placito terræ etcetera[17], et B. non venit nec milites qui fecerunt visum de eo, scilicet C., D., E., F., et vicecomes misit breve. Et ideo milites attachientur quod sint ad talem diem ad testificandum etcetera. Et idem diem datus est tali petenti et talibus participibus etcetera. Forma brevis talis est.

Breve de attachiando milites.

Rex vicecomiti salutem. Pone per vadium et salvos plegios C., D., E., F., visores infirmitatis qua B. de N. in curia nostra coram iustitiariis[18] apud Westmonasterium essoniavit se de malo lecti versus A. de N. de placito terræ in tali villa, vel[19] de placito terræ in tali villa[20] in tali[21] alio comitatu, quod sint coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad talem diem ad testificandum visum suum et quem diem ei posuerunt[22], et[23] ad ostendendum quare non fuerunt[24] coram eisdem[25] iustitiariis nostris[26] apud Westmonasterium ad talem diem sicut eis[27] præceptum fuit. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Ad quem diem poterit petens se essoniare si voluerit et participes similiter, vel comparere et habere alium diem vel per se vel per essoniatores suos. Et si vicecomes milites attachiaverit et breve miserit ad alium diem et essoniatus non venerit[28] neque milites, tunc petente vel eius essoniatore primo, secundo[29], tertio et[30] quarto die se liti[31] offerente, attachiantur milites per meliores plegios et fiat ita irrotulatio: A. obtulit se quarto die versus B. qui se essoniavit de malo lecti versus eundem A. de placito terræ etcetera ut supra. Et B. non venit nec[32] milites qui fecerunt visum de eo, scilicet C., D., E., F. Et vicecomes mandavit quod milites attachiati fuerunt, scilicet C. per tales et D. per tales et sic de aliis, unde[33] ponantur per meliores plegios quod sint ad talem

[10] Om., OC, CE. [11] quod et, OC, CE; quod, OB, MA, MB, Y. [12] Om., OC, CE, MG. [13] partibus, OC, MG, CE, MA, MB, Y. [14-15] per triduum, OC, CE. [16] in rotulo, OB, MA, MB, CM. [17] Om., MC, LA; et terræ etc., OC, CE. [18] i. nostris, MA, MG, CM. [19-20] Om., OC, CE, MC, LA. [20] villa vel, V, MA. [21] tali loco, OC, MG, CE. [22] posuerint, MSS. var. [23] Om., MA, MB, OC, CE. [24] fuerint, OC, MG, CE, MC. [25] Om., OC, CE. [26] n. eiusdem, CE, OC. [27] eidem, OC, MG, CE; ei, CM. [28] v. ad alium diem, OC, MG, CE. [29] s. vel, OB, MA, MB, Y. [30] vel, OB, MA, MB; om., OC, MG, CE; ve, Y. [31] licet, OC, CE. [32] neque, OB, MA, MB, Y. [33] iudicium, OA, OC, CE, CM, MC, MG, LA; usque, MA, om., Y.

diem. Idem dies datus est parti petenti et participibus tenentibus. Forma brevis talis est.

Aliud breve.

PONE per vadium et meliores plegios C., D., E., F., visores infirmitatis qua B. de N. in curia nostra etcetera, essoniavit se[34] de malo lecti versus A. de placito terræ in tali villa, quod sint etcetera tali die ad testificandum visum suum et quem diem ei posuerunt[35], et[36] ad ostendendum quare non fuerunt[37] coram eisdem iustitiariis etcetera ad talem diem[38] sicut attachiati fuerunt. Et summone per bonos summonitores tales primos plegios C. et[39] tales primos plegios[40] D. et sic de aliis, quod sint coram præfatis iustitiariis nostris[41] ad prædictum diem ad audiendum iudicium suum de hoc, quod præfatos C., D., E., F. coram præfatis iustitiariis f. 354b] nostris ad talem diem non habuerunt sicut eos plegiaverunt. Et habeas ibi summonitores[42], nomina secundorum plegiorum et hoc breve. Teste etcetera. Et ad quem diem si milites non venerint omnes plegii erunt in misericordia. Et præcipietur tunc vicecomiti quod habeat corpora militum ad alium diem, et quod sint ad audiendum iudicium suum de pluribus defaltis. Et si ad diem illum[43] non venerint, iterum præcipietur vicecomiti quod distringat eos per terras et catalla[44] quod sint ad alium diem. Et[45] semper idem dies dabitur parti et participibus. Et si tunc non venerint, aggravabitur districtio secundum quod inferius dicetur plenius de attachiamentis et districtionibus in personalibus[46] actionibus. Item cum omnes visum fecerint, tamen non[47] venerint[48] ad testificandum primo die nisi tantum unus, duo vel tres, quo casu aut essoniatus venit vel[49] non venit. Et si non venerit[50] petente se liti offerente fiat sic irrotulatio[51]. Quia nullus quatuor militum testificari potest vel recordum habet sine altero, quia aut omnes testificentur aut nullus. Sed quare non sufficiunt duo vel tres ad testificandum sine quatuor secundum illud evangelium, cum in ore duorum[52] vel trium testium[53] stet[54] omne verbum? Respondeo, non sufficiunt duo[55] quia ubi certus numerus adicitur a lege vel constitutione quacumque ratione, duo non sufficiunt sicut hic, et ad audiendum quem quis attornare voluerit loco suo ad lucrandum vel perdendum ubi similiter quatuor sunt necessarii, ut infra plenius dicetur. Item in testamentis

[34] Om., OB, MA, MB. [35] posuerint, OA, OB, LA, MC. [36] Om., OC, MG, CE, OB, MA. [37] fuerint, V, OB, MG; fuerit, OC, CE. [38] d. etc., OC, MG, CE. [39-40] Om., OC, CE. [40] Om., OB, MA, MB. [41] Om., OC, MG, CE, LA. [42] s. et, MSS. var. [43] Om., OB, MA, MB, Y. [44] c. etc., MC, LA. [45] Om., OC, MG, CE. [46] personalis, OC, CE. [47] Om., OB, MA, MB. [48] veniunt, OA, MC, LA, Y. [49] aut, V, OC, CE; om. vel non venit, MG. [50] venit, OB, MB; om., MA. [51] in rotulo, OB, MA, CM. [52] duum, OA, OC, CE, MC, LA. [53] testitutum, OC, CE; om., MG. [54] stat, V, MG. [55] quinto, OC, CE, MC.

illud[56] idem, ubi septem testes sunt necessarii, et alibi in multis locis. Irrotulatio: A. obtulit se quarto die versus B. qui se essoniavit etcetera ut supra. Et[57] B. non venit nec milites qui fecerunt visum de eo nisi tantum duo, scilicet C. et D. Et ideo E. et F. qui non venerunt attachientur quod sint ad talem diem etcetera ut supra[58]. Et dabitur dies parti et participibus. Et postea attachientur per meliores plegios. Et procedatur ut supra ad districtionem donec omnes venerint et testificentur simul. Et formari poterunt brevia secundum quod superius dicitur[59] per exemplum. Cum autem quatuor milites simul missi[60] fuerint ad videndum, antequam[61] viderint vel postquam viderint antequam testificentur[62], contingat[63] quod unus vel duo vel tres moriantur, quo casu oportet quod alii loco eorum substituantur, et quod tunc omnes simul videant et simul[64] testificentur per tale breve.

Si unus visorum infirmus sit vel inutilis ponatur alius loco suo.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod loco C. unius visoris[65] qui mortuus est vel infirmus vel ita debilitatus quod itinerare non potest, vel sic: quod loco C. unius visoris[66] qui mortuus est et[67] loco D. alterius visoris qui infirmus est ac debilitatus vel inutilis quod itinerare non potest, visorum infirmitatis qua[68] B. de N. in curia nostra etcetera ut supra, ponas alium vel alios milites, et illum vel illos mittas simul cum[69] E. et[70] F.[71] de N. prius missis[72] ad prædictum B. ad[73] videndum utrum infirmitas qua[74] prædictus B. in curia nostra etcetera essoniavit se[75] de malo lecti versus prædictum A. de placito terræ in N. sit languor vel non etcetera, ut supra in primo brevi originali. Item si unus vel duo secundum quod prædictum est mortui non fuerint[76] nec debilitati, sed forte ex aliqua[77] causa necessaria se transtulerint[78] extra comitatum ita quod alii pro defectu talis visum facere non possint[79] vel[80] testificari, tunc loco talium ponantur alii qui visum faciant, et tunc dicatur, quod loco C. et[81] D. f. 355] visorum infirmitatis qua etcetera[82] ponas alios[1] milites et illos mittas simul cum talibus etcetera ut supra, usque ad clausulam scilicet, vel sufficientem pro se mittat responsalem. Et tunc addatur in fine ratio quare illi prius missi videre infirmum non poterunt pro defectu C. et D.

[56] istud, LA; id., MSS. var. [57-58] Om., OC, MG, CE. [59] Om., OC, MG, CE. [60] Om., OB, MA, MB, Y. [61-62] Om., OC, MG, CE. [63] contingantur, OC, CE; contingit, MG. [64] semel, OB, MB; om., MA, CM. [65] visorum, V, CM. [66] visorum, V, CM. [67] in, V, MG; vel, OC, CE. [68] quam, MC, LA. [69] etc., OC, MG, CE. [70-71] scilicet, OC, CE; om., MG. [72] missus, OC, MG, CE. [73] ad audiendum et, OC, CE. [74] quam, MC, LA. [75] Om., OB, MA, MB. [76] fuerit, OC, CE. [77] qua, OC, CE. [78] transtulerit, MC, LA. [79] possunt, OC, CE, MA, CM. [80] nec, OC, MG, CE. [81] vel, OC, CE; om., MG. [82] etc. et, OC, MG, CE.

[1] Om., OC, MG, CE.

Et dicatur in fine brevis ita: et unde prædicti E. et F. in curia nostra coram iustitiariis nostris talibus dixerunt quod prædicti C. et D. non fuerint in partibus illis, et quod[2] pro defectu eorum non poterunt visum facere de prædicto B. Et dic[3] prædictis militibus quod sint coram præfatis iustitiariis etcetera[4], simul cum prædictis E. et F. ad prædictum terminum ad testificandum visum suum et quem diem ei posuerunt[5]. Et si forte vicecomes contra formam brevis elegerit tales qui non fuerint[6] præsentes et extra comitatum, tunc dicatur in fine: et tu ipse tunc sis ibi auditurus iudicium tuum de hoc quod prædictos C. et D. qui absentes fuerunt et extra comitatum elegisti ad videndum, desicut[7] præsentes misisse debuisti[8], et ita quod loquela illa per hoc tantam cepit dilationem. Et habeas ibi hoc breve et nomina militum quos de novo miseris. Teste etcetera. Si autem contingat quod omnes moriantur antequam viderint vel[9] cum viderint antequam testificentur, tunc de novo mittantur alii. Item si ad primum diem nec milites venerint[10] nec essoniatus nec vicecomes miserit breve, offerente se liti petente, quia nescitur quid actum sit vel[11] quia forte nihil actum est, de novo præcipiatur vicecomiti quod mittat quatuor milites, et ipse sit auditurus iudicium suum[12] quod[13] primum breve non misit etcetera. Si autem ad primum diem nec milites venerint nec vicecomes miserit breve, et essoniatus venerit primo die et petens, tunc procedat[14] inter eos loquela, nisi forte sit quod[15] petens obicere velit tenenti quod tenens sine licentia surrexerit vel[16] sine visu militum, vel si per visum militum surrexerit et petens[17] se tenuerit ad defaltam, dixerit quod alii milites viderunt eum quam[18] ad ipsum missi fuerunt[19], omnes vel quidam ex illis, vel quod surrexit[20] per visum aliorum quam[21] militum, scilicet liberorum hominum, vel per visum militum et similiter per visum liberorum hominum, qui forte in ipso visu faciendo assumpti fuerunt per imperitiam ad videndum cum[22] militibus. Ut de termino Sancti Michælis anno regis[23] Henrici nono incipiente decimo comitatu Warrewickiæ, de Rogero Levelaunce[24] petente et Ricardo de Gloucestria tenente et[25] essoniato[26], et ubi assumptus fuit serviens regis pro quarto milite. Et cum petens ita se tenuerit ad defaltam oportebit inquirere veritatem. Si autem

[2] Om., V, OB, MA, MB. [3] dicit, OA, OC, CE. [4] Om., OC, MG, CE. [5] posuerint, OC, CE, MC, LA; om., MG. [6] fuerunt, OB, MA, CM; f. ibi, OC, MG, CE. [7] C. sicut, OC, MG, CE. [8] debuistis, OC, MG, CE. [9] et, OB, MA, MB. [10] venerunt, OC, CE. [11] nihil, OC, CE. [12] Om., OC, MG, CE. [13] de hoc quod, MC, LA; quia, OC, MG, CE. [14] procedet, OA, OB, MA, MB, CM, Y. [15] Om., OB, MA, MB. [16] et, OB, MA, MB. [17] tenens, OB, MA, MB. [18] qui, OB, MA, MB. [19] fuerint, OC, CE. [20] surrexerit, MA, CM. [21] quam per, OB, MA, MB. [22] eum, OC, CE. [23] regni r., OC, CE. [24] Levalaunce, Lovelaunce, le Valance, Levante, de le Valente, MSS. var. [25-26] de essonio, OB, MA, MB.

obiecerit petens essoniato quod sine licentia surrexerit, si de hoc constiterit poterit tenens amittere per defaltam, quia post essonium de malo lecti redditum non potest essoniatus surgere sine licentia, nec[27] si licentiam petat dabitur ei nisi ex causa et infra certum tempus, et ultra tempus non nisi tantum de voluntate et consensu petentis. Causa enim esse poterit quod cum convaluerit[28] de infirmitate et nondum visus est, per fraudem et malitiam petentis forte qui supprimit breve et negligenter prosequitur[29], vel per negligentiam vicecomitis qui forte non mittit milites sicut ei præceptum est, vel pro defectu militum qui visum non faciunt, et in quibus casibus si essoniatus convaluerit de infirmitate et nondum visus fuerit, habebit licentiam surgendi in defectum prædictorum. <Et quod licentia dari debeat surgendi essoniato qui visus fuerit legitime per quatuor milites, sive languorem[30] adiudicaverint[31] sive malum transiens, donec venerint et f. 355b] languorem testificati fuerint habetis de termino Sanctæ Trinitatis anno regis[32] Henrici tertio decimo[33] comitatu Norfolciæ, de priore de Longa Villa, et de termino Paschæ circa medium rotuli, quia ibi dicitur quod si quis se essoniaverit de malo lecti et milites visum fecerint[34] de eo, sed tamen non venerint ad testificandum, nec petens sequatur versus eos, habebit essoniatus licentiam surgendi in defectu petentis, sive languor adiudicatus fuerit sive non, et[35] alibi in multis locis.> Si autem cum visus fuerit et petens[36] negligens fuerit[37] quod sequi noluerit versus milites quod sint ad testificandum sive languorem adiudicaverint sive malum transiens, cum adhuc sit loquela integra in curia, si licentiam petat surgendi propter malitiam ipsius petentis licentiam obtinebit, non obstante eo quod dicitur in ipsa petitione licentiæ quod nondum visus est, quia non multum operatur videre nisi visus sit testatus. Sed cum visus factus fuerit et testatus, sed tamen nullus dies petenti datus apud turrim, ante diem datum bene possit[38] dari licentia secundum quosdam cum petens apud turrim diem non receperit. Cum autem diem receperit, iam desinit esse loquela in curia donec alias per constabularium turris post annum et diem iterum ad curiam remittatur. Et sic obtinebit essoniatus licentiam surgendi usque ad diem datum apud turrim. Post tempus vero illud numquam licentiam obtinebit contra voluntatem ipsius petentis. Si autem ad hoc assensum præstiterit et languidus convaluerit et licentiam surgendi petierit, cum consensu petentis obtinebit[39], ita quod ad certum diem conveniant petens et tenens ut[40] suo marte[41] procedat loquela. Sed quid si

[27] ut, MG, CE. [28] valuerit, OC, CE. [29] Om., OC, MG, CE. [30-31] languor adiudicatum sit, OC, CE. [32] regni r., OC, CE. [33] quarto decimo, V, CM; nono, OA. [34] fecerunt, V, MG. [35] et sic, OC, CE. [36-37] Om., OC, MG, CE. [38] posset, MSS. var. [39] Om., OB, MA, MB. [40] in, OC, MG, CE. [41] tramite, V; statu, CM; morte, MB; loco, MA; om., MG.

ante visum factum et testatum, propter iter iustitiariorum facta fuerit publica declamatio quod omnes loquelæ quæ atterminatæ fuerint coram iustitiariis de banco et non terminatæ remaneant sine die? Cum adhuc loquela inter petentem et essoniatum integra sit in banco, bene poterit essoniatus sine licentia surgere propter talem declamationem. Si autem visus[42] factus fuerit et testatus et dies datus partibus apud turrim ulterius, non poterit essoniatus surgere nec cum licentia nec sine, quia loquela non fuit in banco die declamationis factæ.

Qualiter petenda sit licentia surgendi.

VIDENDUM erit qualiter licentia peti debeat surgendi. Et sciendum quod ad petendum licentiam surgendi debet essoniatus mittere quem voluerit, qui dicat quod talis qui se essoniavit de malo lecti convaluit de infirmitate sua et petit licentiam surgendi. Et sic irrotulabitur coram iustitiariis qui illius loquelæ habuerint[43] cognitionem: Talis qui se essoniavit de malo lecti versus talem de placito terræ in tali comitatu, mandavit per talem quod convaluit de infirmitate sua et quod nondum visus est, et petit licentiam surgendi et habet. Et dicatur nuntio quod scire faciat essoniato quod statim et[44] sine mora veniat ad curiam, et ubi[45] dicetur ei quod observet diem suum. Et ideo dicetur ei quod statim veniat, ne cum[46] petens inveniat eum vagantem ignorans sibi datam esse[47] licentiam, ipsum ceperit et in prisona detinuerit, quod si fecerit succurritur essoniato per tale breve.

Si tenens post licentiam petitam et obtentam arrestatus fuerit per adversarium, breve.

REX vicecomiti salutem. Si A.[48] fecerit te securum etcetera, summone tales[49] etcetera quod sint[50] coram iustitiariis etcetera ad talem terminum, ad respondendum tali quare contra pacem nostram ceperunt ipsum[51] et ipsum captum in prisona detinent[52], in domo eiusdem talis apud talem locum, occasione placiti quod est in curia nostra coram iustitiariis nostris etcetera inter ipsum talem petentem et eundem[53] tenentem, de tanta terra
f. 356] cum pertinentiis in tali villa, unde idem talis in eadem curia nostra etcetera essoniavit se de malo lecti versus eundem talem petentem, et unde iidem[1] iustitiarii nostri dederunt eidem licentiam surgendi per[2] defaltam[3] ipsius talis petentis, eo quod de ipso visum fieri[4] non fecit ut idem B. dicit. Et interim[5] ipsum[6] B. deliberari facias[7], nisi ex aliqua alia causa captus fuerit quare secundum legem terræ deliberari non debeat. Et

[42] Om., OC, MG, CE. [43] habent, OB, MA, MB. [44] Om., MC, LA. [45] ibi, V, CM. [46] Om., OC, CE. [47] Om., OB, MA, MB, Y. [48] Om., OB, OC, CE; talis, Y. [49] Om., OB, MA, MB; talem, Y. [50] Om., OB, MB; sit, OA, MA, Y. [51] eum, OC, MG, CE. [52] detinet, V, OB, MA; detinuerunt, MG. [53] e. talem, V, OB, MA, MB, CM.

[1] *sic*, OA, LA; idem, MSS. gen. [2-3] pro defectu, OB, MA, MB. [4] Om., OC, MG, CE. [5] iterum, OB, MB, OC, MG, CE, Y. [6] idem, OC, MG, CE. [7] facit, OC, CE; fecit, MG.

habeas ibi hoc breve. Teste etcetera. Si in curia baronis vel alterius domini in placito de recto denegetur licentia surgendi essoniato, vel petens malitiose supprimat breve ne essoniatus videatur, tunc fiat senescallo curiæ breve domini regis in hac forma.

Si in curia baronis vel alterius denegetur licentia surgendi, dominus rex licentiam dabit in defectu talium.

REX tali senescallo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quod cum B. in curia tua vel talis domini tui peteret tantum terræ versus ipsum A. per breve nostrum de recto, et idem A.[8] essoniasset se de malo lecti versus eundem B. extra feodum domini tui, ita quod tu non potuisti facere eum videri, nec idem B. sibi perquisivit ut deberet quod idem A. secundum consuetudinem regni nostri per quatuor milites videretur, immo malitiose ipsum detinuit per longum tempus inclusum,[9] et prædictus A. mitteret ad te ad prædictam curiam et peteret licentiam surgendi sibi dari et comparendi in eadem curia tua, ad respondendum eidem B. de eodem placito secundum legem terræ[10] et consuetudinem regni nostri, tu ei in eadem curia tua licentiam surgendi denegasti, et quia in denegatione illius licentiæ prædicto A. manifeste[11] iniuriatum est, ei in defectum[12] tui ipsi licentiam surgendi dedimus, ad respondendum prædicto B. de prædicta terra secundum legem et consuetudinem regni nostri. Et hoc tibi et[13] præfatæ curiæ significamus. Teste etcetera. Et per hoc videri poterit quod dominus curiæ et ballivus dare possunt licentiam surgendi essoniato, et si tales multo fortius vicecomes et[14] comitatus.[15]

Cum quatuor milites venerint ad locum ubi essoniatus iacere debet.

QUATUOR[16] milites legitime missi post multas dilationes factas, vel[17] statim infra primum diem, veniunt ad locum ubi essoniatus iacuerit vel iacere debuerit ad videndum etcetera. Et tunc aut inveniunt eum aut non inveniunt. Si autem ipsum omnino non inveniunt[18] et hoc omnes simul[19] ad diem datum testati fuerint, tunc ille qui essoniari debuit aut præsens est in curia aut non est præsens. Si autem præsens non fuerit, tunc capiatur terra in manum domini regis vel per magnum cape vel[20] per parvum[21], secundum quod essonium factum fuerit antequam tenens in curia comparuerit vel post, et secundum hoc procedatur contra ipsum ad defaltam, et secundum quod inferius plenius dicetur de defaltis. Si autem præsens fuerit et essonium omnino dedixerit, tunc refert utrum essonium factum fuerit ante apparitionem in curia vel post. Si autem ante, bene potest defendere

[8] Om., OC, MG, CE. [9] inclausum, OC, CE; intrusum, MG. [10] Om., V, LA, CM. [11] manifestum, OC, CE. [12] defectu, V; per defectum, LA. [13] Om., OC, CE. [14-15] in comitatu, OC, MG, CE. [16] cum autem q., OC, CE. [17] et, OC, MG, CE. [18] invenerint, V, OA, CM; venerint, LA; veniunt, OB. [19] Om., V, OC, MG, CE. [20-21] Om., OC, MG, CE.

imprimis summonitionem[22] et sursisam et[23] quod numquam[24] summonitus fuit. Item utrum essonium[25] tam[26] de malo veniendi quam de malo lecti, et tunc fiat ut supra dictum est de summonitionibus[27]. Si autem essonium f. 356b] factum fuerit postquam comparuerit[28] in curia et diem habuerit, diem datum non poterit dedicere contra recordum curiæ. Et unde si postea dedixerit primum essonium de malo veniendi post diem datum in curia, concedit per consequens defaltam esse factam, et sic amittet seisinam per iudicium propter defaltam: et multo fortius si dedixerit utrumque essonium tam de malo veniendi quam de malo lecti. Item veniunt milites ad videndum et inveniunt eum vagantem per curiam et per rura, et tunc ad eorum testificationem fiat ut in[29] proximo supra. Item veniunt milites ad videndum et inveniunt eum in lecto sicut decet taliter[30] essoniatum, discalciatum et sine braccis et discinctum[31], vel forte nudum quod plus est. Cum fuerit interrogatus aut confitetur se esse essoniatum aut omnino dedicit essonium. Si autem essonium dedixerit, tunc ad eorum testificationem fiat ut supra. Si autem essonium confiteatur, tunc diligenter inquirant milites de qualitate infirmitatis et de eius circumstantiis, et utrum latens et intrinseca vel in aperto[32] et extrinseca, ut inde respondere possint si forte fuerint requisiti. Et secundum quod viderint et iudicaverint dabunt ei malum transiens vel[33] languorem. Si autem adiudicaverint ei malum transiens[34], forte in præsentia petentis dabunt ei diem certum in brevi comprehensum, quod tunc veniat vel sufficientem pro se mittat responsalem. Ad quem diem si milites venerint et petens et tenens, procedat loquela debito modo. Si autem petens et tenens comparuerint, et milites tantum unus vel duo vel tres sine quarto vel forte nullus, si petens confiteatur visum[35] rite esse factum, sufficit eius testimonium. <Item si petens venerit ad communem[36] diem[37] et visores non[38], et cognoverit[39] quod essoniatus de malo lecti visus fuerit certo[40] die et quod visores dederunt[41] ei languorem et diem apud turrim Londoniæ in[42] unum annum et unum diem a die visus sui. Item dies dabitur petenti propter suam protestationem apud turrim, et si essoniatus tunc[43] non venerit, revertatur[44] ad iudicium et procedatur contra milites quod veniant ad testificandum, et si venerit[45] forte essoniatus procedatur in placito prin-

[22] summonitionibus, OC, CE. [23] Om., OB, MA, MB, OC, CE. [24] non, OC, MG, CE. [25] *sic*, OA, LA; essoniatus, V; esson., MSS. gen. [26] Om., V, OB, MA, MB. [27] summonitione, MG; esson., OC, CE. [28] comparuerint, OC, CE. [29] Om., OB, MA, MB, CM. [30] talem, MC, LA. [31] disinctum, dissininctum, disiunctim, MSS. var. [32] aperta, OC, CE; om. vel . . . extrinseca, MG. [33-34] Om., OC, MG, CE. [35] usum, OC, CE. [36-37] comitatum ad diem datum, OC, CE. [38] Om., OC, MG, CE. [39] cognoverint, OC, CE; convenerint vel cogn-. MG. [40] tertio, OC, CE. [41] dederint, OC, CE, MB, CM. [42] Om., OC, CE. [43] Om., OC, CE, OB, MA, MB. [44] tunc r., V, OB, MA, MB. [45] venerint, OC, CE; veniat, LA; ven., MC, iuraverit; MG.

cipali. Et de hac materia inveniri poterit de termino Paschæ anno regis[46] Henrici quarto[47] decimo comitatibus Notinghamiæ et Lincolniæ de Willelmo thesauro[48] Eboracensi et Willelmo de Camera et Lecia[49] uxore eius.> Et per hoc non multum operatur testificatio militum. Si autem ad diem illum venerint milites et testificati fuerint visum, et petente se liti offerente non veniat[50] tenens, expectato quarto die capiatur terra in manum domini regis per defaltam per parvum cape, quia non poterit tenens essonium dedicere contra recordum[51] militum sive in curia comparuerit[52] sive non. Si autem milites comparuerint et tenens et petens non, tunc offerente se liti tenente recedet quarto die tenens[53] quietus de brevi illo. Item si milites comparuerint prima[54] die et petens non nec[55] tenens[56], sed in crastino uterque vel tertio die uterque vel[57] quarto die uterque[58], cum pares sint partes[59] hinc inde quoad defaltam, nec sit[60] quod aliquis eorum alterius possit[61] imputare defectui, compensetur defalta cum defalta et procedat[62] loquela, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. Si autem impares sint in defaltis quod si unus comparuerit primo[63] die et alius in crastino, tertio die vel quarto, procedatur[64] ad defaltam secundum quod inferius dicetur de defaltis.

Cum milites venerint ad testificandum languorem.

ITEM milites cum visum fecerint examinata infirmitate adiudicant essoniato languorem et dabunt ei[65] diem a die visus sui in[66] unum annum et
f. 357] unum diem apud turrim Londoniæ, quod tunc sit ibi inde responsurus vel sufficientem pro se mittat responsalem. Et ad[1] diem in brevi contentum veniunt[2] coram iustitiariis et testantur quod viderunt[3] eum essoniatum tali die, et quod dederunt[4] ei[5] diem a die visus sui in[6] unum annum et unum diem apud turrim Londoniæ. Quo casu si forte milites discordes fuerint in die dato, iterum mittantur ad videndum et ad dandum certum diem, et iterum[7] ad certificandum visum. Si autem concordes fuerint in die dato, diligenter examinentur a iustitiariis utrum dies datus a militibus rationabilis sit et legitimus vel non, ut si forte annus fuerit bisextilis.[8] Et quo casu si illegitimus[9] fuerit dies, facta examinatione mittantur iterum ad languidum ut dent ei diem legitimum secundum con-

[46] regni r., OC, MG, CE. [47] tertio, OC, MG, CE. [48] thesaurario, V; thesaurar, LA; thesaur., MSS. var. [49] Alic., OC, CE; aliter, MG. [50] veniens, OB, MA, MB. [51] recordationem, OC, MG, CE. [52] comparuerit, OC, CE, CM. [53] Om., OB, MA, MB, Y. [54] primo, MA, MB, CM. [55-56] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [57-58] Om., OC, MG, CE. [59] Om., OB, MA, MB, Y. [60] si, OC, CE. [61] poterit, MC, LA. [62] procedit, OC, MG, CE; -det, CM. [63] in p., V, MC. [64] procedat, OC, MG, CE. [65] Om., OC, MG, CE. [66] Om., OC, CE.

[1] si ad, OC, CE. [2] v. milites, OC, CE. [3] viderint, OC, MG, CE, CM. [4-5] dederint eum, OC, CE. [6] Om., OC, CE. [7] Om., OC, CE. [8] bisextus, OC, CE; om., MG. [9] legitimus, OC, MG, CE.

silium iustitiariorum, et iterum veniant et testantur.[10] Et si iustitiarii[11] non examinaverint,[12] erit hoc eis imputandum si essoniatus surrexerit die non legitimo per milites sibi dato. Militibus vero non propter simplicitatem et imperitiam,[13] essoniato non quia obtemperat iudicatis. <Sed sive infirmitas languor sit sive non, quare non possunt milites capere attornatum ut per attornatum procedat[14] loquela, sicut fieri poterit si[15] post annum et diem venire non possit, potest mittere responsalem? Respondeo[16] quod non possunt quia ad hoc non sunt missi, et ideo nullam habent[17] potestatem etiam si essoniatus hoc vellet,[18] nec essoniatus ad hoc artari poterit quod faciat attornatum nisi velit.> Si autem iustitiarii cum examinaverint iterum miserint et milites non viderint, neque petens versus milites fuerit prosecutus, tunc non[19] iustitiariis imputari poterit nec essoniato sed militibus tantum et petenti. Si autem iudex examinaverit et miserit et[20] milites missi viderint[21] et diem dederint, tunc[22] si[23] essoniatus tardius venerit, <Vel si forte erraverit essoniatus in die suscipiendo quia male intellexit diem suum, hoc sibi imputare debet cum quatuor milites inde habeant recordum. Et quod recordum habeant probatur cum sint quasi iustitiarii in hoc casu, nec contra eorum assertionem admittitur aliqua testificatio in contrarium cum petens se tenuerit ad defaltam: ex responso Willelmi de Ralegha et S.[24] de Segrave facto Ricardo Duket qui expetiit[25] eorum consilium in hoc casu.> vel maturius quam deberet, hoc sibi ipsi poterit imputari cum ipse solus sit in culpa, licet aliquando actum fuerit in contrarium ubi essoniatus obtemperat iudicatis et[26] propter errorem militum in expressione diei damnum sentiat, cum non sit in culpa. Ut si in[27] die[28] dando dicant[29] essoniato: *Damus tibi diem a die isto visus tui in*[30] *unum annum et unum diem*, hoc sufficit. Si autem diem expresserint sic dicendo: *Damus tibi diem a die isto et ita quod tali die compareas apud turrim*, si diem dederint legitimum in utro casu erit eis[31] obtemperandum, scilicet quod ad diem expressum veniat apud turrim, et erit talis dies essoniato legitimus. <Sed[32] quid si[33] essoniatus obtemperaverit militibus errantibus? De gratia et consilio curiæ poterit ei subveniri.> Si autem in expressione diei erraverint milites non est necesse essoniato quod ipse[34]

[10] testentur, V, CM; -untur, MA; seisiantur, MG. [11] iustit., MSS. [12] examinaverit, OA, MA; excusaverit, OB. [13] i. suam, V, OB, MA, Y. [14] procedet, V, CM. [15] Om., OC, MG. [16] responsio, OC; respondeo, CM; ro., MSS. gen. [17] habeat, MC, LA; -eant, CM; om., OC. [18] velit, OC, MG. [19] nec, MC, LA, CM. [20] Om., OC, CE. [21] venerint, OC, MG, CE. [22] et tunc, OB, MA, MB, Y. [23] si forte, OC, MG, CE; om., OA, OB, MA, MB, Y. [24] G., V; C., OA; M., OC. [25] petiit, OC, MC; expectant, MG. [26] Om., OB, MA, MB, OC, MG, CE. [27-28] inde, OB, MA, MB. [28] Om., OC, MG, CE. [29] dicatur, OC, MG, CE. [30] Om., OC, CE. [31] ei, OB, MA, MB, CM; om., LA. [32-33] si quis OC, CE. [34] Om., OB, MA, MB.

erret, quia per hoc posset[35] esse in defalta propter errorem militum, quamvis ipse non esset in culpa. Et ideo compareat ad diem legitimum propter verba generalia per quæ datur ei dies a die visus sui in[36] unum annum et unum diem, et expressio[37] diei[38] habeatur pro[39] nulla.[40] Cum autem venerint coram iustitiariis ad testificandum languorem, oportet f. 357b] quod omnes veniant simul ut prædictum est ad testificandum, nisi ita sit quod tenens[41] præsens sit et concedat visum factum legitime et diem datum. Quo casu sufficit testificatio duorum vel trium cum testificatione ipsius petentis, et sic fiat irrotulatio: C., D., E., F., quatuor milites missi ad talem qui se essoniat de malo lecti versus talem de placito terræ, veniunt et testificantur quod viderunt eum tali die et dederunt[42] ei[43] languorem ex certa causa propter talem infirmitatem, scilicet si super hoc fuerint requisiti,[44] et etiam dederunt ei diem a tali festo in[45] unum annum et unum diem, vel a tali die ante talem festum vel post, vel tertio vel quarto die kalendas Aprilis, vel quarto kalendas vel quarto idus in unum annum sine expressione et unum diem,[46] et sufficit, vel cum expressione secundum quod supra dictum est. Et quo casu facta[47] sic[48] testificatione, dabitur idem dies petenti si præsens fuerit vel per essoniatorem suum si fuerit essoniatus. Et eodem modo participibus si præsentes fuerint. Et sic erit tota loquela in suspenso usque ad annum et diem, et sic desinet loquela esse in iudicio et in curia donec post annum et diem per constabularium a turri iterum ad curiam remittatur, nec interim[49] revocari poterit ad curiam a iustitiariis aliquo casu sine utriusque partis[50] voluntate. Si autem participes in testificatione languoris forte præsentes non extiterint, vel cum[51] essoniati fuerint forte essonia non iacuerint, quia prius se essoniaverint[52] offerente se liti petente quarto die,[53] procedatur contra eos[54] ad defaltam sicut infra de defaltis, cum sint participes et quia res petita patitur divisionem, <licet ab initio non fuerit divisa. Et idem erit si fuerit divisa inter coheredes.> Amittere enim poterunt[55] participes per defaltam sine participibus, quamvis sine participibus non teneantur respondere. Si autem vir et uxor implacitentur qui simul et in solidum tenent unicam rem, cum sint quasi unum corpus quamvis diversæ animæ et non participes, quia res inter eos non patitur divisionem, cum unus eorum essonia-

[35] possit, OA, LA, MC; possunt, OC, MG, CE. [36] Om., OC, MG, CE. [37] expresso, LA, CE; in expressione, MG; ex primo, OA. [37-38] hæc prima, Y, OB, MA, MB; prima dies, MC. [39-40] per villam, OC, MG, CE. [41] petens, V, OC, MG, CE, CM. [42] dederint, OC, CE, MB. [43] Om., OC, CE. [44] r. vel aliter scilicet a tali die usque ad certum diem post tale festum, OC, CE. [45] Om., OC, CE. [46] d. vel aliter a tali die usque ad tertium diem post tale festum, MC, LA. [47-48] sine, OC, CE; sic, MG. [49] iterum, V, OC, MG, CE, MA. [50] Om., OB, MA, MB. [51] etiam, MC, LA. [52] essoniaverit, OC, CE; -erunt, MG. [53] Om., OC, CE. [54] eum, OB, MA, MB. [55] poterit, OC, CE.

tus fuerit de malo lecti et alter defaltam fecerit, procedi poterit statim ad defaltam contra absentem, sed ad iudicium procedi non poterit ante præsentiam utriusque. Suspenditur igitur iudicium quousque essoniatus iterum in iudicio et in curia comparuerit, quia unius ipsorum defalta utrique[56] erit damnosa. Item esto quod petens præsens[57] non fuerit die[58] quo fit testificatio, neque per se neque per essoniatorem,[59] ut diem suum recipiat, nec primo die nec secundo nec tertio nec quarto nec ulterius. Sufficit tamen si[60] aliquo infra annum et diem. Sed quid si post annum et diem petat tenens iudicium de defalta petentis? Nihil capiat per defaltam facta compensatione ut prædictum est.

Qualiter essoniatus debet custodire languorem et qualiter se tenere.

Qualiter autem essoniatus custodire debeat languorem videndum. Et sciendum quod, secundum quod[61] superius[62] dictum est,[63] decinctus et sine braccis et discalciatus se tenere debet in lecto. Alicubi[64] tamen indui poterit vestimentis[65] si voluerit. Non debet exire cameram vel domum in f. 358] qua iacuerit publice nec vagare[66] per curiam suam in conspectu populi, ut vagat per rura, vel longius incedat ne a petente interceptus seisinam suam amittat per defaltam, quia si petens sic[1] eum extra curiam suam vel in curia sua forte ipsum invenerit, inicere[2] poterit in eum[3] manus, cum hac tamen discretione.

Si essoniatus inventus fuerit vagans, qualiter debeat arrestari.

Debet enim petens secum assumere si fieri possit servientem domini regis simul cum probis et legalibus hominibus vicinis et cum clamore ipsum arrestare, ita quod nullam faciat ei[4] violentiam. Et quo casu habet serviens domini regis recordum simul cum testimonio legalium et proborum hominum. Si autem tales statim secum non habuerit, veniat petens cum suis et essoniatum arrestet cum hutesio et[5] clamore, ut ad hoc conveniant probi homines vicini ut si opus fuerit, testificari possint[6] quid[7] viderunt.[8] Mittere etiam debet[9] propter coronatores et servientes domini regis ut simul cum probis hominibus testificari possint qualiter fuerit interceptus, quorum recordo stabitur donec essoniatus per manifestas probationes docuerit contrarium. Poterit enim serviens domini regis simul cum testimonio proborum hominum qualiter essoniatum et[10] in quo loco[11]

[56] uterque, OC, CE. [57] Om., OC, MG, CE. [58] Om., OB, MA, MB. [59] e. suum, OC, CE. [60] in. OC, CE. [61] Om., OC, MG, CE. [62-63] inferius d. e. scilicet, OC, CE. [64] alicuius, Y, OA, MA, MB; aliquo, OB; aliquibus, MC, MG; alicubus, LA. [65] vestimento, OB, MA, MB. [66] vagari, MG; *sic*, MSS. gen.

[1] Om., OC, CE. [2] immittere, V; mittere, OC, MG, CE, CM. [3] ipsum, MC, LA. [4] Om., OC, MG, CE. [5] Om., OC, CE. [6] possunt, OC, MG, CE, CM. [7] quod, OB, MA, MB. [8] viderint, MSS. var. [9] debent, OC, CE. [10] Om., OB, MA, MB. [11] l. scilicet, OC, CE.

arrestatum invenerit, sed[12] utrum sponte ibi venerit[13] vel contra voluntatem adductus[14] testificari non possunt. Poterit enim essoniatus docere contrarium sic, et dicere quod cum esset tali die in domo sua tali apud talem locum et in lecto suo, sicut ille cui languor fuit adiudicatus, et in pace domini regis, venit ipse talis petens et[15] nequiter et in felonia extraxit eum a domo[16] et a lecto[17] suo, et in roberia abstulit ei tantum contra pacem domini regis, et sic offert[18] etcetera. Et quo casu procedendum erit in[19] modum appelli et terminabitur negotium per duellum vel per inquisitionem. Et secundum quod iudicium fecerit pro uno vel pro alio amittet unus eorum imperpetuum, tenens quia stulte surrexit vel petens quia malitiose essoniatum extraxit. Et ea ratione qua lucrari[20] voluit[21] eadem propter malitiam amittat. Cum autem quis essoniatus ita per legem terræ arrestatus fuerit et non per malitiam, si petens se tenuerit ad defaltam et iudicium petierit de defalta, firmiter se teneat ad defaltam ne defaltæ tacite renuntiat[22] per consensum. Tacite enim renuntiare poterit ita,[23] si diem amoris[24] ceperit cum tenente, sive datus fuerit dies prece tenentis vel prece petentis vel prece utriusque. Dabitur enim dies sic: Dies datus est tali petenti et tali tenenti de placito terræ usque ad talem diem prece partium. Et ex quo petens per hoc innuit quod placitum sit inter eos, et sic videtur tacite renuntiasse defaltæ, et videtur placitum redintegratum quod fuit ex parte tenentis desertum. Eodem modo videtur tacite renuntiasse tenens defaltæ[25] si sibi perquisiverit de amovenda loquela ab uno iudicio ad aliud per pone. Continetur enim ibi, pone coram iustitiariis etcetera loquelam[26] quæ est in comitatu vel coram vobis[27] vel[28] coram talibus iustitiariis. Per hoc enim[29] quod dicit in impetratione propria *loquelam*[30] *quæ est*, videtur per hoc innuere quod loquela sit redintegrata ut prius, et[31] sic esse poterit in pluribus causis consimilibus.[32] Et si ad hoc autem agat petens quod[33] iudicium transferatur
f. 358b] de defalta ab uno iudicio ad aliud, vel hoc sit factum iustitiariorum et non petentis, vel quod dies detur de audiendo iudicio de defalta, propter difficultatem iudicii, et ita quod ibi sit factum iustitiariorum et non partis, aliud erit quia per hoc non renuntiat petens defaltæ tacite nec expresse. Cum autem sic[34] arrestatus fuerit[35] tenens essoniatus cum

[12] et, OC, CE; om., MG. [13] Om., OB, MA, MB. [14] adducti, OB, MA, MB. [15] Om., OB, MB, Y, OC, CE; (om. venit . . . regis, MA). [16] d. sua, V, MB, MG. [17] *sic*, MC, LA; loco, MSS. gen. [18] offerre (offerere), OA, OC, MG, CE, Y. [19] per, OB, MB; om., MA. [20] intrari, OC, CE; incausari, MG. [21] voluerit, MSS. var. [22] renuntiet, OB, MA, MB, CM, Y. [23] Om., OB, MA, MB. [24] a. ita. OB, MA, MB. [25] defaltam, OA, LA, OC, MG, CE. [26] loquela, OA, OC, CE. [27] te, MC, LA; nobis, MSS. var. [28] Om., OA, OB, MA. [29] Om., OB, MA, MB. [30] loquela, OB, MA, MB, OC, MG, CE. [31] om., MC, LA. [32] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [33] per, OB, MA, MB. [34] sit, (sic) tenens, OC, MG, CE. [35] Om., OC, MG, CE.

testimonio sufficienti ut prædictum est, non erit ulterius ducendus ab aliquo, nec ad comitatum nec ad castrum nec alibi: sed statim dimittendus abire libere quo voluerit, qui cum dimissus fuerit abire, ubicumque diverterit iterum ad lectum[36] vel alibi, statim ad querelam petentis summoneatur ad curiam venire ubi loquela prius fuit, ad audiendum iudicium suum[37] de defalta et quare surrexit postquam languor fuerit ei adiudicatus per tale breve. In summa[38] vero notandum quod postquam quis essoniatus fuerit de malo lecti, postquam in[39] curia[40] comparuerit quod essonium dedicere non possit, non[41] poterit[42] impune quod not sit in[43] defalta surgere[44] sine visu legitime facto, scilicet per tales qui visum facere possunt ut supra, vel sine licentia. Et generaliter licentiam habere poterit sive visus fuerit sive non et[45] sive languor ei adiudicatus fuerit sive non,[46] quousque visus legitime testatus fuerit et ita quod petens diem receperit apud turrim Londoniæ. Et extunc nulla[47] dari poterit licentia surgendi quia[48] iustitiarii iurisdictionem non habent, nec reverti poterit loquela iterum ad iudicium nisi per officium constabularii. Contingit quandoque quod ille qui a languore surrexit non est inventus in loco in quo se essoniavit nec extra ubi possit[49] arrestari,[50] quo casu[51] ad querelam petentis fiat[52] breve vicecomiti quod assumptis[53] secum quatuor militibus vel quibusdam ex[54] illis qui eum[55] viderunt, in propria persona sua accedat ad locum in quo prædictus essoniatus iacuisse debuit. Et si ipsum in languore suo invenerit, sicut fuit ei adiudicatus vel non, et secundum quod eum invenerit vel non, fiat breve vicecomiti tali forma.

Breve si essoniatus surrexerit sine licentia, quod milites mittantur ad ipsum ad videndum si ita surrexerit vel non post languorem ei adiudicatam.

Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte[56] A. quod cum B.[57] in curia nostra apud Westmonasterium vel coram iustitiariis itinerantibus vel[58] in comitatu tali essoniasset se de malo lecti versus talem de placito terræ apud talem locum[59] in comitatu tali, et ibidem languor esset adiudicatus eidem per[60] quatuor milites per præceptum nostrum ad ipsum videndum transmissos, idem B. infra languorem suum contra regni nostri consuetudinem surrexit, et[61] a domo sua in qua languidus iacuisse debuit exivit et[62] a partibus illis recessit, et se transtulit alibi vel[63] ad alium

[36] locum, MA, MB. [37] Om., OB, MA, MB. [38] Om., OB, MA, MB; quam, OC, CE. [39-40] Om., OB, MA, MB. [40] c. domini regis, OC, MG, CE. [41-42] Om., OC, CE. [43] Om., MC, LA. [44] cum surrexit, OC, CE. [45-46] Om., OC, MG, CE. [47] nulli, OC, MG, CE. [48] qui, OC, MG, CE. [49] posset, OB, MA, MB. [50] ascertari, OC, CE. [51] visu, OC, MG, CE. [52] facit, OC, CE. [53] assumpsit, OC, CE. [54] de, MC, LA. [55] ipsum, MC, LA. [56] Om., OC, CE. [57] Om., OA, MA, MB, Y. [58] Om., OB, CM, Y. [58-59] Om., MA, MB. [60] et, OB, MA, MB. [61] Om., OB, MA, MB, CM. [62] Om., OB, MA, MB, CM. [63] Om., OB, MA, MB.

comitatum. Et ideo tibi præcipimus quod statim visis litteris istis omni occasione etcetera, assumptis tecum prædictis quatuor militibus vel duobus ex illis si omnes habere non possis, in propria persona tua accedas apud talem locum et videas si idem B. ibi sit in lecto et in languore suo sicut ei fuit adiudicatus vel non. Et si ibi eum inveneris, hoc scire facias iustitiariis nostris apud Westmonasterium per litteras tuas sigillatas. Et si ibi inventus non fuerit, tunc venire facias prædictos milites qui tecum ibi interfuerunt[64] coram præfatis iustitiariis nostris tali[65] die ad certificandum[66] inde eosdem[67] iustitiarios nostros.[68] Et interim per legales et discretos homines, tam[69] ballivos tuos quam[70] alios, insidiari facias[71] eidem B. si redierit de partibus talibus vel non. Et si redierit et inventus fuerit extra talem locum ubi languor fuit ei adiudicatus, tunc facias eum arrestari ita quod habeas corpus eius coram præfatis iustitiariis nostris f. 359] ad talem terminum ad respondendum eidem quare etcetera, vel ad audiendum recordum vel iudicium suum de loquela quæ fuit coram eisdem iustitiariis nostris inter prædictos A. et B. de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa. Et unde idem talis essoniavit se de malo lecti versus prædictum talem, et ita quod languor ei fuit adiudicatus, et sine licentia surrexit a languore ut idem talis dicit. Et habeas ibi etcetera. Teste etcetera. Et ita possunt istæ ultimæ clausulæ vel adiungi brevi de inquisitione vel fieri per se.

Qualiter essoniatus venire debet apud turrim Londoniæ et quando vel mittere responsalem.

In fine anni post languorem cum essoniatus convaluerit de languore, videndum erit qualiter venire debeat apud turrim et quando, vel mittere responsalem eo forte quod languor iam versus sit in morbum sonticum[1] et incurabilem quod venire non possit per se. Item quando debeat surgere a lecto ægritudinis et qualiter, et per quas dietas venire debeat apud turrim. Et sciendum quod cum essoniatus a languore convaluerit et[2] in propria persona venire possit, primo debet computare dietas rationabiles secundum quod plene convaluerit, vel secundum quod per languorem extenuatus fuerit et debilitatus, ita quod commode venire possit.[3] Sed postquam a lecto surrexerit non moretur in domicilio suo ultra unam noctem. Et sic inde proficiscatur[4] per rationabiles dietas apud turrim, ita quod per viam nusquam[5] moram faciat ultra unam noctem, et quod sit apud turrim ultimo die anni naturalis, qui dicitur dies excrescens,

[64] interfuerint, MSS. var. [65-68] Om., MA. [66] certificandos, OB, MB. [67] Om., V, CM; præfatos, OB, MB, Y. [69] tam per, OB, MA, MB. [70] quam per, OB, MA, MB. [71] facis, OC, CE.

[1] anticum, OC, CE; sancticum, MC. [2] Om., OB, MA, MB. [3] non possis, OC, CE, V (possit). [4] proficiatur, OB, MA, MB. [5] numquam, OC, CE; nuncquam, MA.

et hora congrua placitandi. Sed videndum erit qualiter ille dies accipiendus sit tempore bisextili, propter duos dies qui sub eodem signo et eadem littera computantur, quorum unus qui dicitur dies excrescens determinat[6] et finit[7] tempus quatuor annorum præcedentium, et in eo computabilis est inter dies eiusdem temporis præteriti qui sunt mille et quadringenti et faciunt quatuor annos[8] minores, et quibus[9] additur unus dies qui colligitur[10] ex quatuor quadrantis[11] ut faciat prædictos[12] quatuor annos plenos et maiores, et[13] dicitur dies[14] excrescens et computandus erit inter tempora et dies prædictorum quatuor annorum præcedentium, et qui[15] dicitur dies legitimus comparendi[16] quolibet anno apud turrim. Et eodem modo in anno bisextili sicut in aliis tribus annis[17] præcedentibus. Est etiam[18] alius dies sub eadem littera qui caput est et principium aliorum quatuor annorum subsequentium,[19] qui si computandus esset intra[20] tempora prædictorum quatuor annorum[21] præcedentium ratione alicuius quadrantis sive[22] quartæ, sublato de medio et[23] non computato die excrescente, sic[24] esset dies comparendi[25] apud[26] turrim[27] in sexagesimo septimo die, quod esse non debet, cum ille dies[28] excrescens computabilis sit intra[29] tempora quatuor annorum præcedentium,[30] ratione illius[31] quadrantis sive quartæ, et sic in anno bisextili erit ille dies legitimus comparendi.[32] Et ita quod in anno bisextili plures dies non contineantur quam trescenti[33] et sexa-
f. 359b] ginta sex, sicut in aliis annis non bisextilibus. Et ita uterque[34] dies sub eadem littera sit comprehensus, quorum[35] unus <scilicet subductus[36] in anno bisextili sicut in anno minori terminat tempus quatuor annorum præcedentium, et principium dat tempori[37] quatuor annorum subsequentium, et ita eodem die desinit annus præcedens propter sex horas, et incipit eodem die annus sequens propter octodecim[38] horas> et[39] idem[40] principium[41] dat, et[42] computabiles sunt et non sunt computabiles diversis tamen respectibus. Ille vero dies excrescens qui non est computa-

[6-7] terminat et fuit, OB, MA, MB. [8] Om., OC, CE. [9] quilibet, OB, MB; cuilibet, MA. [10] tollitur, OB, MA, MB. [11] quadrentis, OA, LA; quadragintis, CM. [12] Om., OC, CE, MG (om. p. quatuor). [13] ut, OC, MG, CE. [14] Om., LA, MG. [15] qui dies, OB, MA, MB. [16] comparandi, OC, MG, CE, MB. [17] Om., OB, MA, MB, Y. [18] et, OB, MA, MB, CM, Y. [19-21] Om., OB, MA, MB. [20] inter, OC, MG, CE, Y, CM; infra, V. [22] vel, OB, MA, MB, Y. [23] et etiam, OC, CE. [24] sed sic, OC, MG, CE. [25] comparandi, MB. [25-28] Om., OC, MG, CE. [26-27] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [29] *sic*, Y, OA, LA; inter, MSS. gen.; infra, V. [30] præcedentia, OA, LA, OC, CE, CM; præcedente, MG. [31] alius, OC, CE. [32] comparandi, OA, CE. [33] crescenti, MSS. var.; crescentur, MG. [34] quod, MC, LA. [35] quarum, V, OC, MG, CE. [36] quolibet ductus, OA, OB, MB, Y, MA (ducens); subditus, MG. [37] tempora, OB, MB; (om. præcedentium . . . annorum, MA). [38] xxiiii, OC, CE; xv, MG; xxviii, MC. [39] terminat et, V, CM; terminatur in, OC, CE; terminatur, MG; om., Y, OA, OB, MA, MB; *sic*, MC, LA. [40] iidem, LA; idem et alius, OC, CE, MG (om. et). [41-42] dies, LA. [42] Om., OC, CE.

bilis ea ratione propter necessitatem ad vitandum illud inconveniens, ne festum[43] natalis[44] domini celebretur in æstate et nativitas Sancti Iohannis[45] in hieme, quod contingere posset[46] infra quingentos vel sexcentos annos, et etiam ita contingeret[47] intemperies hiemalis in[48] signis æstivalibus. Et ad maiorem evidentiam aliquid dicamus de anno, scilicet quis[49] sit annus et quis dicatur maior annus et minor. Et[50] ratio quare dies adiungatur anno minori. Annus est mora motus quo suum planeta pervolvat circulum. Annorum autem quidam sunt maiores quidam minores secundum brevitatem vel[51] productionem circulorum, et[52] secundum velocitatem[53] planetæ in suo circulo. Item annorum aliud solaris, alius lunaris, alius artificialis, alius naturalis, alius usualis. Naturalis est illud spatium quo suum sol pervolvat circulum. Et fit[54] ex trescentis[55] sexaginta quinque diebus et uno quadrante[56] sive quarta[57] unius diei, scilicet[58] sex horas. Hora autem fit ex quadraginta momentis, et sic fit dies ex novem centum[59] et sexaginta[60] momentis. Usualis annus qui dicitur annus minor constat ex trescentis[61] et sexaginta quinque diebus, ubi ultimus dies non est legitimus comparendi[62] secundum[63] quosdam.[64] Maior vero constat ex trescentis et sexaginta sex diebus, ita ut minutiæ[65] neglectæ per tres annos præcedentes resumantur cum minutiis quarti anni ad perficiendum[66] unum diem integrum, et iste dies sic excrescens appellatur bisextus et annus in quo contingit dicitur bisextilis, et qui quidem omni tempore legitimus est ad comparendum,[67] scilicet in sexagesimo sexto die[68] in[69] anno bisextili sicut in aliis tribus annis, sed in sexagesimo septimo[70] sicut quidam dicunt, sed non bene ut videtur. Dicitur etiam[71] bisextus[72] eo quod inscribitur[73] sexto kalendas Martii ubi duo dies computantur super unam litteram, scilicet F., quia colligitur[74] iste dies ex minutiis quatuor annorum. Et ne putet illum[75] quis incipere in uno anno et terminari in quarto anno, proponatur annus incipiens mane, ille terminabitur revoluto circulo anni in meridie, ubi incipiente secundo anno ille secundus dies terminabitur[76]

[43] Om., OB, MA, MB. [44] natale, MA; natal., MSS. var. [45] I. baptistæ, Y, CM, MB, MG. [46] possit, OC, MG, CE. [47] contigerit, OC, MG, CE. [48] et, OC, MG, CE. [49] *sic*, MC, OA, LA, Y (corr. quid); quid quis, MG; quid, MSS. gen. [50] Om., OC, CE; item, MG. [51] et, OB, MA, MB, Y. [52] Om., OB, MA, MB. [53] voluntatem, OC, CE, nobilitatem, MG. [54] sit (sic), MSS. var. [55] crescentis, MSS. gen. [56] quadrento, OC, CE; quadrantis, MG. [57] quadrata, OC, CE, MG (-to). [58] Om., OC, CE, MG. [59] Om., OC, CE, MG. [60] habet, OB, MA; novem, Y; om., MB. [61] triscentis, OC; crescentis, MSS. var. [62] comparandi, OC, CE, MC. [63-64] Om., OA, OB, MA, MB, CM, Y. [65] minutæ, Y, OC, CE, MG. [66] proficiendum, OB, MA, MB. [67] *sic*, Y, MA, MB; comparandum, MSS. gen. [68] diebus, OA, MC. [69] Om., OA, OB, Y, MA, MB; licet, OC, CE; licet in, MG; scilicet in, CM. [70] sexto die, OC, MG, CE. [71] enim, OA, OB, MA, MB, Y. [72] bisextilis, OC, MG, CE. [73] instabitur, OC, MG, CE. [74] tollitur, OB, MA, MB. [75] eum, OA, OB, MA, MB, Y. [76] terminatur, OC, MG, CE.

ad noctem eadem ratione, tertius ad mediam noctem, quartus[77] ad auroram, ita ut[78] bisextus constat[79] ex illis[80] quartis simul sumptis, et ita computatur nox sequens cum die præcedente pro uno die artificiali. Si autem fiat computatio anni lunaris recte dicendo per litteras e converso semper dies præcedit et nox subsequitur. Et ideo vice versa per talem computationem incipiat dies naturalis in aurora et terminetur vice versa ut supra. Ex præcedentibus igitur manifeste liquet[81] quod in[82] sexagesimo sexto die f. 360] debeat essoniatus comparere apud turrim et non maturius, ne sit in defalta eo quod languorem rite non observaverit. Item non tardius quam in sexagesimo sexto die secundum eosdem, ne sit in defalta eo quod diem suum sibi datum apud turrim non observaverit. Igitur secure poterit comparere sexagesimo sexto die et[1] secundum eosdem,[2] scilicet primo post annum naturalem, qui sub se continet annum minorem usualem et unum diem tam in anno bisextili quam aliis tribus annis præcedentibus, quia in hoc non differunt in aliquo. Circulus vero anni usualis sive solaris fit ad modum et[3] similitudinem colubri sine cauda, nec erit annus integer, nec capiti adiungi poterit corpus quod est annus usualis et constat ex trescentis[4] et sexaginta quinque diebus nisi adiungatur ei cauda. Cauda vero dici poterit sex horæ quæ deficiunt, ut[5] ex anno usuali qui sub se continet trescentos et sexaginta quinque dies et sex horas, scilicet quartam[6] partem[7] diei, fiat annus naturalis qui sub se continet annum usualem et unum diem ratione prædictarum sex horarum. Et sic erit circulus anni naturalis ad modum et similitudinem colubri habentis caudam in ore, sicut videri poterit per lunarem computationem litterarum et signorum quibus dies anni signantur. Videamus igitur omne tempus quatuor annorum, ut sciri possit[8] qualiter quilibet annus naturalis incipiat per se et qualiter terminetur. Incipit enim sub[9] eodem signo vel[10] sub eadem littera et[11] sub eodem signo[12] terminatur,[13] quod dici poterit in ore colubri. Ut si inceperitis computare a littera B. facta computatione trescentorum et sexaginta quinque dierum, et[14] adiuncta una quarta, quia[15] sumi debet de die contento[16] sub signo B., efficientur annus et dies quæ dicuntur annus naturalis. Item facta computatione anni secundi propter tres quartas quæ adhuc remanent de tempore futuro, iterum assumatur

[77] et q., MC, LA. [78] quod, V, OB, MA, MB. [79] constet, MC, LA; consistit, OA, OB, MA, MB; constitit, Y. [80] quatuor, LA, OC, MG, CE, CM. [81] sequetur, OC, CE. [82] si in, OB, MA, MB.

[1-2] Om., V, CM. [3] Om., OC, MG, CE. [4] crescentis, MSS. var. [5] et, OC, MG, CE. [6-7] quarte parte, OA, OC, CE, CM, MC, LA; (om., trescentos . . . continet, MG). [8] poterit, MC, LA. [9] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [10] et, Y, OB, MB; om., MA. [11-12] Om., OC, CE. [13] terminetur, OB, MB; om., MA. [14] Om., OB, MA, MB. [15] quæ, OB, MA, MB, Y. [16] contempto, OC, CE.

quædam quarta sub signo B. et erit secundus annus naturalis. Item cum adhuc remaneant duæ quartæ, incipiat annus tertius sub eodem signo B., et fiat computatio ut supra ad hoc quod fiat annus naturalis. Item cum adhuc remaneat una quarta, incipiat annus naturalis sub eodem signo, et facta computatione terminetur in eodem ratione eiusdem quartæ. Et sic erunt eodem quarto anno bis sex horæ et exinde duo dies quales[17] sub eodem signo B., unus scilicet incipiens et alius annum terminans, et propter illas bis sex horas dici posset annus bisextilis. Et sic totum tempus quatuor annorum per[18] numerum dies[19] continet sub se mille et quadringentos[20] et unum diem, qui colligitur[21] ex quatuor quartis quatuor annorum præcedentium et terminat totum tempus quatuor annorum, et[22] dicitur excrescens et nihil sibi vindicat ex tempore quatuor annorum usualium[23] subsequentium. Ne igitur subsequatur inconveniens de quo supra dictum est, remanente die excrescente de tempore præterito sub eadem littera B. sive F., de necessitate retrotrahitur primus dies quatuor annorum subsequentium, ut[24] exinde fiat computatio totius temporis quatuor annorum subsequentium in forma supra dicta, et sic de tempore in tempus in infinitum.

De apparitione essoniati.

Observare igitur debet essoniatus diligenter annum et diem, ne maturius vel tardius compareat quam deberet. Si autem die non legitimo comparuerit et petens eodem die, tenens erit in defalta facta protestatione[25] et recordo constabularii. Si autem petens die legitimo comparuerit et tenens maturius ut prædictum est, idem erit ut supra. Quia licet tenens defaltam f. 360b] fecerit, petens tamen diem suum observabit.[26] Si autem petens die legitimo comparuerit et tenens in crastino, tenens erit in defalta quia diem suum non observavit. Si autem die legitimo nec petens nec tenens comparuerit,[27] tunc uterque facit defaltam quia diem[28] legitimum non observaverunt. Et unde si ambo in crastino comparuerint fiat hinc inde compensatio defaltarum, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur.[29] Si autem unus in crastino et alius tertio[30] die vel quarto, licet ex toto non sint pares in delicto, tamen hinc inde erit[31] defalta et fiat compensatio ut supra. Item si unus illorum[32] die legitimo[33] comparuerit apud turrim et aliud coram iustitiariis in curia, ille qui in curia comparet

[17] quasi, OB, MA, MB, Y. [18-19] Om., V, CM. [19] *sic*, OB, MA, MB, Y, MC; diem, OA, LA; dierum, OC, MG, CE. [20] quadragintos, OC, CE; quadraginta, MG, [21] tollitur, OB, MA, MB. [22] ut, OC, CE; om., MG. [23] usualem, OC, MG, CE. [24] et, OC, CE. [25] protestatio, OC, CE. [26] observavit, OC, MG, CE, CM, LA. [27] comparuerint, OB, MA, MB, Y. [28] d. suum, OC, MG, CE. [29] tollantur, OC, MG, CE. [30] in tertio, OB, MA, MB, CM, Y. [31] erit in, V, MG, CM. [32] eorum, OC, MG, CE. [33] non l., OB, MA, MB.

defaltam facit, quia nullum diem habuit in curia sed apud turrim. Et ideo licet magis sit apparere in curia quam apud turrim non defenditur, cum[34] oporteat eum reverti ad iudicium per eandem viam per quam divertit a iudicio. Item esto quod ambo compareant in curia die legitimo quo apud turrim comparuisse deberent, fiat hinc inde compensatio defaltarum secundum quod supra paulo ante dictum est. Cum autem ambo die legitimo apud turrim comparuerint, aut comparet petens per se ipsum vel per attornatum vel per essoniatorem,[35] et tenens aut comparet per se ipsum vel per[36] responsalem cum per se ipsum venire non possit.

De officio constabularii.

QUALITER vero[37] venerint vel quo die, officium constabularii est omnia per ordinem irrotulare. Recordum enim habet de iis quæ viderit, iudicare tamen non poterit, quia apud turrim non est[38] iudicium cum ibi deficiat tertia pars iudicii, scilicet iudex et iurisdictio. Habet[39] enim[40] constabularius recordum in iis quæ sunt facti et non quæ sunt iudicii sive iuris. Irrotulari enim debet sic, quod talis qui se essoniavit de malo lecti versus talem in tali comitatu de placito terræ, venit tali die apud turrim Londoniæ et obtulit se versus talem petentem, et petens non venit sed in crastino, et dixit quod ad legitimum diem venit et tenens non, et petiit[41] iudicium de defalta. Et e converso si tenens dicat quod ad legitimum diem venit et petens non, et tenens[42] petit iudicium de defalta, mittantur partes ad iudicium in banco ut ibi iudicetur defalta.[43] Eodem modo si petens se essoniaverit apud turrim vel attornatus suus, mittantur tenens et essoniator coram iustitiariis ut ibi iudicetur essonium. Sed videamus cui competat essonium apud turrim. Et sciendum[44] quod nullum competit essonium tenenti qui se essoniavit de malo lecti, quia ex quo in iudicio habuit omnia essonia sua[45] tam de malo veniendi quam de malo lecti, nullum habebit essonium antequam iterum comparuerit in iudicio. Iudicium vero est coram iustitiariis in banco et non apud turrim. Et[46] ideo ex apparitione apud turrim[47] nullum sequitur essonium. Item videndum an petenti competat essonium vel eius attornato apud turrim vel ad[48] bancum. Quo casu videndum erit cum visus testatus fuerit coram iustitiariis de[49] banco, utrum diem habuerit per se vel per essoniatorem suum, quia sæpius se essoniare poterit coram iustitiariis[50] in[51] banco si sæpius comparuerit post quamlibet apparitionem, si forte milites visores plures fecerint defaltas antequam comparuerint[52] ad testificandum. Et unde si

[34] causa, OC, CE. [35-36] Om., OB, MA, MB. [37] MC, LA; autem, CM; om., MG. [38] Om., OB, MA, MB. [38-40] hæc enim habet, OC, CE, MG (hiis e. h.). [41] petit, OC, CE; petitum, MG. [42] t. venit et, OC, CE. [43] de d., V, MG; d. et, OC, CE, MG. [44] Om., OB, MA, MB. [45] Om., OC, MG, CE. [46-47] Om., V, CM. [48] Om., OC, CE, MG (banco). [49-50] Om., MC, LA. [51] de, OB, MA, MB, Y. [52] comparuerunt, OC, CE; venerint, MG.

per essoniatorem diem receperit in banco, nullum habebit essonium f. 361] apud turrim non magis quam tenens antequam comparuerit iterum in curia, quia omnia essonia sua in iudicio habuit coram iustitiariis sicut ipse tenens. Item nec essonium habebit iterum coram iustitiariis in iudicio quia apparitionem apud turrim nullum sequitur essonium, nec magis datur ei essonium quam tenenti, quia si ei daretur eadem ratione dari[1] posset tenenti, quod esse non debet. Si autem per se ipsum vel per[2] attornatum diem receperit in banco apud turrim, unicum habebit essonium si voluerit antequam in iudicio coram iustitiariis comparuerit. Et sine essonio bene potest comparere apud turrim et in iudicio si voluerit. Si autem apud turrim se essoniaverit, ibi non iudicabitur essonium sed mittetur ad iudicium[3] coram iustitiariis iudicandum. Et nihilominus si voluerit non obstante essonio comparere poterit impune coram iustitiariis in iudicio, et per essonium[4] factum apud turrim salvabitur tempus medium quousque in iudicio comparuerit. Si[5] autem apud turrim comparuerit[6] et diem receperit[7] in banco per constabularium, bene se poterit essoniare coram iustitiariis in iudicio. Non tamen ex die sibi dato apud turrim, sed ex die prius recepto coram iustitiariis in banco. Cum[8] autem uterque tam petens quam tenens comparuerint personaliter apud turrim die legitimo, dabitur utrique parti dies coram iustitiariis in banco si tunc fuerint ibi residentes, vel si non, tunc cum redierint, si in brevi reversuri fuerint vel post tempus. Non autem dabitur dies coram iustitiariis itinerantibus, sive itinerantes sint[9] in eodem comitatu ubi terra fuerit quæ petitur sive in alio, sed primo coram iustitiariis de banco, si qui tunc fuerint residentes in banco et alii itinerantes in comitatu ubi terra fuerit quæ petitur. Et iustitiarii de banco exinde diem dabunt coram iustitiariis itinerantibus, ut sic per ordinem procedat iudicium. Et ideo a turri remittuntur partes ad bancum, ut loquela in eodem iudicio finem accipiat in quo sumpsit initium.

Si autem cum visus fieri debeat vel factus fuerit visores non sint legitimi, quid facere debeat essoniatus.

Redeamus iterum ad visum quatuor visorum et videamus quid sequatur[10] si visores legitimi non sint ad videndum, et per hoc visus illegitimus, de quibus supra dictum est. Quo casu si essoniatus per visum talium visorum surrexerit ut[11] si ei surrectionem dederint, erit in defalta secundum quod superius dictum est. Melius est igitur quod se teneat in lecto vel quod licentiam petat surgendi, antequam visus testatus fuerit per tales, quam[12]

[1] Om., OC, MG, CE. [2] Om., V, CM. [3] curiam, V, MG. [4] e. suum, OC, MG, CE. [5-6] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [7] ceperit, OC, CE. [8] si, OC, CE. [9] fuerint, MC, LA. [10] sequitur, OC, MG, CE. [11] et, LA, MG. [12] Om., OC, MG, CE.

si obtinuerit et sic[13] comparuerit excusabitur a defalta, non propter visum cum sit illegitimus sed propter licentiam, si forte petens visum calumniaverit et visores. Si autem non, tunc procedat loquela in utroque casu ac si visus legitime factus esset. Si autem essoniatus licentiam surgendi forte petere noluerit,[14] tunc ad diem sibi datum per visores tales tutius erit quod mittat pro se responsalem. Et[15] quo casu si petens velit visum calumniare, f. 361b] iterum fiat visus legitime si primus sufficiens non fuerit. Si autem non, tunc procedat loquela inter petentem et responsalem.[16] Si vero prædicti tales qui[17] ad visum faciendum sunt inutiles languorem adiudicaverint essoniato, cum visum testificati fuerint in præsentia petentis et petens contra visores nihil exceperit, sed diem receperit apud turrim sine calumnia licet visus ab initio fuerit illegitimus, efficietur[18] legitimus per consensum petentis, et ita quod ulterius nihil obicere poterit contra visores nec contra visum. Et idem erit[19] si absens fuerit in testificatione visus cum præsens esse deberet, et hoc suæ imputare debet negligentiæ. Et in quibus casibus necesse erit quod tenens essoniatus se teneat ad languorem, et ulterius licentiam surgendi non habebit. Si autem visus quamvis illegitimus[20] nondum testatus fuerit forte infra annum et diem licet languor adiudicatus, semper infra annum et post annum quandoque poterit tenens habere licentiam surgendi donec visus testatus fuerit. Et quamvis petens post annum et diem apud turrim se obtulerit contra tenentem essoniatum, hoc tenenti non nocebit quia nullus dies datus est ei in iudicio apud turrim. Et si forte constabularius mandaverit quod petens certo die venerit et tenens essoniatus non, si ad querelam petentis summoneatur tenens quod sit coram iustitiariis ad respondendum quare diem sibi datum apud turrim non observavit,[21] si petens se tenuerit ad defaltam, respondere poterit tenens quod visus non fuit legitime[22] et perinde non visus, et sic quod nec potuit nec debuit ibi comparere, et sic oportebit quod hoc per visores cum comparuerint terminetur. Item dicere poterit[23] quod necesse non habuit ibi comparere, quia tenens diem apud turrim non habuit[24] cui deberet vel posset respondere, et sic[25] videtur se[26] defendere poterit a defalta.

Si autem languor vertatur in morbum incurabilem quod essoniatus venire non possit, tunc mittat responsalem.

Cum autem per tales ut prædictum est fuerit languor adiudicatus, et visus testatus sine calumnia et dies datus petenti apud turrim, tunc necesse erit

[13] si, OC, CE; om., OB, MA, MB, MG. [14] voluerit, V, MSS. var. [15-16] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [17] Om., OB, MA, MB. [18] efficitur, OA, MC, LA, Y. [19] Om., OC, MG, CE. [20] legitimus, V, OC, MG, CE. [21] observaverit, OC, CE; servavit, V, OA, MC, LA, Y; servaverit, MG. [22] l. factus, V, MG; liberime, OC, CE. [23] potuit, OC, MG, CE. [24] habuerit, MC, LA. [25] sicut, V, OA, OB, MA, LA, Y. [26] quod, OC, MG, CE.

essoniato quod se teneat ad languorem et observet annum et diem apud turrim Londoniæ, et quod in propria persona veniat si possit[27] modo quo prædictum est, vel quod pro[28] se sufficientem mittat responsalem qui pro eo litem suscipiat et defendat. Et tunc aut mittit responsalem aut non mittit. Si autem nec venerit nec responsalem miserit erit in defalta. Si autem miserit responsalem apud turrim qui sit ibi diem recepturus et in iudicio cum comparuerit coram iustitiariis responsurus, audietur eius responsio quicumque sit ille, dum tamen[29] maior. Et si forte nullum miserit, dum tamen sit aliquis apud turrim qui dicat se esse missum et diem recipiat, si in iudicio ut responsalis respondeat, si de eius responsione iudicium faciendum sit sicut de duello vadiando[30] et de magna assisa summonenda, vel de aliquo quod sit de substantia negotii et per quod loquela debeat terminari, iudicium illud poni debet in respectum[31] quousque per quatuor milites missos ad languidum sciatur si miserit talem pro se responsalem, et si ratam habuerit responsionem quam idem talis pro eo fecerit. Et quod ita fieri[32] debeat[33] probatur in rotulo de termino Sancti Michaelis anno regis[34] Henrici quinto[35] decimo incipiente sexto[36] decimo comitatu Salopiæ. Breve vero de mittendo quatuor milites ad languidum ad audiendum[37] etcetera tale erit.

Breve de mittendo ad languidum ut sciatur si ratam habuerit responsionem quam responsalis pro eo fecit.

REX vicecomiti salutem. Mitte quatuor milites de comitatu tuo apud talem f. 362] locum ad A. qui se in curia nostra coram iustitiariis vel coram nobis essoniavit de malo lecti versus B. de placito terræ ad audiendum si idem A. pro se misit C. coram præfatis iustitiariis vel[1] coram nobis etcetera ut responsalem suum ad respondendum eidem B. de eadem terra. Et si ratam habeat[2] responsionem quam idem C. pro eo fecit in eodem placito. Et similiter ad audiendum si velit eundem C. in prædicto placito attornare in[3] prædicto[4] loco suo ad lucrandum vel perdendum, et venire facias[5] coram præfatis iustitiariis nostris vel coram nobis etcetera ad talem terminum præfatos quatuor milites ad testificandum ea quæ a præfato A. super præmissis audierint. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste etcetera. Qui[6] si ad diem venerint audiatur eorum testificatio. Si autem non venerint, procedatur contra eos ad defaltam quousque comparuerint, sicut processum est supra contra quatuor milites missos ad languidum. Ille vero

[27] posset, OC, MG, CE. [28] per, CE, CM, MC. [29] tamen sit, V, CM. [30] vadiato, OB, MA, MB. [31] respectu, V, OB, OC, CE. [32-33] sit, OB, MA, MB. [34] regni r., MC, LA, OC, MG, CE. [35] duo, OC, MG, CE. [36] tertio, OC, CE; (om. inc. s. decimo, MG). [37] videndum, OB, MB; om., MA.

[1] nostris, V; nostris vel, CM; et, OC, CE. [2] habuerit, V, MB. [3-4] Om., LA, OC, MG, CE, CM. [5] facit, OC, MG, CE. [6] quia, OC, CE; et, MG; quod, CM.

qui sic essoniatus est ratam habeat responsionem si voluerit et[7] concedat quod talem miserit responsalem, et ita sub nomine ipsius[8] responsalis procedere poterit et terminari loquela. Si autem ratam non habuerit responsionem adiudicabitur in defalta. Necesse est igitur ei[9] quod ratam habeat responsionem responsalis et concedat quod talem miserit[10] responsalem.[11] Et sic poterit sub[12] nomine ipsius responsalis tota procedere loquela et terminari, et post quamlibet apparitionem cum dominus litis ratam habuerit[13] responsionem suam, poterit se essoniare nomine proprio de malo veniendi sicut ac si esset in curia attornatus. Si autem ratam non habuerit responsionem adiudicabitur in defalta. Oportet igitur de necessitate quod illam ratam habeat, nihilominus tamen si in propria persona venire voluerit et[14] respondere, bene poterit si[15] voluerit, et tempus medium et apparitio apud turrim salvabitur per præsentiam responsalis. Si autem forte milites non venerint ad diem summonitionis nec essoniatus, responsalis semper sequatur versus milites, et irrotuletur sic defalta militum: Talis qui se facit responsalem talis obtulit se quarto die versus A.,B.,C.,D. milites missos etcetera. Et sic poterit terminari negotium. Et notandum in fine quod si[16] responsalis apud turrim comparuerit maturius quam deberet non nocebit languido, dum tamen responsalis comparuerit die legitimo. Si autem tardius, hoc nocebit essoniato. Si autem responsalis maturius se obtulerit quam deberet et essoniatus die legitimo,[17] sive responsalis venerit die legitimo sive non, tenens salvabitur a defalta sive responsalem advocaverit sive non. Si autem responsalis venerit die legitimo et essoniatus in crastino vel tertio die vel quarto, per responsalem salvabitur tenens a defalta ut paulo ante dictum est. Et circa responsalem multa sunt dicenda, sed ista ad præsens dicta sufficiant.

Si plures sint participes tenentes unicum ius habentes qualiter procedendum sit in essonio de malo lecti.

DICTUM est supra si unus tenens per se essoniaverit de malo lecti qualiter procedendum sit[18] in essonio, et[19] quod si pluries[20] se essoniaverit[21] de malo lecti et semel languorem habuerit, cessabit essonium de malo lecti, et quod in toto placito non habebit nisi unicum[22] languorem. Nunc autem videndum si plures sint participes tenentes unicum ius habentes qualiter pro-
f. 362b] cedendum sit in essonio de malo lecti post essonium de malo

[7] Om., OC, MG, CE. [8] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [9] Om., OC, MG, CE. [10] miserat, OB, MA, MB; misit, MC; mittat, MG. [11] responsionem, OC, CE. [12] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [13] habuit, MC, LA, CM; om., MG. [14] Om., OC, MG, CE. [15] cum, MC, LA, OC, MG, CE, CM. [16] Om., OC, CE. [17] liberimo, OC, CE. [18] est, MA, MC, LA. [19] vel, V, OB, MA, MB. [20] *sic*, OA, LA; plures, MSS. gen. [21] essoniaverint, MSS. var. [22] u. essonium nec habebit nisi unicum, V.

veniendi, et quotiens se essoniare possint,[23] et quando cessabit essonium de malo lecti. Quotiens? Et sciendum quod sæpius post quamlibet apparitionem et diem legitime in curia datum, simul si voluerint[24] vel[25] vicissim post unicam apparitionem donec omnes habuerint sua essonia, scilicet quilibet unicum de malo veniendi et aliud de malo lecti, et tunc simul compareant[26] ad respondendum. Cum autem alium diem receperint post diem datum de consensu partium vel post visum petitum vel warantum[27] vocatum,[28] habere poterunt[29] eadem essonia et eodem modo. Et sic ad quamlibet apparitionem donec loquela terminetur et ita quod nullus languor interveniat. Item cum sic se essoniaverint de malo lecti omnes simul, omnibus poterit adiudicari languor vel omnibus surrectio,[30] vel quibusdam surrectio et[31] quibusdam languor. Si omnibus surrectio, tunc veniant omnes simul et respondeant. Si autem non venerint omnes vel quidam, tunc fiat[32] de omnibus sicut supra dictum est de uno secundum quod comparuerint[33] vel non. Si autem omnibus simul adiudicatus fuerit languor, fiat de omnibus secundum quod supra dictum est de uno, secundum quod omnes vel quidam languorem et diem suum servaverint vel[34] non servaverint.[35] Si autem post unam apparitionem et diem datum vicissim comparuerint omnes et vicissim se essoniaverint de malo lecti et vicissim per eosdem vel diversos milites fuerit eis languor adiudicatus, si plures ibi videantur esse languores tam in primo casu quam in secundo, cum omnes tenentes sint[36] quasi unicum ius habentes, erunt omnes languores accipiendi[37] pro uno languore propter iuris unitatem. Et cum sic omnes languorem[38] habuerint simul vel[39] vicissim ut prædictum est vel saltem unus ex pluribus, extunc in antea[40] cessabit essonium de malo lecti in personis omnium usque ad finem litis, sicut supra dictum est de uno tenente. Si autem quidam ex pluribus vel[41] unus se primo essoniaverit de malo veniendi, et[42] quidam præsentes sint et quidam fecerint defaltam, essoniati diem habebunt per essoniatorem suum. Illis[43] autem qui præsentes fuerint dabitur idem dies. Contra absentes vero procedendum erit ad defaltam secundum quod inferius dicetur de defaltis. Illi vero qui essoniati fuerint ad alium diem si voluerint se essoniare, poterunt de malo lecti. Et illi qui primo die diem ceperunt[44] in iudicio, ad diem suum se essoniare poterunt

[23] possent, V, OB, MA, MB; possit, CM. [24] voluerit, OB, MA, MB, MG. [25] vel si, OC, CE. [26] appareant, MC, LA. [27-28] warantus vocatus, OC, MG, CE. [28] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [29] poterit, OB, MA, MB, CM, Y. [30] (et alibi) surrexio, MSS. var. [31] vel, OA, LA, OC, CE. [32] Om., OC, MG, CE. [33] comparuerit, OB, MB, CM; om., MA. [34-35] Om., OB, MA, MB, CM, MG. [36] sunt, V, MA. [37] accipienti, OC, CE. [38] languores, OC, MG, CE. [39] et, OB, MA, MB. [40] ante, V, MSS. var. [41] et, OB, MA, MB. [42] vel, OC, MG, CM. [43] illi, OC, MG, CE. [44] ceperint, MSS. var.; receperint, CM; receperunt, OC, MG, CE.

si voluerint vel comparere. Si autem compareant, bene possunt alium diem recipere, et sic de die in diem donec eis constiterit de surrectione essoniatorum[45] vel de[46] languore, ut si languor adiudicatus fuerit et testatus, quod tunc eundem diem recipiant cum petente, et apud turrim ut videtur, ne si ad bancum et in iudicio diem reciperent[47] per hoc divideretur[48] causæ continentia. Et cum[49] sic diem receperint coram iustitiariis in banco apud turrim cum essoniato, competit eis unicum essonium de malo veniendi apud turrim vel coram iustitiariis in iudicio, quod si ibi non venerint nec se essoniaverint poterunt esse in defalta sicut ipse petens. Si autem adiudicetur quod infirmitas sit malum transiens et quod certus dies detur essoniato quod compareat in iudicio ad diem illum, possunt alii qui prius essoniati non fuerint[50] incipere tunc primo[51] essonia sua unus vel omnes simul vel vicissim, ut supra dictum est in principio. Et poterit unus vel
f. 363] quidam amittere essonium suum[52] per tacitam renuntiationem. Esto quod A. comparuerit et B. se essoniaverit de malo veniendi et ad alium diem comparuerit et A. se essoniaverit, cum B. ab initio electionem haberet veniendi vel essoniandi se de malo lecti, eligendo[1] viam veniendi tacite renuntiavit essonio de malo lecti. Et unde cum ita comparuerit et diem receperit, ad alium diem non habebit essonium de malo lecti ratione essonii præcedentis de malo veniendi propter interruptionem eo quod comparuit,[2] et propter tacitam renuntiationem, et quia essonium de malo lecti immediate non sequitur essonium de malo veniendi. Et de essonio de servitio domini regis interposito possit[3] disputari. Item nec essonium habebit ille sic comparens de malo veniendi antequam omnes in iudicio comparuerint, quia habet omnia essonia sua vel quod tantundem[4] valet ratione prædicta. Defaltam autem possunt facere omnes vel quidam illorum secundum quod de uno supra dictum est. Et poterit unus partem suam amittere per defaltam propter suam negligentiam, et alius salvare se a defalta per suam diligentiam, quia res quæ petitur licet communis sit patitur sectionem et divisionem. De viro autem et uxore implacitatis non est ita, quia res uxoria divisionem non patitur inter virum et uxorem. Tota est enim utriusque in solidum et non in communi, cum[5] sint[6] una caro vir et uxor quamvis animæ diversæ. Et ideo si unus eorum[7] defaltam fecerit utrique[8] erit damnosa. Et cum defalta facta fuerit, capiatur terra in ma-

[45] essoniati, MC, CM; essoniat., LA. [46] Om., OB, MA, MB, Y. [47] receperint, V, MB, MC, CM, OC, CE; om., MG. [48] dividentur, V, MB, LA, OC, CE; om., MG. [49] tunc, OC, CE; om., MG. [50] fuerunt, OB, MA, MB, CM. [51] post, OC, CE, CM, MA; prima, OB; om., MG. [52] Om., OC, CE, MG.

[1] *sic*, OA, OB, Y, MG; eligendi, MB, MC, LA, OC, CE; om., MA, CM. [2] comparuerit, OB, MA, MB, MG, LA. [3] posset, OB, MA, MB. [4] tandem, OA, LA, OB, MB, MC; tantum, MA. [5] quia, OC, CE. [6] sit, V; sunt, OC, CE. [7] illorum, MC, LA, OC, CE; ipsorum, V. [8] uterque, OC, MG, CE.

num domini regis per parvum cape. Et ille qui defaltam fecerit summoneatur quod sit ad alium diem auditurus inde iudicium suum, nulla facta mentione de eo sive sit vir sive uxor qui defaltam non[9] fecit. Si autem unus ex pluribus moriatur antequam omnes comparuerint, cadit tota loquela. Si autem unus infra ætatem, sic remanebit loquela in suspenso usque ad ætatam. Si autem furiosus et[10] dilucidis non gaudeat intervallis, sic remanebit loquela usque ad mortem, quia ex quo semel animo et corpore incepit possidere, superveniente furore numquam poterit desinere animo possidere. Si autem dilucidis gaudeat intervallis, expectabitur tempus quo se melius habuerit. De fatuo[11] et[12] stulto[13] aliud erit secundum quod inferius plenius dicetur in tractatu de exceptionibus.

Si quis essoniatus fuerit in comitatu de malo lecti, qualiter debeat essoniatus apparere et quando.

Si quis vero in comitatu essoniatus fuerit de malo lecti, illud idem observari debet ut videtur in comitatu quod in curia domini regis. Et cum ei languor fuerit adiudicatus, infra annum et diem venire debet[14] ad aliquem certum locum ad hoc deputatum per comitatum, scilicet castrum aliquod, et ibi ostendere castellano quo die venerit sicut constabulario turris ostenderet si placitum esset apud Westmonasterium in curia domini regis. Sed petens ut videtur non habet necesse aliquem diem observare in comitatu cum languor fuerit adiudicatus et testatus, sed observet diem suum apud castrum sicut faceret apud turrim si placitum esset in curia domini regis. Et videndum est inter[15] cetera[16] utrum essoniaret se de malo lecti in f. 363b] eodem comitatu ubi terra est quæ petitur vel in alio. Si autem in eodem comitatu, tunc habet vicecomes potestatem mittendi quatuor milites ad videndum[17] etiam sine brevi qui videant et testificentur, et ita procedant in omnibus secundum[18] quod[19] superius dictum est de curia domini regis de defaltis et[20] licentia surgendi et omnibus aliis. Si autem extra comitatum fuerit essoniatus, tunc non habet vicecomes potestatem mittendi milites de comitatu suo in alium comitatum, nec multo fortius milites de alio comitatu ad videndum quia ad hoc non extenditur sua iurisdictio. Habet igitur petens necesse quod sibi perquirat per breve quod essoniatus videatur per tale breve vicecomiti directum ubi essoniatus iacuerit.

Breve de videndo eum qui essoniatus est in comitatu de malo lecti.

Rex vicecomiti salutem. Mitte quatuor legales milites apud talem locum ad videndum utrum infirmitas qua[21] A. essoniavit se de malo lecti versus

[9] Om., OB, MA, MB, CM. [10] vel, OB, MA, MB. [11] statu, OC, MG, CE. [12] Om., OC, CE. [13] stultis, OC, MG, CE. [14] Om., OB, MA, MB. [15-16] Om., OC, MG, CE. [17] audiendum, OA, OB, MA, MB, Y. [18-19] sicut, MA, OC, CE. [20] et de, MC, LA. [21] de qua, OC, CE.

B. de placito terræ in comitatu tuo vel in alio tali comitatu sit languor vel non. Et si sit languor, tunc ponant ei diem a die visus sui in unum annum et unum diem quod tunc sit ad proximum comitatum. Et si convaluerit antequam visus testatus fuerit, bene poterit comitatus dare licentiam surgendi essoniato, secundum quod in curia domini regis observatur. Quam quidem si comitatus essoniato denegaverit, ad querelam ipsius poterit dominus rex in defectum[22] comitatus licentiam dare surgendi.[23] Et eodem modo si loquela fuerit in curia baronis vel alterius qui curiam habet, poterit dominus rex licentiam dare surgendi in defectum curiæ per tale breve. Forma brevis supra ubi petitur licentia surgendi et sic incipit: Ostensum est nobis. In fine notandum quod si essoniatus ad diem sibi datum per visores non venerit, excusari poterit a defalta propter casus fortuitos et legitima impedimenta intervenientia si[24] probentur,[25] secundum quod supra tactum est in parte et inferius dicetur plenius[26] de defaltis.

De essonio de malo villæ.

Est etiam inter alia essonia essonium[27] anormalum[28] eo quod non sequitur regulam aliorum essoniorum, quod dicitur essonium de malo villæ, ubi quis primo die in curia comparuerit et se obtulerit et[29] sine responso[30] eodem die recesserit,[31] si propter infirmitatem aliquam supervenientem a[32] loco ubi hospitatus fuerit et receptus se transferre non possit nec ad curiam venire, mittere debet ad curiam duos essoniatores, qui re vera essoniatores dici non possunt quia diem non recipiunt, sed nuntii et excusatores, qui in curia publice protestantur[33] quod talis tali infirmitate detentus est[34] in eadem villa, vel in alia tali ubi pernoctavit,[35] quod ad curiam venire non potest pro lucrari neque pro perdere, et sic recedant. Et eodem modo mittat secundo die duos sed alios a duobus primis. Et eodem modo tertio die sed diversos a primis, et sic excusatur usque ad quartum diem. Et quarto die[36] mittantur ad infirmum ex parte iustitiariorum quatuor milites si in curia vel in villa inveniantur, ad audiendum[37] quem[38] talis loco suo attornare voluerit ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est inter ipsum et talem petentem. Si autem ipsum ibi invenerint, capient attornatum si ipse personaliter venire non possit. Si autem in villa tali non inveniatur[39] et hoc testetur per quatuor milites, erit tenens in defalta ac si essoniatus esset de malo lecti. Sed non omni competit essonium istud nec omni loco.

[22] defectu, V, CE. [23] Om., OA, OC, CE, CM. [24-25] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [25] probetur, MC, LA. [26] Om., OB, MA, MB, Y. [27] e. quod dicitur, OC, CE. [28] *sic*, OB, MA, MB, Y, MC; anumalum, OA, LA; anormal. (anormale?), CM; minor malum, OC, CE; a quatuor malum, MG. [29-30] in fine respondere, OC, CE, MG (responsio). [31] recessit, OB, MA, MB; recissit, OC, CE. [32] in, OC, CE. [33] protestentur, OB, MA, MB, Y. [34] Om., OC, CE, MG. [35] provocavit, OC, MG, CE. [36] Om., OB, MA, MB. [37] videndum, MC, LA. [38] quod, OB, MA, MB. [39] inveniantur, OC, MG.

Ubi non iacet essonium de malo villæ.

In comitatu autem non iacet essonium de malo villæ propter brevitatem f. 364] temporis de die comitatus, et ubi non expectatur quartus dies. Ut de termino Sancti Hillarii anno regis[1] Henrici sexto comitatu Bukinghamiæ de Alicia de Iarpevile[2] et Petro de Immere.[3] Item nec coram iustitiariis assignatis ad aliquam assisam vel iuratam capiendam vel aliquid tale faciendum ad certum diem ubi non expectatur quartus dies. Item nec in persona attornati alicuius sive in comitatu sive in curia domini regis factus fuerit attornatus, quia licet milites mittantur ad ipsum, ipse[4] attornatum facere non poterit non magis quam procurator procuratorem. Ut de termino Paschæ anno regis[5] Henrici nono comitatu Bukinghamiæ,[6] de attornato Henrici de Sancto Walerico[7] qui se essoniavit apud Westmonasterium de malo villæ per tres dies, et in[8] quarto die habito consilio et tractatu inter iustitiarios non fuit ei essonium de malo villæ allocatum, quia non potuit facere attornatum.[9] Et si[10] quarto die personaliter[11] venire posset, tamen salvare non posset tres dies præcedentes, et unde dominus suus fuit in defalta, et capienda esset terra in manum domini regis per parvum cape, eo quod in curia obtulit se pro domino suo et a iustitiariis qui recordum habent visus fuit in curia. Item esto quod post essonium de malo lecti et languorem testatum per quatuor milites, fecerit quis defaltam antequam in curia comparuerit. Eodem modo capienda erit[12] terra in manum domini regis per parvum cape ac si prius in curia comparuisset, quia sibi[13] diem datum per quatuor milites dedicere non potest non magis quam si ei daretur in curia, quia in hoc habere debent recordum, nec mandabitur dies captionis sicut per magnum cape, quia numquam dicetur, quia non servavit diem sibi datum per quatuor milites. Et quod habeant recordum et quod contra ipsorum recordum defendi non poterit, nec per legem nec per unum audientem et[14] intellegentem, quin stetur eorum recordo, habetis de[15] itinere Martini de Pateshilla in comitatu Leycestriæ de tempore regis Iohannis: sed hoc fuit quia essoniatus coram quatuor militibus cognovit se esse essoniatum, quod quidem defendere non potuit per legem contra eorum recordum cum ipsum in lecto[16] invenerint[17] essonium non dedicentem. Si autem sic eum non invenerint aliud erit. Eodem modo si quis extra iudicium coram iustitiariis attornatum fecerit, licet in curia non comparuerit et defaltam fecerit, capienda erit[18] terra in manum[19]

[1] regni regis, V, OC, CE. [2] Arpeville, Iarpenvile, Harpeville, Iampernulle, Iarpenulle, Sarpenvil., MSS. var. [3] Inneree, Iunuere, Limere, Inerverre, MSS. var. [4] ipsum, OA, OB, MB; om., MA. [5] regni regis, V, OC, CE. [6] Berk., OA, LA. [7] Valerico, MSS. var. [8] *sic*, OA, Y, LA, MC; om., MSS. gen. [9-10] attornatum etsi, V, MSS. var. [11] Om., OB, MA, MB, CM (+). [12] est, OB, MA, MB. [13] si, OA, OB, MA, Y. [14] et unum, V, MB. [15] in, OC, MG, CE. [16] loco, OB, MA, MB. [17] invenerunt, OC, CE, CM. [18] est, V, CM; om., MG. [19] manu, MA, OC, MG, CE.

domini regis per parvum cape ac si in curia comparuisset, quia summonitionem defendere non poterit contra recordum iustitiariorum, et[20] eo quod fecit attornatum per consequens cognovit se esse summonitum, et secundum quod infra dicetur plenius de defaltis.

[20] Om., OB, MA, MB; in, CE, Y.

DE DEFALTIS

f. 364b] *De contumacibus et non venientibus ad iudicium post legitimam summonitionem.*

REDEAMUS igitur ad diem summonitionis in actione reali. Dictum est supra qualiter quis excusatur per essonia si ad iudicium non venerit cum fuerit summonitus legitime. Nunc autem dicendum de contumacibus et non venientibus ad iudicium, qualiter procedendum sit contra eos in actione reali secundum quod fuerit simplex, mixta vel duplex. Et ideo videndum quis dici debeat[21] contumax et quæ pœna sequatur cum quando[22] res aliqua petitur immobilis per actionem in rem. Contumax vero dici poterit sive reus latitet sive non si ad iudicium summonitus sui copiam non fecerit neque defensus fuerit. Latitare autem est si quis se[23] turpiter occultaverit. Copiam sui non facere est quando reus id agit ne adversarius potestatem sui habeat licet præsens fuerit in curia. Et sive reus contumax fuerit sive non, sufficit ad hoc quod procedatur contra ipsum quod[24] simpliciter absens sit ex quacumque causa. Et unde si primo die non venerit nec secundo nec tertio nec quarto, tunc offerente se liti petente quocumque[25] die venerit ante quartum diem, capiatur terra sive res petita in manum domini regis propter defaltam non venientis, quam quidem captionem modica sequitur pœna vel etiam nulla. Et unde si reus veniens[26] infra quindecim dies post captionem et illam per plevinam petierit, si ad diem sibi datum in curia defendere se possit de defalta, si petens inde iudicium petierit, reformabitur ei possessio ut de principali respondeat. Sed quid si primo die non venerit tenens, et petens primo die se obtulerit et[27] visus fuerit a iustitiariis in curia qui habent recordum? Si petens in crastino se obtulerit, si defaltam sanare non possit amittere poterit seisinam. Et eodem modo si tertio die vel quarto. Sed[28] quid si neuter ipsorum comparuerit primo die sed uterque in crastino? Tunc fiat compensatio defaltarum cum pares sint in culpa ut supra dicitur. Et sic fiat de aliis diebus usque ad quartum diem. Si autem impares fuerint ut prædictum[29] est quod aliquo die compareat petens et tenens non vel e converso, tunc fiat eodem modo ut supra. Si autem primo die comparuerit petens et tenens non, et

[21] debet, OB, MA, MB, Y. [22] enim, OB, MB; om., MA; tantum, MC. [23] Om., OC, CE. [24] quia, OC, CE; et, OB, MA, MB. [25] quacumque, OC, MG, CE. [26] venerit, Y. [27] etiam, LA, OC, CE; et etiam, CM. [28] et, OC, MG, CE. [29] supra dictum, OC, MG, CE, CM.

f. 365] in crastino tenens et petens non, si[1] tertio die comparuerint ambo fiat inter eos ut supra dictum est compensatio, et sic semper usque ad quartum diem et in quarto die et ulterius non nisi petens voluerit. Poterit tamen tenens[2] et[3] eodem modo petens[4] aliquando[5] excusare se usque ad quartum diem multis modis. Tenens scilicet antequam in[6] curia[7] comparuerit si summonitionem defenderit et sursisam, et essonia[8] tam de malo veniendi quam de malo lecti si forte fuerint[9] interiecta, secundum quod supra dictum est in tractatu de summonitionibus. Item excusare se poterit usque ad quartum diem et in quarto die per rationabilia impedimenta intervenientia si fuerint probata, et etiam post quartum diem si infra quartum diem per nuntium legitime fuerit excusatus, qui impedimentum coram iustitiariis ostenderit in iudicio, quæ[10] talia esse possunt.

De excusationibus non venientis.

Si quis per vim maiorem detentus fuerit cui resisti[11] non possit, ut si captus fuerit et in prisona detentus, dum tamen non ob sui culpam. Item si inciderit[12] in latrones qui eum ligaverint[13] et[14] spoliaverint[15] et detinuerint, forte quod nuntium mittere non possit infra quartum diem, quo casu post quartum diem excusabitur[16] dum tamen impedimentum probetur. Item excusari[17] poterit per inundationem aquarum et tempestatem. Item si pons solutus fuerit vel navigium subtractum per fraudem petentis, dum tamen ei obici non possit quod ire possit per circuitum, vel quod alii eadem die qua transire debuit commode et sine difficultate et absque periculo transierunt. Secus autem erit se cum periculo, quia non debet quis se periculis[18] et infortuniis exponere. Eodem modo poterit impedimentum intervenire de nivibus et glacie et aliis multis modis. Si vero infra quartum diem non venerit nec se[19] excusaverit ut prædictum est, sive ita fuerit impeditus sive non, capiatur res petita in manum[20] domini regis pro defalta per visum legalium hominum,[21] et fiat talis irrotulatio petente se liti offerente: A. obtulit se quarto die versus B. de placito quod reddat ei tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, vel advocationem talis ecclesiæ vel communam pasturæ ad tot averia, quæ clamat ut ius suum versus eum, vel ut dotem, et sic de aliis rebus omnibus quæ petuntur ex tali actione. Et B. non venit, et summonitus etcetera. Iudicium etcetera: Terra[22] vel talis res capiatur in manum domini regis et dies etcetera.[23] Et ipse[24] summoneatur quod sit ad

[1] sed, OB, MA, MB; licet, CM. [2] petens, OA, Y, MA, MB; om., OB. [3] Om., OB, MA, MB, OC, CE, Y. [4] Om., OB, MA, MB, Y, CM; vel p., OC, CE. [5] Om., V, OB, MA, MB. [6-7] Om., OB, MA, MB. [8] essonium, V; esson., MSS. var. [9] fuerit, OC, MG, CE, CM. [10] et, OC, CE. [11] resistere, V, MA. [12] inciderint, OC, CE. [13] ligaverunt. OC, MG, CE. [14-15] Om., OB, MA, MB. [15] spoliaverunt, OC, MG, CE. [16] excausabitur, OC, CE. [17 (et alibi)] excausari, OC, CE. [18] in p., V, MA. [19] per se, OB, MA, MB. [20] manu, OC, MG, CE, CM. [21] virorum, OB, MA, MB. [22-23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., V, OC, MG, CE.

talem diem inde[25] responsurus et ostensurus quare non fuit coram iustitiariis ad talem diem[26] etcetera per tale breve. Forma brevis talis est quod dicitur magnum cape.

Si legitime summonitus defaltam fecerit antequam in curia comparuerit, breve quod dicitur magnum cape.

Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo tantam terram cum pertinentiis in tali villa,vel pasturam ad tot oves, vel talem advocationem, quam A. de N. in curia nostra coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium clamat ut ius suum versus talem pro defectu ipsius talis. Vel si dos petita fuerit, tunc dicatur ita scillicet: quam A. quæ fuit uxor B. in curia nostra etcetera clamat in dotem versus C. pro[27] defectu ipsius C.,[28] vel tertiam partem tantæ terræ cum pertinentiis etcetera. Et ita de singulis rebus quæ petuntur per actionem in rem secundum formam brevis originalis, et tunc sic: Et diem captionis scire facias iustitiariis nostris apud Westmonasterium per litteras tuas sigillatis. Et summone per bonos summonitores prædictum B.[29] quod sit coram eisdem iustitiariis nostris apud Westmonasterium inde responsurus et ostensurus quare non fuit coram eisdem iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad talem diem sicut summonitus fuit, vel quare non servavit[30] diem sibi datum per essoniatorem suum ad[31] f. 365b] talem terminum, si forte fuerit essoniatus et diem habuerit per essoniatorem suum.[32] Et habeas ibi summonitores et hoc breve et nomina eorum per quorum visum hoc feceris.[33] Teste etcetera. Et notandum quod captio ista in manum domini regis per magnum cape locum habet ubi quis defaltam fecerit antequam in curia comparuerit vel fecerit quod tantundem valet. Et quia sciri[34] non poterit quid sequatur ex tali captione in manum domini regis, nisi sciatur de virtute brevis et vocabulorum in brevi contentorum, imprimis videndum erit quid sequatur ex tali vocabulo sive dictione, cape in manum nostram etcetera. Et quid inde sequatur perpendi poterit manifeste ex præmissis paulo ante. Ad hoc autem quod dicit per visum legalium hominum, ut perpendi possit et testificari si opus fuerit si capta fuerit in manum domini regis et per eorum visum. Et[35] si capta fuerit per[36] eorum visum,[37] tunc quo die, quia in hoc habent recordum cui contradici non poterit quantum ad hoc, secundum quod defalta facta fuerit ante apparitionem vel post, et secundum quod summonitio testata fuerit vel non. Item continetur pro defectu talis, sine alia[38] probatione, quia sufficit sola absentia licet non probetur ex qua causa, et licet

[25-26] Om., OB, MA, MB. [27-28] Om., OA, OB, MA, MB, CM, Y. [28] Om., OC, MG, CE. [29] D., V; *sic*, MSS. [30] observavit, V, OA, OB, MB, Y. [31-32] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [33] fecerit, OC, CE; fuerit, MG. [34] scire, V, MC, CM. [35-37] Om., MA, MC, LA. [36] et per, OA, CM. [38] aliqua, V; *sic*, MSS. gen.

excusationem habuerit, tamen de excusatione constare non poterit iustitiariis antequam tenens apparuerit excusationem suam prætendendo[39] et probando, ut supra de excusationibus. Item dies captionis indorsari[40] debet in tergo brevis, ut per hoc et attestationem militum sciri possit quo die terra capta fuerit, et per consequens si ad horam petita fuerit per plevinam, quia peti debet per plevinam infra quindenam postquam capta fuerit in manum[41] domini regis, quod[42] si antequam capta fuerit in manum domini regis[43] petatur per plevinam vel[44] post quindenam, non petitur ad horam. Et ideo peti poterit maturius vel tardius quam deberet. Debet petitio sic irrotulari: Talis petiit[45] per talem, si per alium petierit quam per se ipsum, tali die terram suam per plevinam quæ capta fuit in manum domini regis per defaltam quam fecit versus talem coram talibus iustitiariis tali die. Et[46] breve non habebit nec aliud fiet nisi quod dicetur ei quod observet diem suum in brevi de captione contentum.

Qualiter terra capta in manum domini regis per defaltam peti debeat per plevinam.

VIDETUR igitur per hoc quod per talem plevinam et diem receptum per se, cum in propria persona petierit et diem receperit secundum summonitionem per breve de captione, sive summonitus fuerit sive non, quod ulterius dedicere non poterit[47] summonitionem si postea in iudicio defaltam fecerit post captionem. Si autem per alium quam per semet ipsum videtur quod fieri possit contrarium, quod defendi possit per legem si primam et ultimam defenderit summonitionem. Captio vero simplex esse debet. Non enim debet per hoc tenens impediri, quin omnium rerum et tenementorum illorum liberam habeat administrationem sive ius habuerit in eisdem sive non, quia si sic non esset potius diceretur disseisina quam districtio. Et unde si[48] tempore quo sic[49] res fuerit in manu[50] domini regis contingat ecclesiam aliquam[51] vacere quæ[52] sit de pertinentiis, ad tenentem spectabit collatio et non ad regem. Cum autem sic petatur per plevinam non erit statim replegianda tenenti antequam in iudicio comparuerit, ut[53] tunc sciatur utrum petens se tenere voluerit ad principale placitum vel ad
f. 366] defaltam. Si autem ad principale placitum se tenuerit, sic renuntiat defaltæ et erit defalta nulla et res replegianda. Si[1] autem se tenuerit ad defaltam, adhuc non erit replegianda[2] donec sanaverit defaltam, quam si sanare non possit extunc erit seisina petenti adiudicanda.

[39] præcedendo, MA, CE. [40] indossari, LA, OA, OB, MB, Y. [41] manu, MA, OC, MG, CE. [42-43] Om., MG, CE. [44] et, OB, MA, MB. [45] petit, OC, MG, CE. [46] per, OB, MA, MB. [47] potest, OB, MA, MB. [48] si sit, OC, MG, CE. [49] Om., OB, MA, MB. [50] manum, MB, OC, CE. [51] illam, OC, CE; om., MC. [52] quod, V, MA; quo, MC; quid, LA, OA, OB, MB. [53] et, V, CM.

[1-2] Om., MA, LA.

Quid fieri debeat in placito advocationis post defaltam.

Dicitur in præcedenti quod res petita capi debet in manum[3] domini regis. Esto igitur quod in placito advocationis fieri debeat captio in manum domini regis, sed cum ius advocationis incorporale sit et invisibile nec tangibile, qualiter ergo capi poterit in manum domini regis quod videri non poterit neque tangi? Erit igitur officium vicecomitis in hac parte, quod assumptis secum probis et legalibus hominibus vicinis accedat ad ecclesiam cuius advocatio petitur, et ibi publice protestetur coram probis hominibus quod seisiat in manum[4] domini regis ecclesiam illam, et per consequens ius advocationis quod est in corpore ecclesiæ, licet illud ius sit incorporale. Et cum ceperit corpus in manum[5] domini regis quod est visibile et tangibile, per consequens capit id quod est in corpore licet invisibile et non tangibile. Ius enim sine subiecto vel corpore cui insit esse non poterit. Et vulgaliter[6] dicitur, talis habet vel petit ius advocationis talis ecclesiæ, et non talis manerii. Et ideo non est necesse quod manerium capiatur, licet ecclesia sita infra manerium aliquod sit de pertinentiis manerii. Continetur etiam in brevi de captione quod tenens summoneatur quod sit responsurus et[7] ostensurus[8] de principali placito etcetera.[9] Ad quod sciendum quod ad talem summonitionem numquam sequetur[10] essonium quia prius oportebit tenentem respondere de defalta. Item nec dies rationabilis propter contumaciam, scilicet quindecim dierum, non magis quam ad disseisinam propter roberiam. Summonitores tamen venire debent coram iustitiariis si opus fuerit ad testificandum summonitionem.

Qualiter defenditur summonitio et sursisa per legem.

Ad diem vero summonitionis per breve de captione aut venit tenens aut non venit. Si autem venerit, tunc imprimis quæratur a petente utrum se tenere voluerit ad capitale[11] placitum[12] vel ad defaltam. Si autem[13] ad capitale[14] placitum, tunc[15] quasi renuntians defaltæ statim et eodem die ad capitale placitum[16] petenti respondebit. Si autem se tenuerit ad defaltam, tunc habet tenens necesse defendere summonitionem et sursisam, et similiter aliquando essonia tam de malo veniendi quam de malo lecti si fuerint interiecta, ubi oportet quod diligens fiat examinatio ad cautelam. Si autem simpliciter defendat summonitionem et sursisam, et appareant summonitores qui summonitionem testificentur[17] nisi prius fuerit sufficienter

[3] manu, OC, MG, CE. [4] manu, MA, OC, MG, CE. [5] manu, OC, MG, CE. [6] vulgariter, V, OC, MG, CE. [7-8] Om., V, CM. [9] et ostensurus etc., V, LA, OA, OC, MG, CE, CM, Y. [10] sequatur, OC, MG, CE; sequitur, MC, CM. [11] principale, V, OB, MA, MB, MG, Y. [12] p. vel capitale, V, OB, MB, Y. [13] Om., MG, CE. [14] principale, OB, MA, MB, MG. [15-16] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [17] testentur V; testantur, OC, MG, CE.

testificata, et qui more testium diligenter et separatim examinati, et[18] in omnibus convenientes sufficienter probaverint summonitionem, tunc demum necesse erit tenenti propter præsumptionem testificationis summonitorum summonitionem defendere per legem, cum[19] nulla sit summonitio nisi cum fuerit testificata et probata. Nec erit ut prædictum est terra replegianda antequam tenens legem fecerit vel in lege facienda defecerit. Dabitur igitur partibus alius dies de lege facienda cum tenens plegios invenerit de lege. Nec etiam poterit tenens attornatum facere ad legem faciendam cum ipse tenens legem vadiaverit, quod si fecerit, nisi illam fecerit in propria persona erit in defalta. Ad diem vero sibi datum ad legem faciendam poterit tenens se essoniare si voluerit, et petens eodem modo, eodem die et vicissim si voluerit, quia non licet in hac parte tenenti quod petenti non liceat nec e converso. Ad diem vero legis aut tenens facit
f. 366b] legem suam aut deficit in lege facienda. Si autem legem fecerit tamquam excusatus[20] a defalta, eodem die ad placitum principale respondebit. Sufficit enim ad dilationem et pro rationabili summonitione tenenti,[21] tempus intermedium inter legem vadiatam et legem factam. Si autem in lege defecerit tenens, tunc amittet seisinam et petens seisinam recuperabit et tenens in misericordia. Et habeat[22] tale recuperare quale habere debebit. Et plegii de lege secundum quosdam quieti erunt de misericordia, quia sufficit quod eum habuerunt ad legem faciendam in curia, licet in lege facienda deficeret, ad similitudinem plegiorum de prosequendo. Sed secundum alios et melius omnes in misericordia, quia non sunt plegii inventi solummodo ad veniendum ad curiam, nisi plegiatus id fecerit ad quod faciendum plegios[23] invenerit. Quæri posset inter alia cum tenens per legem factam se defenderit a defalta, quare petens iacturam causæ suæ non incurrat, scilicet[24] breve vel actionem, sicut ipse tenens seisinam[25] si in lege deficeret.[26] < Respondeo, sufficit ei pro commodo propriæ seisinæ reformatio. > Esto etiam quod tenens primo die summonitionis post defaltam et captionem terræ in manum[27] domini regis non venerit, sed secundo, tertio vel quarto, et petens primo die venerit et se obtulerit et petat iudicium de utraque defalta, tunc habet tenens necesse utramque defendere, nisi forte ita sit quod personaliter post captionem terram petierit per plevinam. Quo casu de facili defendere non poterit secundam summonitionem et diem a iustitiariis datum in ipsa replegiatione, et ab eo recollectum.[28] Si autem nihil horum intervenerit, vel[29] per alium petita fuerit quam

[18] Om., OB, MA, MB. [19] quod, OC, CE; cui, LA. [20] excusans, OB, MA, MB; excausatus, OC, CE. [21] tenentis, V. [22] habebit, OC, MG, CE. [23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OB, MB, MA (om. s. breve). [25] s. suam, V; s. amiserit, OC, CE. [26] defecerit, OB, MA, MB, OC, CE, CM. [27] manu, MA, OC, MG, CE. [28] recolletur, OC, MG, CE. [29] et, OB, MA, MB.

per ipsum, tunc utramque poterit defendere summonitionem si utraque fuerit testificata et probata. Si autem neutra, tunc liberatur a defalta. Si autem una tantum, tunc oportet quod illam defendat eodem modo quo supra. Si autem utraque et in probatione utriusque[30] defecerit, erit in defalta. Eodem modo et si in probatione[31] unius, et adiudicabitur seisina petenti. Si autem utramque legem fecerit, reformabitur ei[32] seisina ut incontinenti respondeat. Si autem primam summonitionem defenderit[33] et cognoverit secundam, erit in defalta nisi impedimentum legitimum[34] allegaverit et probaverit. Et quo casu quamvis impedimentum probatum fuerit ut legitimum,[35] si terra capta in manum[36] domini regis legitime ad horam non fuerit petita per plevinam.

Si defalta facta fuerit qualiter sit procedendum.

REDEAMUS ad iudicium[37] post secundam defaltam et captionem terræ sive alterius rei in manum[38] domini regis ubi tenens omnino non comparuerit, nec ad primum diem nec[39] secundum nec[40] tertium nec[41] quartum per se ipsum nec[42] per nuntium ut prædictum est. Quo casu non poterit excusari defalta.[43] Et ideo sequatur iudicium sub iis verbis: A. qui præsens est scilicet petiit versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius suum. Et B. non venit et summonitus fuit alias et summonitio testata vel non dedicta, et ita quod terra capta fuit in manum[44] domini regis per defaltam quam idem B. fecit tali die, et ipse iterum summonitus quod esset ad hunc diem, et non venit. Et mandatum fuit vicecomiti quod mandaret diem captionis, et[45] vicecomes mandavit diem captionis,[46] et quod summonitus fuit, nec terra petita fuit per plevinam, vel[47] si petita fuit[48] non fuit petita ad horam. Et ideo consideratum est[49] quod A. recuperet seisi-
f. 367] nam suam[50] et B. in misericordia. Et fiat postmodum irrotulatio iudicii sub eisdem verbis: A. obtulit se quarto die versus B. de placito terræ etcetera ut supra. Et breve de facienda seisina tale erit.

Breve de seisina habenda postquam quis recuperavit per defaltam.

REX vicecomiti salutem. Scias[1] quod A. de N. in curia nostra coram iustitiariis nostris apud talem[2] locum[3] per considerationem eiusdem curiæ nostræ recuperavit seisinam suam de tanta terra cum pertinentiis in tali villa ut de iure suo, vel ut de dote sua, versus B. de N. per[4] defaltam[5] ip-

[30-31] Om., MG, CE. [32] Om., OC, CE. [33] Om., OB, MA, MB, Y. [34] illegitimum, V; legitime, MB; om., MA; liberimum, OC, CE; sumon., MG. [35] liberimum, OC, CE. [36] manu, OC, MG, CE. [37] videndum, OB, MA. [38] manu, MA, OC, MG, CE. [39] nec ad, OC, CE, CM; om., nec ad . . . tertium, MG. [40] nec ad, OC, CE, CM. [41] nec ad, MG, CE, CM. [42] neque, OA, LA, MC, Y. [43] a defalta, Y, OB, MA, MB; de d., MG. [44] manu, OC, MG, CE. [45-46] Om., OB, MA, MB, OC, MG, CE, CM. [47] et, OB, MA, MB. [48] fuerit, OB, MA, MB, Y, OC, MG, CE. [49] Om., MC, LA. [50] Om., MG, CE.

[1] sciatis, OC, MG, CE. [2-3] Westm., OB, MA, MB. [4-5] pro defalta, OB, MA, MB.

sius B. Et ideo tibi præcipimus quod ipsi A. de prædicta terra sine dilatione plenariam seisinam habere facias.[6] Teste etcetera. Et ita fit missio in seisinam quasi ex secundo decreto post captionem terræ in manum[7] domini regis, cum illa captio sit quasi prima missio.

Quale competat remedium tenenti postquam amiserit semel per defaltam et usque ad quod tempus.

Cum autem tenens ita amiserit per[8] defaltam,[9] videndum si quod remedium competat ei qui amisit et quale. Et sciendum quod competit ei remedium, et recuperare per breve de recto omni tempore si placitare voluerit quousque tenens se posuerit in magnam assisam, ita quod quatuor milites summoniti fuerint ad eligendum duodecim secundum quosdam, et secundum alios quousque duodecim electi fuerint. De hoc autem contentio fuit[10] inter veteres et eodem modo ut videtur donec tenens duellum vadiaverit, si duellum elegerit. Ad paria enim iudicantur in multis magna assisa et duellum. Et tunc vero in antea[11] non habebit quis aliquod[12] recuperare, quia abiudicabitur sibi et heredibus suis seisina imperpetuum. Propter dissensum vero antiquorum non poterit teneri aliquod certum quid fieri debeat si defalta facta fuerit cum quatuor milites sint summoniti ad eligendum, cum quidam dicant[13] sic quidam contrarium. Sed tamen quod recuperare habere debeat in hoc ultimo casu probatur in rotulo de termino Paschæ anno regis[14] Henrici sexto decimo comitatu Oxoniæ, de Fray Punchard,[15] ubi ipse nec heredes sui præcise fuerunt[16] abiudicati,[17] sed quod haberent[18] tale recuperare quale habere deberent. Sed quod nullum habere debeant postquam duodecim electi fuerint, sed ex toto abiudicantur,[19] probatur in rotulo de termino Sancti Michælis anno regis[20] Henrici quarto incipiente quinto comitatu Bukinghamiæ, de Iohanne filio Rolandi. Et ad hoc concordant plures alii casus. Item habere poterit tenens qui amisit[21] si fraudulenta deceptio petentis intervenerit, ubi nulla omnino summonitio facta fuerit, mentitur tamen fieri, et[22] hoc detecto nec captio aliqua nec abiudicatio per defaltam. Et si iudicium reddatur in hoc casu pro petente quidquid actum fuerit revocabitur secundum quod superius dicitur. Item habebit tenens recuperare suum ubi in absentia sua cum peregre profectus[23] fuerit abiudicata[24] fuerit ei seisina, cum summonitione

[6] facis, OC, CE; faciatis, MG. [7] manu, MA, OC, MG, CE. [8-9] pro def. (defalta? defectu?), OB, MA; pro defecto, MB. [10] est, MG; om., OC, CE. [11] ante, OA, Y, MA; an., MSS. var.; autem, CM. [12] aliud, V, CM; aliquid, OC, CE. [13] dicunt, OC, MG, CE [14] regni r., OC, CE. [15] Ponchard, Puncharon, Pincharin, Pimtharin, MSS. var. [16] fuerint, V, OC, MG, MB. [17] adiudicati, MC, LA, CM. [18] haberet, OC, CE; breve, MG. [19] adiudicantur, MC, LA, OC, CE, CM. [20] regni r., OC, CE. [21] Om., OB, MA, MB. [22] ad, OB, MB; om., MA. [23] profecturus, V, MB. [24] adiudicata, MC, LA, MG, CM.

præventus[25] non fuerit ut supra dictum est. Sed per quale breve videndum quia iustitiarii non sunt in culpa nec etiam petens, cum hoc factum sit per imperitiam summonitorum qui testati[26] sunt legitimam fecisse[27] summonitionem. Via igitur melior est ut videtur quod tenens dicat se esse iniuste disseisitum quamvis cum iudicio, quia iniuste eo quod per iniustum f. 367b] iudicium. Et unde cum petens qui recuperavit responderit[28] ad assisam,[29] vocare poterit curiam regis ad warantum quæ quidem decepta fuit, per quam quidem poterit talis processus et tale iudicium revocari.

Qualiter sanatur defalta per servitium domini regis.

Ante iudicium vero poterit defalta sanari multis modis, sicut iudicium cum factum fuerit revocari. Imprimis per servitium domini regis, si in servitio suo fuerit, ita quod mittere non possit nec venire, quia servitium domini regis nulli debet esse damnosum nec etiam ei ita ad commodum quod alteri sit iniuriosum. Brevia autem de warantia de servitio domini regis sub hac forma concepta sunt. Varia enim sunt genera defaltarum. Aut fit defalta coram iustitiariis itinerantibus, aliquando pro communi summonitione et aliquando pro placito terræ. Quo casu fiant brevia in hac forma.

Brevia quæ excusant per servitium domini regis.

Rex dilectis et fidelibus suis iustitiariis itinerantibus in tali comitatu salutem. Sciatis quod talis fuit in servitio nostro tali die apud talem locum ita quod in itinere vestro coram vobis esse non potuit tali die pro communi summonitione. Et ideo[30] vobis mandamus quod occasione communis sive[31] generalis summonitionis coram vobis factæ de militibus et libere tenentibus et aliis in itinere vestro, ipsum talem non ponatis nec poni permittatis in defaltam, quia absentiam suam quoad hoc ei[32] warantizamus. Vel aliter: quod talis fuit in servitio nostro etcetera ut supra, ita quod coram vobis esse[33] non potuit[34] in loquela quæ est inter ipsum et talem de tanto[35] terræ[36] cum pertinentiis in tali villa. Et ideo vobis mandamus quod propter absentiam suam ad diem illum coram[37] vobis[38] non ponatur in defaltam nec in aliquo sit perdens, quia diem illum ei warantizamus. Et eodem modo quo dies warantizatur poterit terminus warantizari ex causa, scilicet[39] a tali die usque ad talem diem. Et sic maioris causæ occupatio excusat aliquem et defendit a pœna contumaciæ, sicut facit adversa valitudo. Pœnam enim contumaciæ non patitur quem adversa valitudo vel maioris causæ occupatio defendit. Item sicut locum habet warantia per breve

[25] proventus, OA, LA, MC; præventu, OC, CE. [26] detestati, OC, MG, CE. [27] esse, OA, OB, MA, MB, Y. [28] respondit, MC, LA, MG, CM. [29] seisinam, OA, OB, MA, MB, Y. [30] Om., OC, MG, CE. [31] vel, MC, LA. [32] Om., OB, MA, MB, Y(+). [33] Om., OC, MG, CE. [34] p. ad esse, OC, CE. [35-36] tanta terra, MC, LA. [37-38] Om., OB, MA, MB, Y. [39] Om., OB, MA, MB, Y.

domini regis in minoribus curiis coram iustitiariis de curia domini regis, ita locum habebit de[40] curia domini regis in comitatu vel in curiis baronum vel aliorum qui curiam habent de placitis et sectis, et aliis quæ[41] in comitatibus vel in curiis placitari possunt vel terminari. Et tunc sic: Vicecomiti[42] tali.[43] Scias quod A. de N. fuit in placito vel[44] in quadam assisa vel iurata, vel alia de causa secundum quod necessitas exigerit, in curia nostra coram iustitiariis nostris apud talem locum tali die per præceptum nostrum, ita quod ad diem illum coram te in comitatu tuo esse non potuit pro loquela quæ est in eodem comitatu tuo inter ipsum talem et talem de tanto terræ, vel de qualicumque alia re. Vel aliter si terminus warantizari debeat: Scias quod talis etcetera fuit coram nobis in placito tali die et in crastino et[45] f. 368] tertio die et quarto, vel a tali die usque ad talem diem, vel tali die ita quod tali die coram te esse non potuit nec in crastino, ita quod totum tempus computetur quo fuit coram iustitiariis[1] in curia domini regis, et omnes dietæ in veniendo versus patriam, ut sciri possit quod legitima sit excusatio[2] de toto tempore illo. Et tunc dicatur: et[3] ita quod infra terminum illum coram te in comitatu tuo in[4] tali placito esse non potuit. Et ideo tibi præcipimus quod propter absentiam suam infra terminum illum coram te in comitatu tuo[5] non ponatur in defaltam nec in aliquo sit perdens, quia terminum illum ei warantizamus. Vel aliter: quod propter absentiam suam ad diem illum vel infra terminum[6] non ponatis[7] eum in defaltam, nec in aliquo coram te occasionetur[8] per quod sit perdens, quia diem illum sive terminum illum ei warantizamus. Teste etcetera. Et eodem modo scribatur ballivis curiarum. Et qualiter formari debeat breve satis perpendi poterit ex præmissis. Item possunt iustitiarii scribere eodem modo vicecomitibus et ballivis curiarum nomine proprio, sed tamen ex parte domini regis hoc modo: Scias, vel sciatis, etcetera ut supra. Et ideo tibi, vel vobis, mandamus ex parte domini regis quod propter absentiam suam etcetera ut supra. Et sic excusat maius[9] auditorium[10] aliquem[11] a defalta in iudicio minori. Et eodem modo excusat[12] consimile[13] auditorium[14] vel æquale, ut si iustitiarii de banco nomine suo scripserint[15] iustitiariis itinerantibus vel e converso, licet par in parem non habeat[16] imperium. Et

[40] in, OC, MG, CE. [41] qui, OC, MG, CE. [42-43] Rex vicecomiti salutem, MG, CE, OC (om. rex). [44] et, OB, MA, MB. [45] et in, MC, LA.

[1] i. nostris, OC, CE, MG. [2] excausatio, OC, CE; ex causa, MG. [3] Om., OB, MA, MB, CM. [4-5] Om., OB, MA, MB. [6] t. illum coram te in comitatu tuo, MC, LA. [7] ponant, V, OB, MA, MB. [8] occasio tenetur, OC, CE. [9] magis magis, V; magis, OB, MA, MB, MG. [10] adiutorium, V, MC, LA, MG, CM; audacior, MB. [11] aliquam, OC, CE; aliquod, MG. [12] excausatio, OC, CE; ex causa, MG. [13] simile, OC, MG, CE. [14] adiutorium, V, MC, LA, MG, CM. [15] scripsit, OC, CE; scribant, MG. [16] habet, V, OB, MA.

tunc dicatur: A.B. et socii sui itinerantes in tali comitatu, vel iustitiarii de banco dilectis amicis et sociis suis A.B. et sociis suis itinerantibus in tali comitatu, secundum quod se ipsos velint præponere vel postponere in mandato. Et tunc: Sciatis[17] etcetera ut supra. Et notandum quod dominus rex nec alius poterit aliquem sic warantizare vel defaltam sanare, quod quis aliquid[18] lucretur ab adversario per absentiam, sed quod indemnis observetur. Item nec quod iudicium differatur[19] de aliquo quod sit contra pacem[20] domini regis sicut utlagaria et huiusmodi. Sicut de Ricardo Siward et[21] comite[22] Gloucestriæ inter placita quæ sequuntur regem anno regni[23] sui tricensimo tertio. Et ita obtinet quod maior curia et æqualis excusant et defendunt a defalta: minor autem numquam in maiori.

Qualiter excusatur absentia multis modis.

In fine notandum quod sola absentia facit contumacem, nec probari debet sed sufficit sola absentia, nisi fuerit rationabiliter excusata quod[24] necessaria fuerit et non voluntaria, secundum quod necesse ponitur pro inevitabili, et ideo necessitas excusat non voluntas, scilicet non nolle,[25] sed impotentia per[26] necessitatem.[27] Necessitas autem aliquando præcedit summonitionem et excusat a defalta, quandoque concomitatur[28] summonitionem et quandoque sequitur[29] et evenit post summonitionem et quandoque[30] provenit[31] excusatio non[32] ex necessitate. Præcedit aliquando summonitionem necessitas et excusat, ubi licet summonitus fuerit quis legitime ad domicilium tamen[33] venire non potest neque mittere neque sibi potuit[34] prævidisse propter necessitatem præcedentem summonitionem, ut si se essoniare posset vel[35] facere attornatum, ut si ante summonitionem captus fuerit quis[36] et imprisonatus et ita[37] in prisona artatus quod venire non possit neque mittere, secundum quod causa fuerit civilis vel criminalis. f. 368b] Item nec sibi prævidisse ut supra dictum est. Item eodem modo si ante summonitionem effectus sit non sanæ mentis, quod summonitioni consentire non possit nec summonitionem recipere. Item si tam gravi infirmitate detentus sit ante summonitionem quod discernere non possit, nec aliud cogitare nisi quid[38] sit dolor et pœna. Item si in servitio domini regis detentus fuerit non affectans fraudulenter illam necessitatem serviendi nec procurans, cum sic commode venire non possit nec mittere neque[39]

[17] sciatur, OC, CE; scias, MB. [18] aliquis, MC, LA. [19] differetur, V, OB, MA, MB; observatur, OC, MG, CE. [20] potestatem, OC, MG, CE. [21-22] in comitatu, V, OB, MA, OC, CE; com., MG. [23] regni regis, OC, CE. [24] quia, OC, MG, CE, CM. [25] velle, OC, MG, CE. [26-27] pro necessitate, OC, CE. [28] comitatur, OB, MA, MB, CM. [29-30] Om., OB, MA, MB, OC, CE. [31] prævenit, OB, MA, MB, Y. [32] et non, OB, MA, MB. [33] cum, MG; ex causa enim, OC, CE. [34] poterit, V, OB, MA, MB. [35] et, OB, MA, MB. [36] aliquis, OC, MG, CE. [37] Om., OB, MA, MB, CM. [38] quod, MG, CM; om., OA, Y, OB, MA, MB. [39] nec, V, OB, MA, MB, MG, Y.

sibi prævidisse, excusatur ex[40] tali necessitate. Et talis necessitas multotiens concomitatur summonitionem et præcedit. Et istæ[41] necessitates[42] excusant[43] a[44] defalta[45] si probentur et a pœna et[46] impediunt iudicium. Et si continuatæ fuerint huiusmodi necessitates, ita quod infra quartum diem post defaltam proponi non possunt nec probari, et procedat iudicium contra tenentem, si post iudicium proponantur et probentur, iudicium[47] et quidquid actum fuerit revocabitur. Eodem modo excusatur si quis peregre profectus fuerit ante summonitionem quod sibi prævidere[48] non potuit ut supra. Item est[49] quædam necessitas superveniens et sequens summonitionem, ut si summonitus legitime post summonitionem inciderit in casus fortuitos qui prævidere[50] non poterunt, de quibus paulo ante dictum est. Et in quibus casibus omnibus, si petens docere possit impedimentum esse illegitimum et necessitatem non legitimam vel nullam et aliter esse quam petens proposuerit, ex tali infitiatione[51] sive[52] negatione fit res dubia. Quo casu oportebit quod veritas inquiratur, et secundum hoc fiat[53] iudicium vel non de[54] defalta, vel si forte factum fuerit revocabitur vel tenebit. Sed quid si ante iudicium de[55] defalta vel post ostenderit tenens breve domini regis de warantia, quod fuerit[56] tali die in servitio suo in[57] forma supra dicta quod esse non potuit coram iustitiariis eodem die in iudicio, cum forte in nullo servitio domini regis extiterit, quia visus fuit eodem die coram iustitiariis suis qui habent recordum, et inde contumaciter recessit ita[58] quod iudicium processit contra ipsum de defalta, vel quod alibi fuit longe a loco ubi debuit esse in servitio,[59] quod petens sit paratus statim probare? Item etsi in servitio fuerit, potuit ante servitium sibi prævidisse,[60] vel si in servitio fuerit nec[61] potuit venisse nec sibi prævidisse, tamen potuit misisse quia præsens fuit tota die cum ipso rege. Quæro an tale testimonium ipsius regis admittat probationem in contrarium cum petens excipiat ut prædictum est et paratus sit probare exceptionem. Videtur quod sic, quamvis tale testimonium ipsius[62] domini regis maximam inducat præsumptionem, vera probatio tamen debet vincere illam, quæ[63] nulla[64] alia[65] erit nisi quod[66]

[40] a, MC, CM. [41] ista, V, OB, MA, MB; ipsæ, MG. [42] necessitas, V, OB, MA, MB. [43] excusat, V, OB, MA, MB (-atur); -antur, MG. [44-45] defaltam, OB, MA, MB. [46] Om., MC, LA, OC, MG, CE, MA, MB. [47] Om., OB, MA, MB; i. iniustum, OC, CE; item quod, MG. [48] providere, OA, OC, CE, MB. [49] Om., OB, MA, MB, CM. [50] providere, OA, MB; videre, OC, MG, CE. [51] *sic*, OA, OB, OC, CE, Y, MC, LA; insinuatione, V, MA, CM; infirmitate, MG; iustificatione, MB. [52] vel, MC, LA. [53] fiet, OA, OC, MG, CE. [54] Om., OB, MA, MB, Y, CM, V (defaltarum). [55] Om., OB, MA, MB. [56] fuit, V, OB, MA, MB. [57] Om., OC, MG, CE. [58] et ita, OB, MA, MB. [59] s. domini regis, OC, MG, CE. [60] providisse, V, MB; procidisse, CM. [61] quod non, OC, CE. [62] Om., OB, MA, MB. [63-64] quasi nullam, OC, CE, MG (quæ n.). [65] aliud, OC, CE; illa, MG. [66] Om., OA, OB, MA, MB, CM, Y.

probetur dominum regem et consilium suum per falsam[67] suggestionem esse deceptum. Rex enim decipi poterit cum sit homo, deus autem numquam cum sit deus. Et quo casu cum dominus rex super hoc fuerit interpellatus in eadem perstiterit voluntate quod velit tenentem esse defensum cum[68] iniuria, cum teneatur iustitiam totis viribus defensare,[69] extunc erit iniuria ipsius regis, nec poterit ei aliquis necessitatem imponere quod[70] illam corri-
f. 369] gat vel[71] emendet nisi velit, cum superiorem non habeat nisi deum, et satis erit illi pro pœna quod deum expectat[1] ultorem. Et si iustitiariis suis necessitatem imponat rex quod iudicium reddant,[2] in hoc casu vel consimilibus ita reddat[3] iudicium, quod non pro iudicio sed quia dominus rex ita vult, et exinde sequitur quod iudicium potius voluntarium sit quam iustum, si[4] dici debeat iudicium. Et quidquid dicatur de facto regis in eo quod est[5] rex, et perinde[6] factum iustum disputari non debet, nec factum a quoquam[7] iudicari nec revocari poterit cum sit iustum. Si autem factum iniustum fuerit perinde non erit factum regis. Et cum non sit factum regis quia iniustum, inde disputari poterit et factum iudicari, sed emendari[8] non poterit nec revocari sine eo. Item notandum in fine quod excusatur contumacia et defalta sine necessitate sola voluntate, cum summonitus a non suo iudice venire non teneatur. Et excusatur a defalta ante iudicium et post cum fuerit probata. Et eodem modo si procedat iudicium cum falso procuratore, quia cum non sui iudice vel falso procuratore, iudicium nullum controversia nulla. Item quia venire non tenetur cum nullam habuerit[9] summonitionem vel minus legitimam. Et quo casu non habet necesse venire ut respondeat de placito, sed ut alleget et probet summonitionem nullam vel minus legitimam. Et eodem modo si peregre profectus fuerit ante summonitionem summonitione non præventus ut supra dictum[10] est.[11]

Si post defaltam capiatur dies amoris.

In fine notandum quod si post defaltam factam ante iudicium capiatur dies amoris, vel translata sit loquela ab uno iudicio ad aliud, ad instantiam et procurationem petentis qui[12] lucrari deberet[13] per defaltam et hoc simpliciter nulla facta mentione de defalta, videtur per hoc quod petens tacite renuntiet[14] defaltæ, et ideo ad defaltam ulterius regressum non

[67] illam, LA, CM. [68] Om., V; de, CM. [69] defendere, OC, MG, CE. [70] quia, OC, CE. [71] et, V, CM.

[1] expectet, OC, MG, CE, CM, MA. [2] reddat, OB, MB, CM. [3] reddant, V, CM. [4] sed, LA; se, OC, CE; om., CM. [5] Om., OB, MA, MB; cum, CM. [6] per iudicium, OC, MG, CE. [7] quocumque, OC, MG, CE. [8] iudicare, OC, CE; om., MG. [9] habeat, V; habuit, MC. [10-11] Om., OC, MG, CE. [12] quia, OC, CE; quasi, MG. [13] deberent, OC, CE; debent, MG. [14] renuntiat, MC, LA; renuntiavit, OB, MA, MB.

habebit. Et si hoc non fuerit per petentem sed per officium iustitiariorum[15] vel ex voluntate regis vel ex necessitate aliqua[16] vel forte ad procurationem tenentis, aliud erit. Et si dies amoris capi debeat, expedit petenti quod mentionem faciat de defalta et quod diem amoris capiat sub tali protestatione, quod si amor se non capit, salvus sit ei regressus ad defaltam, et durante placito et defalta in eodem statu in quo fuit die quo dies amoris captus fuit.[17] Et si talis forte non fiet[18] protestatio et dies amoris effectum non habuerit, si tenens ad alium diem defaltam fecerit vix illam salvare[19] poterit. Idem erit si petens post defaltam se essoniaverit.

Quis possit remittere defaltam.

Item quærendum quis possit defaltam remittere. Dominus principalis vel eius attornatus vel warantus cum warantizaverit? Et sciendum quod ille dominus principalis qui lucrari posset[20] per defaltam. De attornato vero et waranto dubitari posset. Sed[21] si remiserint,[22] videtur quod teneat remissio, et sibi imputare[23] poterit qui tales elegit.

Si in actione mixta facta sit defalta.

f. 369b] Si autem actio mixta fuerit et tenens defaltam fecerit, sicut in partitione hereditatis ubi coheredes et participes agunt[24] ad divisionem hereditatis inter se, et quilibet actor et quilibet reus, licet talis actio sit tam in persona[25] quam in rem[26] nullum fiat attachiamentum de[27] persona,[28] quamvis hoc fieri posset quadam ratione eo quod est mixta et in persona,[29] sed capietur terra in manum[30] domini regis per magnum cape ut supra, sicut in proparte sororum vel alibi ubi[31] res petit divisionem inter participes.

Si in uno brevi sit actio duplex.

Si autem actio fuerit duplex in uno brevi ubi duæ concurrunt actiones, scilicet[32] in personam,[33] primo quod quis sit ad respondendum quo waranto teneat aliquam rem, et postea addatur in fine, quam rex clamat ut ius suum vel eschaetam suam vel[34] de antiquo dominico[35] vel huiusmodi, licet utraque actio inutilis sit in[36] se[37] si subtiliter inspiciatur quoad seisinam consequendam, tamen si tenens defaltam fecerit et concurrat utraque districtio, scilicet attachiamentum, eo quod una actio personalis est[38] et alia realis, tamen tenenda est illa districtio quæ magis ligat et quæ

[15] iudicis, V, OC, CE. [16] alia, OC, MG, CE. [17] fuerit, OC, MG, CE. [18] fiat, OC, CE, CM, MC, LA. [19] salvari, OA, OC, CE; sanari, MC, LA. [20] possit, OC, CE, CM. [21-22] si ei remiserit, OC, MG, CE. [23] imputari, OB, MA, MB, MG, CM. [24] sunt, OC, MG, CE. [25] *sic*, OA, OB, OC, MA, MB, MG, CE, CM; personam, MC, LA, Y. [26] re, OC, MG, CE. [27-28] Om., OB, MA, MB. [29] *sic*, MSS. [30] manu, OC, MG, CE. [31] ut, OA, OB, MA, MB. [32] si, OC, MG, CE, MA. [33] *sic*, MSS. (cf. n. 29); p. et in rem, V. [34] et, OB, MA, MB. [35] dominio, OA, MG; domino, OC, CE. [36-37] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [38] Om., OB, MA, MB.

litem et litis protractionem magis restringit, scilicet quod capiatur terra in manum[39] domini regis per magnum cape secundum quod superius dicitur.

Si petens defaltam fecerit et tenens venerit, si petens possit sanare defaltam.

Esto etiam quod petens defaltam fecerit et tenens venerit et breve, offerente se liti tenente[40] quarto die recedet tenens quietus de brevi illo et petens in misericordia. Sed si defaltam fecerit ante quartum diem, in quarto die vel postea ante iudicium defaltæ bene poterit sanare defaltam suam excusationibus supra dictis. Et etiam si iudicium factum fuerit, revocabitur probata excusatione etiam quousque in magnam assisam se posuerit ita quod quatuor milites summoniti sint ad eligendum, ut supra de petente. Non enim licet in hac parte reo[41] quod actori non liceat. Et quod tenens remedium habere poterit de defalta et[42] a qua[43] duodecim eligantur etiam[44] post iudicium, probatur de termino Paschæ anno regis[45] Henrici quarto decimo de Paulino de Winchelesse et Stephano de Fretewelle comitatu Oxoniæ in præsentia Stephani de Segrave et Radulfi[46] Cicestrensis episcopi[47] tunc cancellarii, et unde Paulinus fuit petens et sanavit defaltam postquam quatuor milites summoniti fuerunt[48] ad eligendum duodecim prætextu servitii domini regis.

Item si petens non venerit nec breve et tenens se essoniaverit.

Item si petens non venerit nec breve ad primum diem et tenens se essoni-
f. 370] averit, cum non sit cui respondeatur nec auctoritas[1] vel[2] warantus procedendi, non absolvetur tenens omnino a iudicio sed dicatur ei quod eat sicut venit. Et eodem modo fiat de essoniatore suo si forte fuerit essoniatus. Et eodem modo si petens venerit vice versa et non breve nec tenens, dicatur[3] ei illud idem quod dicitur tenenti et essoniatori suo in casu consimili. Si autem petens et tenens venerint vel[4] se essoniaverint ambo vel unus eorum, tunc dari poterit alius dies etiam si breve non venerit, et dicatur petenti vel essoniatori suo quod ad alium diem faciant[5] venire breve suum, et mandabitur vicecomiti ex parte regis etcetera. Præsumitur enim eo[6] quod ambo apparent vel se essoniant quod vicecomes susceperit breve et quod tenens summonitus fuit, eo tamen excepto a præmissis

[39] manu, OC, MG, CE. [40] petente, OC, MG, CE. [41] eo, OC, CE; sed, MG. [42] etiam, OA, Y, LA, MC; om., OC, MG, CE. [43] a qua, OA, Y, OB, MA, MB; antequam, V, OC, CE, MG; quod, CM; quar., LA; qr., MC. [44] et, OB, MA, MB, LA. [45] regni r., OC, MG, CE. [46-47] Radulfo de Cicestr. episcopo, OB, MB, MG (om. de), MA (om. de), Y (om. de); Radulfo Cicestr. episcopi, OA, OC, CE. [48] fuerint, MA, MB, OC, CE; fecerint, MG.

[1] attornatus, OC, MG, CE, MB. [2] nec, OB, MA, MB, CM. [3] dicat, MB; dicit, OB; om., MA. [4] et, OB, MA, MB. [5] faciat, V, OC, CE. [6] Om., OC, MG, CE.

quod[7] si ambo præsentes fuerint petens et tenens et breve non venerit, si tenens se offerat et petat iudicium si debeat sine brevi respondere, quietus recedet de brevi illo si[8] diem suum bene intellexerint. Si autem[9] ambo erraverint et maturius venerint quam deberent, nihilominus tenebit summonitio et breve.

Si unus ex pluribus tenentibus qui tenuerint in communi defaltam fecerit et alius essoniatus fuerit et tertius comparuerit.

ITEM[10] esto[11] quod unus petens plures implacitaverit[12] tenentes,[13] duos vel tres vel plures[14] qui tenuerint in communi, et unus eorum defaltam fecerit et alius essoniatus fuerit et tertius comparuerit, nullus sine alio respondebit. Dabitur igitur[15] alius dies ei[16] qui præsens est personaliter, ei[17] vero[18] qui essoniatus est per essoniatorem[19] suum, contra ipsum vero qui defaltam facit procedetur[20] ad defaltam per magnum cape vel per parvum, secundum quod ante defaltam comparuerit in curia vel non. Et ita quod non tota res quæ petitur capiatur in manum regis[21] pro[22] defalta[23] unius, sed quatenus contingit portionem suam, scilicet medietas rei petitæ vel tertia pars vel quarta, sive in propria persona litigaverit sive per attornatum, quia per defaltam attornati amittit dominus litis[24] sive omnes attornatum fecerint sive unus, et bene poterit unus ex[25] pluribus per defaltam partem suam amittere sine participibus suis, licet sine eis ab initio non teneatur respondere. Et si omnes tenentes unum fecerint attornatum, per defaltam unius attornati poterunt omnes amittere. Item esto quod unus ex pluribus participibus petentibus defaltam fecerit, et alii omnes in propria persona comparuerint vel essoniati fuerint, quæritur qualiter erit procedendum versus absentem. Respondeo, omnes qui præsentes sunt vel essoniati habebunt alium diem, et ille qui absens est summoneatur quod sit ad eundem diem ad sequendum cum talibus participibus suis si voluerit[26] per tale bereve.

Si particeps nominatus in brevi sequi noluerit vel non venerit, summoneatur ad sequendum si voluerit.

REX vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. quod sit coram iustitiariis etcetera tali die ad sequendum cum B., C. participibus suis in placito quod est inter prædictos A., B., C. petentes et D. de N. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa si voluerit. Et unde

[7] et, OB, MA, MB. [8] et si, OB, MA, MB. [9] Om., OB, MA, MB. [10-11] sit etiam, MC, LA, CM; item etiam, OA; item, OC, MG, CE. [12] appellaverit, OC, CE. [13] Om., OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB. [15] ergo, OC, MG, CE. [16] illi, OC, MG, CE. [17] si, OA, Y, OB, MA, MB; et, OC, MG, CE. [18] etiam, OC, CE; unus, MG. [19] essonium, OC, MG; esson., MSS. var. [20] procedatur, V, OB, MA, MB; -itur, CE; procedr., MG. [21] domini regis, V, MB. [21-23] per defaltam, OB, MC, LA; pro defectu, CM. [24] talis, OC, MG, CE. [25] pro, OB, MA, MB. [26] voluerint, V, CM.

idem D. dicit quod non vult eisdem B., C. respondere[27] sine prædicto A. Et habeas etcetera. Teste etcetera. Et si prædictus A. ad prædictum diem non venerit, nihilominus procedant B. et C.[28] de parte sua si voluerint. Et[29] quod de uno dicitur fieri poterit de pluribus si sequi voluerint.[30] Sed quid dicetur de uno participe et coherede qui petit versus participes et coheredes f. 370b] suos partem suam cum nihil habeat et alii totum teneant? Et[31] secundum quod res partibilis fuerit ratione rei tantum vel ratione rei et personarum, habere poterit tale breve de proparte versus participes suos et petere partem suam,[32] quæ actio dicitur mixta, et ita consequetur partem suam, quia assisa mortis antecessoris nec alia actio locum habebit, nisi actio de proparte quæ inter coheredes ius terminat et distinguit. Et[33] quia ad quemlibet ipsorum participum statim et in[34] momento[35] post mortem antecessoris descendit[36] ius merum, quod quidem non erit inter alios coheredes cum non sint partem capientes quamvis coheredes, cum totum ius merum tantum[37] uni ex pluribus descendat, cum hereditas talis divisionem vel partitionem inter coheredes non patiatur:[38] et ideo semper unus præfertur omnibus aliis cum sit heres propinquior multis rationibus ut supra. Et cum in tali actione mixta plures sint qui teneant, sive unus petat sive plures, nullus eorum qui tenentes[39] sunt[40] sine aliis respondebit propter contributionem. Si autem plures sint[41] qui petant versus participes, quilibet petere debet per se et non in communi cum participe suo petente, quia nullus eorum petit nisi rationabilem partem suam.

Si vir et uxor simul petant et unus eorum defaltam fecerit.

Si autem vir petierit cum uxore rem uxoriam, ipsi participes dici non poterunt ratione supra dicta, et defalta unius utrique erit damnosa sive teneant sive petant. Et si tenentes fuerint et per defaltam utriusque vel alterius terra capta fuerit in manum domini regis, et ita quod fieri debeat iudicium de defalta, si uxor dicat virum suum mortuum esse, licet probationem vel[42] sectam ad manum non habuerit, iudicium remanebit in suspenso donec de veritate constiterit, et dabitur utrique illorum[43] dies ut[44] tunc probet uxor mortem et petens vitam. Ut de itinere abbatis de Radinge et Martini de Pateshilla tam in comitatu Surreiæ quam Leicestriæ de Hugone filio Willelmi. Sed quare recurritur ad duas probationes cum una sufficeret? Quia cum uxor dicat virum esse mortuum, ex tali protestatione non oritur nisi levis præsumptio, et si[45] contra ipsam statim non[46]

[27-28] Om., OB, MA, MB. [29-30] Om., OB, MA, MB. [31] Om., OC, MG,CE. [32] Om., OC, MG, CE. [33] Om., OC, MG, CE. [34-35] incontinenti, OC, CE. [36] Om., OB, MA, MB, Y. [37] Om., OB, MA, MB. [38] capiatur, OC, MG, CE (-antur). [39] tenens, OA, MC. [40] fuerit, MC. [41] sunt, OC, MG, CE. [42] et, OB, MA, MB, OC, MG, CE. [43] illorum, V; om., OC, MG, CE. [44] et, OC, MG, CE, CM, MB. [45] sic, OB, MA, MB. [46] Om., OC, CE.

excipiatur quod vivat, tenetur in hoc casu probare dictum suum. Et si in probatione defecerit petens recuperabit, et uxor postea tale habeat[47] recuperare quale habere debebit.[48] Si autem petens contra dictum uxoris excipiendo dicat quod vivat, propter levem præsumptionem quæ oritur ex dicto uxoris probet petens contrarium, scilicet exceptionem suam[49] scilicet vitam. Et in qua si defecerit cadit breve, sed tenebit actio in persona uxoris. Et unde videtur quod cum una probatio sufficiat non esset[50] recurrendum ad duas.[51] <Sed quid si vir primo fecerit defaltam et uxor comparuerit? Si vir in defensione legis defecerit uterque amittet. Si autem ambo simul in[52] eodem modo. Sed quæritur utrum uterque se defendere debeat per se et facere duas leges et tunc per eosdem iuratores vel diversos, vel per unam legem uterque cum sint una caro. Item si uxor postquam defaltam fecerit vel vir attornatum facere possint[53] ante[54] legem factam. Item si vir primo fecerit defaltam et uxor postea comparuerit, et postea uxor defaltam fecerit et vir comparuerit, amittet per primam defaltam et secundam sine defensione per legem.>

Si quis defaltam fecerit antequam comparuerit, si loquela translata fuerit ad magnam curiam.

Videndum est inter cetera quando locum habere debeat breve quod dicitur magnum cape et breve quod dicitur parvum cape eodem[55] modo.[56] Et regulariter verum est quod in omni casu ubi quis summonitionem sibi factam dedicere poterit et defendere per legem, scilicet antequam quis[57] in curia comparuerit, scilicet in principio litis si loquela fuerit in curia domini regis, vel alibi in comitatu vel in curia baronum[58] vel aliorum qui curias habent. Item si loquela a comitatu transferatur ad curiam domini
f. 371] regis, licet quis in comitatu se prius posuerit in magnam assisam, ita quod quatuor milites summoniti sint[1] ad eligendum duodecim, et tenens in curia domini regis defaltam fecerit post summonitionem ei factam per pone, tunc capiatur terra in manum[2] domini regis per magnum cape. Ut de ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Cantiæ[3] anno regis[4] Henrici duodecimo de Engelramo[5] de Shoforde[6] qui placitavit in comitatu per breve de recto. Et ideo quia licet diu placitasset in comitatu quæ est una curia, numquam tamen comparuit in curia regis[7] quæ est alia curia: et ideo defendere poterit summonitionem et sursisam et diem

[47] habebit, OB, MA, MB. [48] debet, OC, MG, CE. [49] Om., MC, LA. [50] est, OB, MA, MB, MG. [51] duos, OC, CE; suas, OA. [52] et, CM, MM; om., OA. [53] possunt, OC; possit, CM. [54] ad, CM, MM. [55-56] Om., OB, MA, MB. [57] Om., OB, MA, MB. [58] baronis, MB; baron., MSS. var.; *sic*, OA, OB, OC, CE.

[1] sunt, V, MC, MG. [2] manu, OC, MG, CE. [3] Lanc., OC, MG, CE. [4] regni r., OC, MG, CE. [5] Engellardo, Engeramo, MSS. var. [6] Soford., Scoford., Scheford., Schofordo, MSS. var. [7] domini regis, OB, MA, MB.

datum[8] contra recordum comitatus per legem. Sed quid si a curia baronis vel alterius propter defaltam, quia forte rectum tenere nolunt[9] vel non possunt? Si probata defalta curiæ[10] vel concessa dederit[11] serviens domini regis diem[12] partibus ad comitatum, si tenens defaltam fecerit, capiatur terra eodem modo in manum domini regis quasi[13] per magnum cape, quia testata summonitione per servientem poterit tenens illam defendere per legem. Idem ut videtur servari poterit ubi omnes loquelæ in banco propter iter iustitiariorum vel alia de causa positæ fuerint sine die. Et iterum resummoneantur. Si tenens post resummonitionem defaltam fecerit, videtur quod captio fieri debeat per magnum cape, quia talem summonitionem defendere poterit tenens per legem ex quo in curia diem non habuerit postquam loquela posita fuit[14] sine die, et ita observetur in omni casu ad quamlibet novam resummonitionem. Sed videtur quasi contrarium, ut si cui bastardia sic obiecta fuerit quod transmittatur inquisitio de bastardia vel legitimitate ad curiam christianitatis, et facta inquisitione remittatur inquisitio ad curiam, statim partes et loquela quæ posita fuit sine die propter obiectionem bastardiæ resummoneantur[15] quod sint ad audiendum iudicium. Quo casu si tenens non venerit, fiat captio in manum[16] domini regis per parvum cape scilicet et[17] quod partes sint auditura iudicium suum: et poterit esse ratio diversitatis quod ex quo quis se[18] probaverit legitimum vel adversarium suum ad bastardum, nihil superest faciendum nisi tantum iudicium, quod non est in aliis casibus.

Parvum cape si quis defaltam fecerit postquam in curia comparuerit. Parvum cape tunc locum habet cum quis in iudicio semel comparuerit et diem habuerit coram iustitiariis quocumque tempore vel quacumque ratione, ita quod diem et summonitionem sequentem dedicere non possit neque defendere per legem, vel[19] si fecerit tenens aliquid per quod præsumi possit quod susceperit summonitionem, ut si cum[20] summonitus fuerit attornatum fecerit in loquela per quam ad curiam summonitus fuerit vel quid tale, exinde vero summonitionem dedicere non poterit,[21] secundum quod inferius dicetur de defaltis post apparitionem. Et generaliter verum est quod locum habet captio in manum[22] domini regis per parvum cape, ubi quis defaltam fecerit in placito postquam in curia comparuerit, sive unus implacitatus fuerit sive plures, cum[23] hac tamen distinctione quod si plures implacitati fuerint coheredes vel alii participes qui tenuerint in

[8] sibi d., MA, MB; om., OC, MG, CE. [9] noluerit, OB, MA, MB; noluit, Y. [10] Om., OB, MA, MB, Y. [11] dedit, MC, LA. [12] Om., OB, MA, MB. [13] Om., OC, MG, CE. [14] fuerit, V, MB. [15] resummonetur, OC, MG, CE. [16] manu, OC, MG, CE. [17] Om., OB, MA, MB, CM. [18] si, OC, CE; se sic, MG. [19] ut, OC, MG, CE. [20] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [21] possit, V, MB; poterit ut, OA, MC, LA; p. et, CM. [22] manu, OC, MG, CE. [23] in, OB, MA, MB.

communi, si omnes simul defaltam fecerint postquam simul et semel in iudicio comparuerint vel vicissim omnes, omnes amittunt et fiat parvum cape de omnibus. Si autem unus ipsorum tantum, duo vel plures essoniati f. 371b] fuerint primo die summonitionis, et quidam defaltam fecerint et quidam comparuerint, capiatur terra in manum[24] domini regis de[25] terra quam tenent in communi pro defalta absentium, pro rata[26] cuiuslibet qui absens est, per magnum cape, et dabitur præsentibus dies. Ad[27] quem si non venerint cum diem habuerint in iudicio quem dedicere non poterunt, capiatur de terra communi in manum domini regis per parvum cape pro[28] rata,[29] scilicet pro ea parte quæ singulos eorum qui absentes sunt contingit et non tota, quia hereditas et res communis recipit partitionem et divisionem inter participes et coheredes. Sed de viro et uxore non sic cum res uxoria partitionem vel divisionem non recipiat, cum vir et uxor sint quasi unus sanguis et una caro et[30] unum corpus.[31] Nihil enim habet uxor quod non sit viri. Et unde cum implacitati fuerint primo die summonitionis, antequam comparuerint uterque fecerit[32] defaltam, tota terra capiatur in manum[33] domini regis per magnum cape. Et idem erit si unus eorum defaltam fecerit, licet alius comparuerit vel se essoniaverit. Si autem uterque defaltam fecerit[34] postquam comparuerint,[35] capiatur[36] terra in manum[37] domini regis per parvum cape. Et idem erit si unus eorum defaltam fecerit quia defalta unius utrique erit damnosa. Item esto quod[38] uxor antequam comparuerit primo die defaltam fecerit et vir comparuerit, capiatur[39] terra in manum[40] domini regis per magnum cape et ipsa summoneatur quod sit ad alium diem, et vir habebit eundem diem, ad quem diem si vir defaltam fecerit et uxor venerit, tunc primo videndum an uxor sanare possit defaltam per legem vel alio modo. Si autem defaltam sanare non possit, tunc amittet uterque per defaltam mulieris statim, nec erit vir summonendus quod sit auditurus iudicium. Si autem defaltam sanaverit, non obstante absentia viri restituetur ei terra quæ capta fuit in manum domini regis per magnum cape per defaltam suam. Et si vir suus infra quartum diem non comparuerit, offerente se liti petente quarto die versus eum,[41] iterum capiatur terra in manum domini regis per defaltam viri per parvum cape et ipse summoneatur quod sit auditurus iudicium suum, et uxor habeat eundem diem. Forma brevis talis est.

[24] manu, OC, MG, CE. [25] et, OB, MA, MB. [26] parte, OC, CE. [27] et ad, OA, MC, LA, CM, Y. [28-29] Om., OC, MG, CE. [30-31] Om., OC, CE. [32] Om., OB, MA, MB. [33] manu, OC, MG, CE. [34] fecerint, V, OC, CE. [35] apparuerint, OA, OB, MA, MB, Y. [36] capietur, OA, OB, MB, LA, Y. [37] manu, OC, MG, CE. [38] q. cum petens, OC, MG, CE. [39] capietur, V, MB. [40] manu, OC, MG, CE. [41] ipsum, OB, MA, MB.

Forma brevis quod dicitur parvum cape.

REX vicecomiti salutem. Cape in manum nostram tantam terram, vel advocationem talis ecclesiæ vel pasturam ad tot oves, cum pertinentiis in tali villa quam A. de N. in curia nostra coram[42] etcetera, clamat ut ius suum versus B. pro[43] defectu ipsius B. Vel sic: clamat ut ius suum versus B.[44] et C. uxorem eius pro defectu ipsius B., vel pro defectu ipsius C. Vel sic, si plures sint participes veluti tres, capiatur tertia pars terræ quæ tenetur in communi et dicatur, tertiam partem quam talis clamat etcetera ut supra. Item si dos petatur tunc sic: tertiam partem terræ cum pertinentiis in N. quam A. quæ fuit uxor B. clamat in curia nostra etcetera ut dotem suam versus C. pro defectu ipsius C., et huiusmodi secundum diversitatem placitorum. Et tunc dicatur: Et[45] summone per bonos summonitores prædictum C. quod sit etcetera, ad talem diem auditurus inde iudicium suum.[46] Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera. Et ad quem diem si omnino[47] non venerit, expectabitur quartus dies et quarto die adiudicetur petenti seisina ita quod efficiatur verus possessor, et tenens habeat tale recuperare quale habere debebit. Et idem erit si tenens venerit et defaltam sanare non possit. Cum autem non[48] venerit sic fiat irrotulatio: f. 372] A. obtulit se quarto die versus B. de tali placito etcetera. Et B. non venit et alias fecit defaltam postquam comparuit[1] in curia, vel[2] postquam diem habuit[3] in[4] banco vel postquam petiit visum vel vocavit warantum, et ita quod terra capta fuit[5] in manum domini regis, et ipse summonitus quod esset ad hunc diem auditurus iudicium suum. Ideo consideratum est quod A. recuperet seisinam suam et B. in misericordia. Si autem ille qui defaltam fecit præsens fuerit primo die et excusationem non habuerit nec warantum, tunc variatur irrotulatio sic: A. petiit versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, ita quod B. habuit diem postquam comparuit[6] in curia, ad quem diem non venit nec se essoniavit, et ita quod terra capta fuit in manum domini regis et[7] ipse summonitus quod esset ad hunc diem auditurus inde iudicium suum. Et ipse nunc[8] venit, et non potest[9] sanare defaltam. Et[10] ideo consideratum est quod A. recuperet seisinam suam et B. in misericordia. Et fiat breve de habenda seisina in communi forma brevium de defaltis. Sed quid si ille petens[11] qui recuperare deberet per talem defaltam in curia[12] non comparuerit ad

[42] Om., OA, OB, MA, MB, CM, Y. [43-44] Om., OB, MA, MB, CM. [45] Om., MSS. var. [46] etc., OC, MG, CE. [47] Om., MA, OC, CE. [48] Om., OC, MG, CE.

[1] comparuerit, MSS. var. [2] et, OB, MA, MB. [3] habuerit, OB, MA, MB, CM. [4] de, OB, MA, MB. [5] fuerit, OC, MG, CE, CM. [6] comparuerit, OB, MB, MC. [7] Om., OB, MA, MB. [8] tunc, OB, MA, MB, OC, MG, CE; om., CM. [9] potuit, OC, MG, CE. [10] Om., OB, MA, MB. [11] *sic*, OC, MG, CE, CM; tenens, MSS. gen. [12] c. nostra, MC, LA.

diem suum sed defaltam fecerit primo, secundo, tertio et[13] quarto die, et tenens præsens fuerit? Petens[14] amittet breve suum per defaltam suam, et tenens retinebit terram suam quam amissurus esset per defaltam suam. Ut de termino Sancti Michælis anno regis[15] Henrici tertio incipiente[16] quarto[17] circa medium rotuli. Si autem neuter illorum venerit, tunc, facta compensatione defaltæ ad defaltam, petens ad alium diem quando voluerit per defaltam tenentis obtinebit.

Si quis defaltam fecerit in actione mixta.

Actiones vero mixtæ quæ sunt tam in rem quam in personam et ubi uterque actor uterque reus, sed ille actor qui primo provocaverit ad iudicium, sicut inter coheredes et participes ubi particeps petit[18] rationabilem partem suam versus coheredem et participem, sicut ubi hereditas partibilis sit, vel ratione rei vel ratione personarum. Item ubi res communis partibilis sit inter[19] participes qui[20] non sunt coheredes, et unus agat versus participem quod res communis dividatur. Item si inter vicinos contentio sit de finibus agrorum et unus vicinorum petat quod fiant rationabiles divisæ inter ipsum et vicinum suum, omnes istæ actiones mixtæ connumerari debent inter actiones quæ sunt in rem et non quæ sunt in personam. Et ideo si quis in iis tribus actionibus vel consimilibus defaltam fecerit, procedatur contra ipsum sicut processum est supra contra eos qui defaltam fecerint in actione reali. Et[21] in omni actione ubi duæ concurrunt districtiones, videlicet in rem et in personam, illa districtio tenenda est quæ magis timetur et[22] magis ligat.[23]

Si duæ actiones quarum una personalis et alia realis currant versus unum in uno brevi.

Cum autem duæ actiones sub uno brevi comprehendantur quarum una in personam et alia in rem, ut si quis summoneatur quod sit ad ostendendum quo waranto tenuerit talem terram, et postea adiungat quam dominus rex clamat esse eschaetam suam vel de antiquo dominico suo, cum hic[24] duæ concurrant districtiones, illa tenenda est quæ magis ligat secundum quod supra dictum est, scilicet[25] quod terra capiatur[26] in manum domini regis, licet quidam faciant[27] contrarium. Si autem in diversis brevibus de qualibet istarum fieret mentio per se, si in brevi quo waranto fieret defalta, procederetur ad attachiamentum et non ad captionem terræ, et de alio brevi e converso. Si quis igitur[28] impetraverit breve quo waranto vel quo iure

[13] Om., MA, CE, CM; vel, MG. [14] Om., MC, LA. [15] regni r., OC, CE. [16-17] Om., OB, MA, MB. [18] Om., OB, MA, MB, Y. [19] inter alios, V, MG. [20] quia, OB, MA; om., MB. [21] et ideo, V, OC, MG, CE. [22-23] Om., OB, MA, MB, Y. [24] hii, OC, CE; ibi, OB, MA, MB, MG. [25] videlicet, OB, MB; videndum est, MA. [26] capitur, MC, LA. [27] dicunt, MA; dicant, MB; faciunt, CM; om., OB. [28] ergo, CE; enim, MB; om., OB, MA.

quis terram tenuerit sine alia adiectione, nihil poterit petens consequi per[29] talem actionem, quia si warantum non habuerit tenens neque ius aliquod, f. 372b] nihil consequi poterit petens[30] per tale breve, quia probato quod tenens nihil iuris[31] habeat, non tamen[32] probatur per hoc quod petens ius habeat: et antequam petens aliquid sibi adquirat alio brevi et alia actione opus erit. Sed tamen quamvis incivile sit cogi[33] possessorem titulum suæ possessionis dicere per breve quo iure vel quo waranto, tamen valet ad hoc ut[34] petens scire possit utrum tenens teneat pro herede vel pro possessore, et per hoc qua actione debeat experiri.[35] Pro herede autem possidet qui putat se heredem esse, pro possessore vero qui nullo iure rem hereditariam vel totam hereditatem sciens ad[36] se non pertinere possidet.

Partibus in iudicio comparentibus, qualiter petens proponere debeat intentionem suam.

Post essonia et dilationes[37] vel ad primum diem summonitionis per breve de recto in iudicio comparentibus tam petente quam tenente, petens actionem[38] qua[39] agere velit et intentionem suam proponere debet coram iustitiariis, ut per hoc speciem futuræ litis demonstret.[40] Et audito brevi de recto secundum quod fuerit clausum vel apertum, dicat sic petens vel[41] eius advocatus[42] in præsentia iustitiariorum pro tribunali residentium: Hoc ostendit vobis A. quod B. iniuste ei deforciat tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, et ideo iniuste quia quidam[43] antecessor suus C. nomine fuit inde vestitus et seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Henrici regis avi domini regis, vel tempore regis Ricardi avunculi domini regis, vel tempore Iohannis regis patris domini regis, vel tempore Henrici regis qui nunc est, capiendo inde expletia ad valentiam quinque solidorum vel dimidiæ marcæ, sicut[44] in bladis, pratis, redditibus et aliis exitibus terræ. Et de prædicto C. descendit ius terræ illius,[45] vel descendere debuit secundum quosdam, cuidam D. ut filio et heredi, et de prædicto D. cuidam E. ut filio et heredi, et de prædicto E. isti A. qui nunc petit ut filio et heredi. Et quod tale sit ius suum offert disrationare per corpus talis liberi hominis sui, vel alio modo sicut curia consideraverit. Non enim sufficit simpliciter proponere intentionem sic dicendo: Peto tantam terram ut ius meum, nisi illam sic fundaverit quod doceat ad ipsum ius pertinere, et per quam viam et per[46] quos gradus ius ad ipsum debeat descendere.

[29] per tale breve vel per, V. [29-30] Om., MB, MG, CM. [31] Om., OB, MA, MB. [32] tantum, MC, LA. [33] cogit, OC, CM, CE (sic c.). [34] quod, MB, CE. [35] expediri, OC, MG, CE. [36] quod, OC, CE; quod ad, MG. [37] donationes, OC, MG, CE. [38] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [39] qualiter, Y, OB, MA, MB; quam, CM, MG; proponat quia, OC, CE. [40] demonstrat, OC, CE; demonstraret, CM. [41] et, OB, MA, MB. [42] attornatus, OC, CE. [43] quidem, OB, OC, CE; quid. (= quidem?), MA, MB, CM, Y. [44] Om., OC, MG, CE. [45] Om., OB, MA, MB. [46] Om., OC, MG, CE.

Item cum agat per breve de recto ad utrumque ius consequendum, scilicet tam ius possessionis quam proprietatis, de seisina talis antecessoris, non sufficit si dicat quod talis antecessor seisitus fuit in dominico suo ut de libero tenemento tantum, vel in dominico suo ut de[47] feodo tantum, nisi doceat quod in dominico suo ut de feodo quod sub se continet liberum tenementum et totum ius possessorium, nisi dicat et adiciat et[48] iure, quod sub se continet ius proprietatis. Item non sufficit ista duo iura simul comprehendere, scilicet ius possessorium et[49] proprietatis[50] sicut dreit dreit, nisi antecessor talis terram illam tenuerit in dominico suo, quia non
f. 373] sufficit si tantum in servitio, ad hoc quod ille qui[1] petit[2] de seisina tali aliquid per tale breve adquirere sibi possit in dominico, quia talem seisinam petit heres qualem habuit[3] antecessor, nec variare poterit, licet contingat aliquando quod quis per breve de recto partim possit petere in dominco partim in servitio quod non erit de seisina et facto antecessoris, sed de facto et feoffamento iniuste[4] deforciantis vel alicuius sui antecessoris. Et quo casu cum petens petat in servitio quod habere possit in dominico, sibi poterit imputare secundum quod inferius dicetur plenius. Item non sufficit si dicat quod antecessor suus fuit seisitus ut de feodo et iure et[5] in dominico suo nisi adiciat quod expletia ceperit, quia licet quis liberum tenementum habere possit[6] et feodum sine expletiis in causa possessionis, secundum quod videri poterit superius in[7] intentione querentis et petentis n assisa novæ disseisinæ et mortis antecessoris, non tamen debet esse ita momentanea seisina proprietatis quin[8] capiantur[9] expletia. Et ideo si non fiat mentio de expletiis cadit actio petentis. <Ex tenera vero seisina et momentanea sine usu et expletiis numquam competit[10] actio per breve de recto super proprietate, sed tantum assisa novæ disseisinæ de seisina propria vel assisa mortis antecessoris de seisina antecessoris, et qui assisam[11] omiserit in hoc casu et processerit ad breve de recto super[12] proprietate omnino amittet sine recuperatione.> Item[13] adicitur in narratione tempore talis regis: certum enim oportet exprimere tempus et certum regem de cuius tempore loquatur, quia breve de recto sicut alia brevia infra certum tempus limitatur. Non enim excedit tempus regis Henrici avi domini regis. Et est ratio quia ultra[14] tempus illud non poterit quis aliquid probare licet ius habeat in re, cum nullus aliquid probare possit ultra tempus illud ex quo loqui non poterit de visu suo proprio, vel de visu

[47] Om., MC, LA. [48] quod, MC, LA. [49-50] Om., OB, MA, MB, Y.

[1-2] petat, OB, MA, MB. [3] habuerit, MSS. var. [4] et iuste, OC, MG, CE. [5] Om., OC, MG, CE. [6] poterit, OC, MG, CE. [7] de, OC, CE; ex, MG. [8] et quando, OC, CE; qui, MG. [9] capiatur, OB, OC, MA, CE; capietur, MB. [10] competat, V; -et, OA. [11] assisas, OA, LA. [12] sine, MC, LA. [13] si, OC, MG, CE. [14] Om., OB, MA, MB.

patris sui qui ei iniunxit quod testis esset si inde audiret[15] loqui. Et unde si quis[16] loqueretur[17] de tempore Henrici regis senis, amittere posset[18] propter defectum probationis. Item ideo fit mentio de tempore certi regis, quia si numquam tempore talis regis fuit antecessor in seisina[19] quamvis tempore alterius,[20] amittere posset petens per errorem ac si antecessor talis numquam inde esset in seisina. Et unde cum quis post talem errorem inde se posuerit in magnam assisam, dat aliquando tenens de suo pro[21] habenda[22] mentione[23] de tempore: vel ideo fit mentio de tempore, quia talis antecessor tempore talis regis non fuit[24] in rerum natura, vel quia prius[25] mortuus vel[26] tunc non natus.

Quod petens poterit mutare intentionem suam in parte.

Cum autem aliquando per errorem fiat mentio de tempore indebito, si ipse petens erraverit, poterit intentionem mutare et errorem revocare et loqui de tempore alterius regis usque ad litis contestationem, scilicet quousque præcise fuerit responsum intentioni petentis, et ita quod tenens se posuerit in magnam assisam vel defenderit per duellum. Ulterius[27] autem nequaquam cum facta fuerit mentio de[28] tempore. Et de hac materia inter placita quæ sequuntur regem anno vicensimo[29] quarto,[30] de domino rege et Willelmo de Sancto Iohanne comitatu[31] Suthamtoniæ. Item non multum refert si de quantitate expletiarum fiat mutatio
f. 373b] intentionis. Item fit mentio de tempore pacis pro aliquo tempore guerrino, sicut de tempore regis Iohannis, quia de seisina antecessoris tali tempore adquisita loqui non convenit, quia post guerram recuperaverunt illi qui per guerram fuerint[32] disseisiti talem seisinam qualem habuerunt in initio guerræ, cum per vim et[33] iniuste essent disseisiti. Per vim et iniuste dico, quia multi ab hostibus capti sunt in bello et terram dant pro redemptione sua, et talibus non subvenitur nisi per actionem quod metus causa si forte metus intervenerit. Et etiam sunt plures qui tali tempore gratis dant sine aliqua violentia vel metu, et[34] talis donatio non revocatur.

Quod non sufficit proponere intentionem et fundare nisi offerat disrationare.

Item non sufficit quod petens intentionem suam sic proponat et fundet nisi sic fundatam probaverit. Et dicatur in fine intentionis fundatæ: Et

[15] audierit, OC, MG, CE. [16-17] omnes loquerentur, OC, MG, CE. [18] possit, MB, MG, CM. [19] seisinam, MC, LA. [20] a. regis, OB, MA, MB, Y. [21-22] probanda, MC, LA. [23] intentione, OB, MB, LA; mentionem, OC, CE. [24] fuerit, OC, MG, CE. [25] primus, OC, MG, CE. [26] et, OB, MA, MB; nihil, OC, MG, CE. [27] ultius, OC, CE; alterius, MG. [28] in, OC, MG, CE. [29-30] v. tertio, OC, MG, CE; quarto decimo, OA, OB, MA, MB, Y. [31] in c., OC, MG, CE. [32] fuerunt, OA, OB, Y, OC, CE; om., CM. [33] Om., OC, MG, CE. [34] Om., OC, MG, CE.

quod tale sit ius suum offert disrationare per corpus cuiusdam liberi hominis sui talis nomine, qui hoc paratus est disrationare per corpus suum sicut ille qui hoc vidit, vel[35] de visu patris sui ut supra dictum est, cui pater suus cum esset agens in extremis iniunxit in fide qua filius patri tenebatur, quod si inde loqui audiret quod inde testis esset et hoc per corpus suum disrationaret, sicut illud quod idem pater suus vidit et audivit. Si autem in narratione facienda aliquis prædictorum articulorum omittatur, et narratio a petente advocetur ita quod error revocari non possit, petens clamium suum pro se et heredibus suis amittet imperpetuum.

Qualiter fit narratio descensus usque ad petentem per singulos gradus. FIT etiam quandoque narratio descensus ab antecessore usque ad petentem per[36] plures personas et plures gradus, et ad plures personas qui sunt quasi unus heres, sicut ad plures filias et[37] earum[38] heredes. Et quo casu sic fiat narratio: Et a tali antecessore descendit ius terræ illius tali ut filio et heredi, et de tali duabus filiabus suis vel pluribus, scilicet B. primogenitæ et C. postnatæ. Et hic fiat in narratione divisio descensus pro virili portione quæ singulas earum contingit, et ita quod narratio descensus prosequatur lineam singularum.[39] Et dicatur sic: Et[40] de prædicta B.[41] descendit ius medietatis illius terræ cuidam tali ut filio vel[42] filiæ et heredi. Et de prædicto tali descendit ius illius medietatis duabus filiabus ipsius talis, scilicet D. et E., et ita quod fiat subdivisio. Et de prædicta D. descendit ius illius quartæ tali ut filio et heredi. Et de prædicta E. tali ut filio et heredi. Et sic per divisiones in infinitum poterit perveniri de herede in heredem usque ad minimam partem unius[43] unciæ,[44] si hereditas per uncias dividatur. <Sed[45] caute prospiciendum[46] ne in reversione facienda ad superiores parentes in linea transversali quod computatio excedat tempus regis avi ut infra eodem.> Item fiat reversio ad aliam medietatem et
f. 374] reincipiatur narratio descensus sic: Et de prædicta C. descendit ius alterius medietatis tali ut filio et heredi, vel tali[1] filiæ et heredi vel talibus ut[2] filiabus et heredibus, et ita quod fiat subdivisio ut supra de gradu in gradum et[3] persona in personam, usque ad illos[4] qui petunt.[5] Vel aliter: Et unde talis antecessor fuit[6] seisitus etcetera ut supra. Et quia talis obiit sine herede de se, descendit ius terræ illius tribus sororibus suis, A., B., C., vel[7] filiis sicut de gavelikinde, vel alibi ubi terra partibilis est

[35] et, OB, MA, MB. [36] et per, MC, LA. [37] vel, MC, LA. [38] eorum, OC, MG, CE. [39] singulorum, OC, MG, CE; singularium, OC, MA, MB. [40] Om., OC, MG, CE. [41] D., MSS. var. [42] et, OC, CE; om., MG. [43-44] uncii, OC, CE; unciæ, MG. [45] si, MC, MG, LA. [46] perspiciendum, OA, OC, CE.

[1] tali ut, V, OB, MB, CM. [2] tot, OC, MG, CE. [3] de, OC, CE. [4] alios, OC, MG, CE, CM. [5] petant, V, OC, CE. [6] qui, OB, MA, MB. [7] et, OB, MA, MB, Y.

ratione terræ vel ratione plurium personarum quæ sunt quasi unus heres, et sic fiat divisio[8] ut supra. Item fit[9] aliquando narratio descensus a linea recta descendente usque ad lineam transversalem ad unum gradum vel ad plures, secundum quod ius descensus recipit[10] divisionem vel non recipit. Et sicut[11] aliquando dividitur ius successionis ad[12] plures personas quæ succedunt, ita coniungi poterunt plura iura[13] successionis[14] per mortem earundem personarum ratione quarum facta fuit divisio in unum ius, et in[15] unicam personam heredem per ius accrescendi, quia coheredes et participes mortui sunt sine herede de se.

Si fieri debeat narratio a linea recta usque ad transversalem.

CUM vero[16] fieri debeat narratio descensus a linea recta usque ad lineam transversalem tunc dicatur: Et a tali antecessore descendit ius terræ illius tali ut filio et heredi, et de tali tali ut filio et heredi. Et quia idem talis obiit sine herede de se, revertebatur ius terræ illius tali ut avunculo[17] vel amitæ vel materteræ et heredi, vel[18] proavunculo vel proamitæ vel promateræ et heredi,[19] vel pluribus amitis[20] vel materteris.[21] Et de talibus facta divisione iuris usque ad suos heredes et heredes[22] heredum per divisiones ut supra vel sine. Et quo casu si unus ex pluribus participibus per se petat solus sine aliis, et obiciatur ei quod particeps habeat qui veniunt ex eodem stipite, et petens dicat quod nihil possunt tales clamare[23] per descensum illum, summoneantur[24] nihilominus ad ostendendum[25] quid iuris clamant in terra petita. Ut de termino Sancti Hillarii[26] anno regis Henrici quinto decimo comitatu Bukinghamiæ, de Willelmo de Bosco. Et illud generaliter observatur ubique ubi præsumi poterit quod quis ius habeat in re petita qui non nominatur. Et quod talis summoneri debeat, habetis de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici nono[27] comitatu Berkeriæ, de Reginaldo Morin.

Si antenatus in vita patris communis moriatur.

SI antenatus in vita patris moriatur, dicunt quidam[28] quod nulla de eo fieri debet mentio, ac si numquam esset in rerum natura secundum[29] quosdam, quod non est verum,[30] <Sed sunt quidam qui dicunt, et verum est, quod de filio mortuo in vita patris oportet facere mentionem secundum Willelmum de Eboraco, et unde dicere oportet quod de tali antecessore descendit ius vel descendere debuit tali nepoti vel nepti vel fratri tali si

[8] differentia, MG; om., OC, CE. [9] si, OA, OB, MA, MB; sicut, Y. [10] rece(i)perit, OC, MG, CE. [11] sic, OB, MB, CM, OC, CE, MG; om., MA. [12-14] Om., OB. [13] Om., MA, MB. [15] Om., OB, MA, MB. [16] igitur, MC, LA. [17] avunculi, OC, MG, CE. [18-19] Om., OB, MA, MB, CE. [20] amicis, MSS. var. [21] matartaris, OC, MG, CE. [22] herede, OC, MG, CE. [23] Om., OB, MA, MB, Y. [24] Om., OC, MG, CE. [25] Om., OC, MG, CE. [26] Michælis, OC, MG, CE. [27] Om., MC, LA. [28] quid. (= quidem?), OB, MA, MB, CM, Y. [29-30] Om., MC, LA, OA (marg.).

heredes de corpore defecerint.> quia nulli heredi descendit ius aliquod ab antecessore nisi per mortem antecessoris. Et unde cum filius moriatur in vita patris relicto herede filio vel filia, cum sint in potestate avi statim descendit eis[31] ius. Et unde si fiat narratio descensus, oportet quod fiat mentio de gradu vacuo per mortem filii ne fiat saltus[32] gradu prætermisso. Et dicatur sic: Et unde talis antecessor fuit seisitus etcetera, et de tali f. 374b] antecessore descendere debuit ius tali ut filio et heredi, et de tali ei[33] qui petit ut nepoti vel nepti et heredi, quia si aliter esset et ille qui in vita patris moreretur feloniam faceret,[34] eo[35] in descensu non computato, sic posset[36] hereditas et ius successionis immediate descendere nepotibus vel neptibus ab avo non obstante felonia patris, quod esset inconveniens. Sed cum[37] primogenitus in vita patris moriatur nullo herede de corpore suo[38] relicto sed fratribus, non oportet de fratre antenato qui in vita patris mortuus est facere mentionem in narratione descensus, licet ei ius descendere deberet, tum quia fratres superstites sunt adeo propinqui heredes in gradu quoad seisinam sicut ille fuit qui mortuus est, tum etiam[39] quia[40] primogenitus eorum qui superstites sunt statim post mortem fratris præmortui incipit esse loco ipsius heres propinquior patri[41] communi. Et unde quamvis primogenitus præmortuus feloniam fecerit,[42] hoc non nocet fratribus superstitibus cum non essent ipsius heredes dum pater viveret, nec eius heredes esse possunt cum[43] esse desierit in vita patris communis et antequam ei aliquod ius descenderet. Sed re vera forisfacit[44] talis quidquid habuerit[45] tempore feloniæ perpetratæ, si fuerit de felonia convictus, et quidquid ei accidere posset heredibus suis[46] tunc exsistentibus et futuris, et omnibus qui esse possent[47] heredes sui. Perquisitum vero, si quod frater mortuus habuerit,[48] heredibus suis de carne sua venientibus et etiam fratribus vel[49] heredibus remotioribus forisfacit. Poterit etiam in narratione descensus de seisina alicuius[50] antecessoris tempore unius regis fieri mentio et de tempore cuius et narrari[51] usque ad tempus alterius regis, et fieri de eo mentio, et[52] sicut fit narratio descensus de seisina antecessoris a tritavo[53] usque ad trinepotem, ita poterit e converso a trinepote et de seisina eius usque ad avunculum et amitam et ulterius ascendendo, et eorum heredes propinquiores descendendo in infinitum. Et qualiter et ad

[31] ei, OB, MA, MB, CM. [32] solito, OC, CE; altero, MG. [33] Om., MC, LA. [34] fecisset, MC, LA; fecerit, OC, MG, CE, CM. [35] Om., MC, LA; eo quod, OC, CE. [36] possit, OB, MB, CM, Y. [37] Om., OB, MB, MA (corr.). [38] Om., OB, MB, MA (om. de corpore suo). [39-40] et, OB, MB; om., MA. [41] patris, OC, CE, MG (communis). [42] faceret, OA, OB, MB, Y. [43] nec, OC, MG, CE. [44] forisfaceret, MC, LA; -iat, V. [45] habuit, OC, CE, MC. [46] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [47] possunt, OB, MA, MB, MG. [48] habuit, MSS. var. [49] et, OB, MA, MB; om., OC, MG, CE. [50] Om., OB, MA, MB. [51] n. ulterius, OB, MA, MB. [52] Om., OB, MA, MB, Y. [53] triavo, MSS. var.

quos fieri debeat descensus in linea recta descendente vel[54] linea transversali ascendente,[55] cum ius recta linea reascendere non possit per quam descendit, videri poterit inferius de succesionibus, dum tamen si pro defectu heredum recta linea descendentium fieri debeat narratio descensus revertendo ad lineam transversalem ad aliquem qui multis retro temporibus mortuus fuerit, inquiratur tempore[56] cuius regis, ut si obierit tempore regis Henrici avi vel citra tenebit descensus, quia de tali tempore poterit quis probare ius suum et descensum. Si autem ante tempus talis regis obierit quandocumque,[57] inutilis erit actio propter defectum probationis.

Si abbas vel prior petant per breve de recto.

Si abbas vel prior vel alii viri collegiati[58] petant terram vel advocationem vel quid tale nomine ecclesiæ suæ de seisina prædecessorum suorum dicendo: Et unde talis abbas prædecessor[59] fuit seisitus in dominico suo etcetera, non fiat narratio[60] de abbate in abbatem vel[61] priore ir priorem, nec de abbatibus vel prioribus mediis fiat mentio, quia in collegiis et capitulis semper idem corpus manet[62] quamvis omnes successive moriantur et alii loco ipsorum substituantur, sicut dici poterit de gregibus ovium, ubi semper idem grex quamvis omnes oves sive capita successive discedant,[63] nec succedit aliquis eorum alteri[64] iure successionis ita quod ius descendat hereditarie ab uno usque ad alium, quia semper ius pertinet ad ecclesiam f. 375] et cum ecclesia remanet, secundum quod videri poterit in cartis religiosorum de feoffamento, ubi manifeste videri poterit quod[1] donatio facta est primo et principaliter deo et ecclesiæ tali, et secundario monachis vel[2] canonicis ibidem deo servientibus. Et ideo si abbas vel prior, monachi vel canonici successive obierint, domus[3] in aeternum permanebit. Et unde cum abbas vel prior vel alii viri collegiati petierint terram vel advocationem versus aliquem per breve de recto, proposita intentione et fundata secundum quod supra dictum est et nomine ecclesiæ, fiat sic irrotulatio: Talis abbas vel prior vel alius petit versus talem tantam terram cum pertinentiis etcetera ut supra, vel[4] talem advocationem, scilicet[5] advocationem[6] talis ecclesiæ cum pertinentiis, ut ius ecclesiæ suæ. Et unde talis abbas vel prior vel alius prædecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure temporis pacis etcetera, ut supra. Et ita quod præsentavit

[54] et, OB, MA, MB. [55] descendente, OC, MG, CE. [56] de tempore, OC, MG, CE. [57] quandoque, OC, MG, CE. MB; quocumque, MA. [58] religiosi, MC; religiati, LA. [59] p. suus, V, OB, MA, MB, Y. [60] mentio, MC, LA. [61] vel a, MC, LA; vel de, V, MB. [62] maneat, OA, OB, MA, Y (corr.). [63] decedant, V; descendant, OB, MA; d. et, OC, MG, CE. [64] alterius, OC, MG, CE.

[1] quia, OC, MG, CE. [2] et, OB, MA, MB, OC, CE. [3] dominus, MSS. gen.; dous, Y; *sic*, MB, MG, CM. [4] et, OB, MA, MB. [5-6] Om., OA, OB, MA, MB, Y.

ad eandem ecclesiam talem clericum nomine,[7] et qui[8] ad præsentationem suam[9] fuit admissus ad eandem ecclesiam. Et inde cepit[10] expletia ad valentiam quinque solidorum et plus sicut in decimis, oblationibus et aliis obventionibus.[11] Et quod tale sit ius suum et ecclesiæ suæ offert etcetera. Et ita quod nulla fiat[12] mentio de aliquo descensu neque de abbatibus neque de prioribus mediis, cum non sint heredes nec aliquod ius descendat personis ipsorum, sicut esset si ius hereditarie descenderet ad heredes. <Et de hac materia inveniri poterit de termino Paschæ anno regis[13] Henrici quarto decimo comitatu Huntingdoniæ, de Willelmo archdiacano[14] Wellensi.> Idem[15] erit observandum in personatibus et præbendis[16] si persona vel canonicus placitaverit per breve de recto, et tunc dicatur: *Peto tantum terræ cum pertinentiis* etcetera ut supra, *ut ius ecclesiæ meæ*, vel *ut ius præbendæ meæ, et unde talis persona vel canonicus prædecessor meus fuit seisitus in dominico* etcetera, *ut de iure ecclesiæ suæ*,[17] vel[18] *præbendæ suæ*,[19] etcetera ut supra.

Si plures sint petentes omnes nominentur in brevi sive legitimi sive bastardi vel servi.

Si vero petat quis seisinam antecessoris sui per breve de recto ubi terra vel aliud datum fuerit pluribus simul, sicut pluribus legitimis vel[20] bastardis, participibus, heredibus vel extraneis, item coniunctim[21] sicut in maritagium viro et uxori vel alio modo, in narratione descensus de omnibus oportebit facere mentionem ita: Et unde A., B., C., D. fuerunt seisiti in dominico suo etcetera ut supra. Et ita quod quia[22] tales mortui fuerunt sine herede de se accreverunt eorum partes superstitibus, et ita quod ius terræ illius descendit heredibus eorum qui fuerunt superstites, scilicet tales.[23] Et quia unus illorum, scilicet talis, obiit sine herede de se, descendit ius totius terræ tali et de tali illi qui nunc petit. Et quod tale sit ius suum offert etcetera. Si autem petatur de seisina viri et uxoris quibus data est terra[24] in [25] maritagium vel alio modo, tunc dicatur sic: *Et unde A. et B. uxor eius fuerunt seisiti in dominico suo ut de feodo et iure, ut*[26] *de*[27] *maritagio ipsius B. tempore talis regis et tempore pacis* etcetera ut supra. *Et de prædictis A. et B. descendit ius terræ illius tali ut filio et heredi* etcetera ut supra. Et de hac materia inveniri poterit in rotulo de termino Sanctæ Trinitatis

[7] nomine R., V, MG; n. I., MB. [8] Om., OB, MA, MB; quod, Y. [9] Om., OB, MB; eandem, CM. [10] recepit, V; excepit, OA, MC, LA (corr.). [11] conventionibus, OA; eventionibus, LA. [12] ibi fiat, MC, LA. [13] regni regis, OC, MG, CE. [14] arcisun, OC, MG, CE. [15] item, OA, OC, MG, CE. [16] præbendaris, OC, CE; -dariis, MG. [17] Om., V, OB, MB; meæ, MA. [18-19] Om., OB, MA, MB. [20] et, OB, MA, MB, CM. [21] coniunctum, OC, CE; coniunctis, MG. [22] Om., MC; *sic*, MSS. gen. [23] talibus, OC, MG, CE. [24] Om., OB, MA, MB. [25] et, OA, LA. [26] et ut, OA, MC, LA, CM, Y. [27] Om., OB, MA, MB, CM.

anno regis Henrici quarto comitatu Wiltoniæ, de Willelmo de Lusteshulle et Willelmo de Covelesfeld.[28] Et nisi de omnibus fiat mentio cadit assisa. Item si ab eo incipiatur narratio qui numquam fuit in seisina cadit similiter
f. 375b] actio, et petens ammitit si hoc fuerit recognitum. Ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici tertio circa finem rotuli. Item eodem modo si erratum fuerit in persona eius de cuius seisina petitur, ut si quis petat de seisina matris ubi petere deberet[29] de seisina patris vel e converso. Et idem erit si erratum sit in nominibus propriis, ut si antecessor vocetur uno nomine et nominandus esset alio. Et idem dici poterit de omnibus aliis nominandis in descensu. Item idem erit si aliquis omittatur qui nominari deberet,[30] vel[31] si aliquis gradus prætermittatur. Item idem erit si erratum fuerit in re petita, ut si una res petatur pro alia. Item si quis[32] omiserit aliquem in narratione descensus qui plus iuris habuerit, vel tantundem quantum habet ille qui petit. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Hillarii et de termino Paschæ anno regis Henrici quinto circa finem rotuli. Item si petatur de seisina alicuius per descensum qui villanus fuit. Et si excipiatur ipsum esse liberum, procedet[33] magna assisa inter petentem et tenentem per verba inferius exprimenda.

Quibus possit ius descendere.

ITEM videndum quibus ius descendere possit. Et sciendum quod liberis hominibus heredibus et[34] recta linea descendentibus, tam masculis quam feminis præsentibus et absentibus, tam illis qui plenæ ætatis sunt quam illis qui sunt infra ætatem. Item tam idiotis[35] quam discretis. Item tam mente captis quam illis qui sunt sanæ mentis, quod quidem dici posset[36] de furiosis sive gaudeant dilucidis[37] intervallis sive non. <Et hoc quia descensus iuris non requirit consensum heredis, sed consensum requirit aditio hereditatis[38] iuris descensus, quia absenti et ignoranti descendit ius, sed seisina sine consensu non adquiritur.> Tales enim cum animum non habuerint adquirendi in tali statu adquirere non poterunt seisinam si furor sit perpetuus, sed[39] si non perpetuus,[40] tunc poterunt retinere[41] sicut quilibet minor, tutore tamen auctore vel[42] per se. Et cum semel possidere inceperint furiosi et mente capti, numquam in tali statu desinere possunt possidere durante furore non magis quam minor ante ætatem. Sed hoc facere possunt[43] stulti et[44] idiotæ[45] quia habent consensum et dissensum,[46]

[28] Chevelesfeld., Coulefelde, Covelesfeude, Conelfend., Odulefelde, MSS. var. [29] debet, MC, LA; debeat, MG. [30] debet, OB, MB; om., MA. [31] ut, MC, LA, MB, CM. [32] aliquis, MC, LA. [33] et p., MC, LA; procedit, V, OC, MG, CE; -dat, MA. [34] a, V; ex, MB; om., CM. [35] i(y)deotis, V, MSS. var. [36] possit, OC, MG, CE. [37] de d., MC, LA. [38] h. non, OC, MG, CE. [39-40] Om., OB, MA, MB. [40] sit p., MC, LA, CM. [41] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [42] ut, OC, MG, CE. [43] non p., V. [44] Om., OC, MG, CE. [45] i(y)deotæ, V, MSS. var. [46] di(e)scensum, OC, MG, CE.

quod quidem non habent supra dicti. Et[47] de surdo et muto naturaliter si omnino audire non possit[48] neque loqui. Si autem tarde illud idem dici poterit quod adquirere poterunt[49] et retinere et ad alios transferre, quia ad minus consentire poterunt per signa et per nutus. <Sed naturaliter surdus et mutus per se nec per procuratores[50] adquirere possunt seisinam neque dare possunt[51] nec sibi aliquid stipulari, quia mutus verba proferre non potest[52] stipulationis nec surdus verba stipulantis audire, sed per alios sicut tutores vel curatores quia animo alieno et corpore.> In fine notandum quod nulli poterit ius descendere cuius[53] pater vel mater vel alius antecessor per quem fieri debeat descensus vivus fuerit et sanus, bonæ memoriæ vel non, quamvis antecessor suus se dimiserit et hereditatem heredi suo dimiserit. Et hoc autem non habebit heres actionem hereditariam quod ius possit ei descendere in vita antecessoris, licet antecessor in sæculo remanserit vel habitum religionis assumpserit. Ut de termino Sancti Hillarii anno regis[54] Henrici septimo. <Item poterit ius descendere feloni post feloniam sicut ante, et cum eo remanebit et ad heredes descendet ius donec convicatur de felonia. Sed eo[55] convicto[56] numquam descendet ad heredes sed reascendet ad capitales dominos a quibus primo processit, quia alibi non habet quo descendere possit, et semper sequetur seisina ius merum, et erit tenementum eschaeta dominorum.>

Quod donatario nihil iuris descendere poterit de seisina donatoris vel antecessoris.[57]

EODEM modo si donatio facta fuerit ab aliquo antecessore qui nominatur in descensu, numquam fiet descensus ad heredem donatarii de seisina f. 376] antecessoris illius donatoris. Ut si dicatur: *Et unde talis antecessor fuit seisitus* etcetera, *et de tali descendit ius terræ illius tali ut filio et heredi, qui terram dedit tali antecessori petentis,*[1] *et unde ius terræ illius descendit ad illum qui nunc petit ut filio et heredi, et sic impedit donatio descensum ad petentem, per quod ei denegatur actio hereditaria ex tali descensu.* Poterit enim donare quis id quod habet, scilicet seisinam et[2] ius,[3] actionem vero[4] hereditariam cedere[5] non poterit alicui ubi necesse erit petere per descensum.[6] Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici septimo comitatu Cantebrigiæ,[7] de

[47] sed, V, OA, Y, OB, CM; om., MA. [48] possunt, V, OC, MG, CE, MB. [49] possunt, MC, LA. [50] curatores, OA; iuratores, OC, MG, CE. [51] Om., OC, MG, CE. [52] possit, OC, MG, CE. [53] cum, OC, MG, CE. [54] regni regis, OC, MG, CE. [55] ea, MC, LA. [56] convicta, MC, LA, OA. [57] a. sui, OB, MA, MB, CE.

[1] petenti, OC, MG, CE. [2] Om., OA, OB, MA, Y. [2-3] ius et, MSS. var. [4] Om., OA, Y, OB, MA, MB; ius vero, OC, CE; ius, MG. [5] cadere, OC, CE; concedere, CM; om., MG. [6] p. Item nec præsentationem, V, OC, CE, CM; per præsentiationem, MG. [7] Cantiæ, CM; Cant., MB, CE.

Alano de Bassingeburne et Roberto de Insula de advocatione ecclesiæ de Wynepol, et unde idem Alanus petiit advocationem illam de seisina antecessorum prædicti Roberti donatoris. Item descendit ius alicui per modum donationis exclusis penitus a successione veris et proximis heredibus donatoris, ut supra de donationibus, sed non per descensum sed per modum.

Proposita intentione actoris videat tenens an sit iurisdictio et iustitiarius qui iudicare possit. Item an sit ibi actor.

Proposita sic intentione petentis et fundata ut prædictum est a petente, imprimis videat tenens an sit ibi iudicium, scilicet iustitiarius qui iudicare possit et iurisdictionem habeat ordinariam vel delegatam, quia ex hoc aliquando poterit ei competere exceptio iurisdictionis peremptoria. Postea vero an sit ibi actor, petens scilicet vel querens, et tunc si habeat actionem. Et[8] si actionem habeat,[9] tunc[10] si[11] statim procedere possit[12] vel ad tempus remanere debeat in suspenso. Ex hoc enim competere poterit tenenti exceptio[13] dilatoria vel peremptoria, secundum quod exceptio proposita fuit contra ipsam actionem vel contra[14] personam agentis. Si autem nihil sit quod excipi possit[15] contra prædicta, tunc videndum an libellus conventionabilis, breve scilicet conveniens sit actioni et in nulla sui parte vitiosum, cum ex hoc dari possit[16] exceptio tenenti. Quæ quidem si per omnia conveniant, tunc demum videndum an tenens totam rem teneat[17] quæ petitur, cum certa[18] res debeat in iudicium deduci, vel si eius partem tunc quotam,[19] vel si omnino nihil, et similiter si res petita pertineat[20] ad iurisdictionem iudicantis. Et ideo petitur visus rei petitæ, quia ex hoc competere poterit exceptio tenenti ne sit actio inanis cum tenente cum rem restituere non possit vel non totam secundum quod petitur. Et cum hæc omnia sic concurrant, tunc respondeat tenens de principali per se vel per attornatum, nisi[21] warantum habuerit quem vocare voluerit, qui cum warantizaverit ut infra[22] dicetur plures competunt ei[23] exceptiones, quæ principali tenenti non competunt. Et vice versa plures competunt tenenti principali quæ non competunt waranto si ordinate proponuntur et rite, quas quidem si[24] tenens[25] principalis omiserit[26] in initio litis antequam warantum vocaverit, per waranti vocationem tam pro se quam pro waranto suo illis[27] videbitur tacite renun-

[8-9] Om., OB, MA, MB, OC, MG, CE, Y. [10] Om., OB, MA, MB; et, MC. [11] Om., V, OC, CE, MA. [12] posset, MC, LA. [13] Om., OB, MA, MB, Y. [14] Om., OB, MA, MB; qua, LA. [15] poterit, V, MB. [16] posset, MC, LA. [17] teneant, V, OC, CE. [18] Om., OB, MA, MB. [19] quantum et qua causa, OC, CE; quo casu, MG. [20] permaneat, OA, OB, MA, MB. [21] vel, CE, CO (+); om., MG. [22] ita, CM, MG, MC, LA. [23] esse, LA, OA, CM; om., MC. [24-25] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [26] amiserit, OC, MG, CE. [27] *sic*, MB, MM; illas, MA; ille, V; ill., OA, Y, OB, MG, CM; vel, LA, OC, CE.

tiasse, sicut sunt fere omnes exceptiones provenientes ex præparatoriis iudiciorum. <Sed re vera si rectus ordo proponendi exceptiones servetur, primo oportet proponere illas quæ petunt[28] super iurisdictione iudicis, et postea confirmare personas partium et alias quæ dilatoriæ sunt, sicut de summonitionibus et vocatione ad iudicium et huiusmodi, et tunc super editione facienda, et tunc demum ut res certa in iudicium deducatur et de visu faciendo.>

De visu petendo et quare faciendus est visus.

f. 376b] CUM autem onerosum esset de singulis exceptionibus tractare suo loco et per se, et[29] utilius et facilius ut videtur erit omnes quasi in unum fasciculum colligere et de omnibus simul tractare per ordinem.[6] Ideo omisso hic[30] tractatu de exceptionibus tractetur de visu petendo, ut certa res in iudicium deducatur, scilicet ut petens ostendat et tenentem certum reddat de qua re ipsum velit convenire. Fit autem visus aliquando parti aliquando iuratori, sicut in assisis in causa possessionis, et aliquando in[31] inquisitionibus de rebus de quibus habetur contentio inter partes, et de loco et de facto sicut in transgressionibus, nec refert utrum quis parti adversæ visum faciat de re petita vel quod tantundem valeat, et ita quod res per metas certas et per designationem locorum et[32] nominum[33] quod res certa designatur.[34]

De visu faciendo et cui[35] non visus scilicet vel quod tantundem valeat.

VIDEAMUS imprimis cui faciendus sit visus et cui denegetur et ubi non iacet visus. Et sciendum quod viso[36] eo ubi non iacet et cui denegetur, per[37] consequens videri poterit cui competat visus. Denegetur[38] quidem tenenti visus in placito de proparte sororum, quamvis in brevi nominetur manerium cum pertinentiis, quia soror petens versus sororem nescit designare nec specificare potest quæ pars ei accidere debeat in proparte, et propterea[39] nihil[40] aliud petit nisi rationabilem partem suam quæ[41] eam contingit de tota terra quam sorores participes tenent de hereditate communi, de qua pater[42] vel[43] alius[44] antecessor communis obiit seisitus ut de feodo, et quamvis obici posset[45] ut videtur quod alii tenent partem de eadem hereditate de qua ille qui tenens est nihil habet in dominico nec in servitio. Et est ratio quod visus non iacet in hac parte, quia si[46] plures petant nulla scire potest[47] per se quæ pars ei accidere debeat ad partem

[28] competunt, V, LA. [29] Om., V, MA, MG. [30] sic, OC, MG, CE. [31] de, OC, MG, CE. [32] Om., MSS. var. [33] omnium, OC, MG, CE. [34] designatur, OC, MG, CE, CM. [35] cui et cui, OA, OC, CE. [36] visio, OB, MB; visus, MA. [37] et per, OC, MG, CE. [38] denegabitur, V, OC, CE; denegetur, MB. [39] præterea, OA, Y, MB; ppea., OC, CE; pa., MA, [40] Om., OB, MA, MB. [41-42] Om., OA, OB, MB, Y. [41-45] Om., MA. [43-44] unde aliquis, OB, MB, Y. [46] Om., OB, MA, MB. [47] possit, OC, CE; posset, MG; debet, CM.

suam. Et[48] ad hoc facit quod habetis inter prima placita post guerram comitatu Bukinghamiæ, de Willelmo de Abryncis[49] et Matillide uxore eius. Contrarium tamen videtur et[50] quod visus iaceat,[51] de termino Sancti Michælis anno regis[52] Henrici secundo post guerram comitatu Essexiæ, de Matillide de Say et Willelmo de Maundeville. Quod quidem sic solvitur ut videtur quia primum breve loquitur de proparte sororum ubi antecessor nuper obiit: et unde sufficit pro visu per[53] hoc quod dicitur de tanta terra unde talis qui nuper obiit obiit seisitus. In secundo vero casu certa[54] pars[55] hereditatis petita fuit per aliud breve de recto quam per breve nuper obiit, ubi certa pars non distinguitur,[56] et ideo visus denegandus quia[57] nescit quæ[58] pars ei accidere debeat certa de toto. Et si visum petat de toto, adhuc valere non debet quia habet quod tantundem valet, scilicet de hereditate unde talis fuit seisitus qui nuper obiit. Et hæc vera
f. 377] sunt sive coheredes et participes petant versus participem sive extraneam personam. Et quamvis petatur terra per breve de recto ut de[1] proparte, non erit visus denegandus cum non habeat tenens forte id quod petitur, nec pro visu quod tantundem valeat.[2] <Item denegatur visus in placito dotis de terris et tenementis de quibus vir mulieris obiit nuper seisitus, quia habet tenens quod tantundem valet, ut infra eodem.[3]> Si autem manerium aliquod petatur sine pertinentiis visus denegabitur, quia aut tenens confiteatur statim quod illud teneat vel[4] quod non teneat,[5] et secundum hoc respondeat vel quietus recedat, quia manerium satis designatur ex nomine. Si autem dubitetur, fiat inquisitio sub pœna ioci[6] partiti. Si autem petatur medietas manerii quod non sit divisum nec partitum etiam sine pertinentiis, denegabitur visus quia ignorari poterit quæ medietas pertineat[7] ad petentem. Si autem manerium partitum sit et petatur[8] medietas sine pertinentiis, eodem modo denegabitur visus. Si autem cum pertinentiis aliud erit ut infra dicetur. Item cum medietatem petat quis alicuius manerii cum sit indivisum cum[9] pertinentiis vel sine, si visum petat[10] de toto, non ei denegabitur ad similitudinem dotis secundum quod inferius dicetur. Denegabitur etiam visus intrusori cum res specificata fuerit in quam se intruserit sine pertinentiis, vel si fiat quod tantundem valet ut supra dictum est. Et ideo maxime si recens fuerit intrusio. Recens dico unius anni vel minoris temporis. Et hoc cum ille

[48] Om., OB, MA, MB. [49] Abrintis, Abuncis, Albrut., MSS. var. [50] Om., OB, MA, MB, Y. [51] iacet, OB, MA, MB; i. ut, OC, MG, CE. [52] regni regis, OC, MG, CE. [53] Om., V, OB, MA, MB, Y. [54] tertia, V, CM. [55] res, OB, MA, MB, Y. [56] distringitur, V, CE. [57-58] quæ, OC, CE; quia, MG.

[1] in, MG; om., OC, CE. [2] valet, OB, MA, MB, CM. [3] de eodem, V. [4-5] Om., MSS. var. [6] loci, MSS. var. [7] pertinet, V, MA, CM. [8] Om., OC, MG, CE. [9-10] petatur, OC, CE; petitur, MG.

qui ius habet in re statim post intrusionem sibi perquisiverit in crastino vel infra septimanam, nisi rationabili de causa fuerit impeditus. Denegabitur[11] etiam quandoque visus in petitione dotis ubi mulier nomine dotis petierit aliquod manerium sine pertinentiis unde nominatim dotata fuit. Ut si dicat: *Peto tale manerium ut dotem meam unde A. quondam vir meus me nominatim dotavit ad ostium ecclesiæ die quo me desponsavit.* Et in hoc casu tenens nullum visum habebit ratione pertinentiarum quæ non nominantur, quod quidem aliud esset si cum pertinentiis, quia posset mulier petens tales ostendere pertinentias de quibus tenens nullam partem advocaret. Item in petitione dotis denegatur visus propter incertitudinem, ut si nomine dotis petat mulier tertiam partem alicuius manerii cum pertinentiis vel sine, visum non habebit quia nullam certam partem designare potest.[12] Si autem visum petierit de toto[13] tenemento[14] unde petit tertiam partem visum habebit. Item si cum tenens visum petierit respondeat mulier quod non petit[15] nisi tertiam[16] partem de eo unde vir suus seisitus obiit ut de feodo, et tenens totum teneat et vir recenter obiit, tenens visum non habebit cum habeat quod tantundem valet, scilicet unde vir suus obiit seisitus. Item denegabitur visus mulieri, si heres agat contra eam de dotis admensuratione cum ipsa totum teneat de quo petitur admensuratio, et ratione præmissa quia vir[17] suus obiit nuper inde seisitus in tali villa. Et hoc verum est nisi[18] ipsa aliud tenementum teneat in eadem villa. Item nec iacet visus propter incertitudinem sive nominentur pertinentiæ sive non. Ut si quis sic petat aliquam terram et sic dicat: *Peto tantam terram cum pertinentiis, scilicet quidquid tenens tenet*[19] *in tali villa ultra*[20] *decem libratas terræ de dono talis,* quia terra quæ petitur specificari f. 377b] non potest[21] nisi prius facta extensione decem libratarum, et viso et[22] probato quantum terræ talis teneat in tali villa, tunc[23] primo procedat sine visu de residuo quia præambula erit extensio. Ut inter placita quæ sequuntur regem coram S. de Segrave, de Thoma de Donholme[24] cive Londoniæ. Et hoc verum esse poterit nisi visum petat de toto unde petit residuum ultra decem.[25] Plures etiam possunt esse tenentes successive quorum nullus visum habebit si petierit nisi tantum primus tenens. Verba gratia: A. petit versus B. tantam[26] terram cum pertinentiis ut ius suum. Si B. visum petat visum habebit, et nullus alius, quamvis warantum vocaverit usque ad decem. Item nec tenens nec warantus, ut si idem B. antequam visum

[11] denegatur, Y, LA, MG; -etur, MB. [12] possit, OC, CE; posset, MG. [13] tanto, OC, MG, CE. [14] terræ, OC, CE. [15] petat, MA, MB; om., MG. [16] Om., OB, MA, MB. [17] ubi vir, OC, MG, CE. [18] ubi, OA, OB, MG, Y. [19] *sic*, OC, MG, CE, Y (+); om., MSS. gen. [20] usque, OC, MG, CE. [21] possit, OC, MG, CE. [22] Om., OB, MA, MB. [23] Om., OB, MA, MB. [24] *sic*, OB, MB; Dunholm., MSS. gen. [25] d. libra, OC, CE; d. libratas, MG; dotem, MA, MB. [26] certam, V, OA, OB, MB, Y.

petat vocaverit C. ad warantum, et C. cum[27] venerit per summonitionem, antequam warantizaverit vel post, visum petat: visum non habebit, quia tenetur warantus ad cartam suam respondere vel ad cartas antecessorum suorum in quibus specificatur terra illa petita. Et etiam si tenens cartas non haberet, scit aut scire debet[28] warantus quam terram tenens de eo tenuerit, et de qua terra cepit homagium et servitium illius qui eum ad warantum vocavit, et cum per iudicium vel alio modo warantizaverit, scire debet warantus quæ[29] et[30] qualis sit terra de qua vocatus sit ad warantum et quanta. Et sic fiet[31] de pluribus warantis quod dicitur de uno, quorum nullus visum habebit donec in placito illo perventum fuerit ad duellum, si inde contingat duellum vadiari. Et tunc post duellum[32] vadiatum et post vadia recepta fiat visus campionibus.[33] Et[34] quia visus non præcessit in toto placito, dicatur eis quod infra diem eis datum terram illam videant, et hoc est pro sacramento suo quod indc facient de visu suo, secundum quod inferius videri poterit de sacramentis campionum. Item non iacet visus postquam semel terra capta est in manum[35] domini regis per defaltam, quia sufficit quod tantundem valet, quia petens designare debet visoribus qualitatem terræ et[36] quantitatem,[37] quid et quantum petat et per quas metas, et cum sic capta fuerit, eodem[38] modo et in eadem quantitate peti debet per plevinam, quod quidem sufficit pro visu. Conceditur tamen quandoque visus post defaltam ex abundanti et[39] hoc pro[40] sacramento[41] campionum, ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto.

Si post visum petitum se essoniaverit tenens et postea dicat quod visum non habuerit.

Item denegatur quandoque visus, ut si semel concedatur et antequam tenens visum habuerit ad diem suum se fecerit essoniari, cum calumniari deberet quod visum non habuerit, secundum quod fit[42] de[43] summonitionibus, cum quis se essoniaverit ubi calumniari[44] deberet[45] brevem[46] summonitionem.[47]

Si de rebus incorporalibus iaceat visus sicut de iuribus.

Dicitur supra ubi visus non iacet in rebus corporalibus quæ videri possunt et[48] tangi[49] et ratio quare. Nunc autem videndum[50] si de rebus in-

[27] non, OB, MA, MB, CE, CM. [28] deberet, V, MG. [29] Om., OB, MA, MB; etiam, Y. [30] et, OB, MB; om., MA. [31] f. ei vel, CE, CO (+ vel); f. ei, MG. [32] d. sic, V, OB, MA, MB. [33] captionibus, OC, MG, CE. [34] Om., OB, MA, MB. [35] manu, OC, MG, CE. [36-37] Om., OC, MG, CE. [38] in eodem, OB, MA, MB. [39] ex, OB, MA, MB. [40-41] per sacramentum, OC, CE, CM. [42] sit, OC, CE; scilicet, MG. [43] Om., OC, MG, CE. [44] calumniare, V, MB. [45] debent, OC, MG, CE. [46-47] breve sum., MB, CM, OC, CE; breve de summonitione, MG. [48-49] Om., OC, MG, CE. [50] dicendum, OB, MA, MB.

corporalibus possit aut debeat fieri visus, sicut de iuribus[51] quæ insunt rebus corporalibus, sicut de iure advocationis, de[52] iure pascendi, eundi et f. 378] agendi et huiusmodi. Et quamvis huiusmodi iura videri non possunt cum sint invisibilia nec palpari[1] sicut corpora, tamen cum sine corpore vel[2] subiecto quibus insunt esse non possunt, res illæ videri possunt et palpari. Et unde sufficit pro visu quod res corporeæ in quibus iura consistunt designentur, vel per visum vel per quod tantundem valet. Per visum, ut si cui competat ius pascendi in fundo alieno, agendi vel eundi vel huiusmodi, sufficit si loca videantur in quibus iura sunt et consistunt, et sufficit si visus factus sit iuratoribus. Et eodem modo dici poterit de iniuriis. Sufficit enim si iuratores videant loca et facta, quamvis ipsa iniuria congrue loquendo videri non possit non magis quam ius. Est enim ius et eius contrarium quod est iniuria. Est enim iniuria omne illud quod non est ius, et quod[3] non magis videri poterit quam ipsum ius. Si quis enim in terris et tenementis quæ habuerit ad terminum vitæ vel annorum vel nomine alieno, sicut nomine custodiæ et huiusmodi, vastum fecerit, non conceditur visus[4] ei qui[5] queritur in iudicio. Sufficit enim si fiat visus inquisitoribus. Nec etiam conceditur visus in actione personali, ut si custodia et[6] maritagium alicuius petatur, non est necesse specificare vel designare quantitatem hereditatis. Si autem sic[7] dicat quis, *custodiam tantæ terræ*, videtur quod tunc sit aliud dicendum.

Si ius advocationis petatur et plures sint ecclesiæ.

Cum autem ius advocationis petatur, cum illud ius videri non possit, sufficit si corpora designentur[8] in quibus huiusmodi ius consistit. Et[9] sufficit[10] pro visu, ut si quis dicat: *Peto advocationem ecclesiæ Sanctæ Mariæ de tali villa cum pertinentiis*, et non sit nisi unica ecclesia Sanctæ Mariæ in eadem, sufficit pro visu quia[11] ius illud[12] esse non poterit in alia ecclesia. Si autem diversæ sint ecclesiæ, scilicet ecclesia beati Petri et ecclesia Sancti Andreæ, tunc designari poterit[13] ex nomine cui illarum insit illud ius advocationis quod petitur. Si autem plures sint[14] ecclesiæ constructæ sub nomine unius sancti, tunc oportet ita designare ex loco in qua[15] ecclesia sit illud ius advocationis quod[16] petitur. Ut[17] si dicat:[18] *Peto advocationem ecclesiæ quæ sita est in vico tali versus orientem*, vel *versus*[19] *occidentem*. Si autem sit qui dicat quod ratione pertinentiarum competat visus cum dicatur, *Peto advocationem illius ecclesiæ cum pertinentiis*,

[51] viribus, OA, OB, CM. [52] et de, OB, MA, MB, CM, Y.

[1] p. non possunt, CE, OC (+ non); possunt, MG. [2] et, OC, MG, CE. [3] Om., OB, MA, MB, CM. [4] ius, OA, OB, MA, MB, Y (corr.). [5] de quo, V, OC, MG, CE. [6] vel, MA, OC, CE. [7] Om., OC, MG, CE. [8] designatur, OC, MG, CE, MB (corpus). [9-10] Om., LA, MG. [11] quod, OC, MG, CE, CM. [12] Om., OC, MG, CE. [13] debet, OB, MA, MB. [14] Om., OC, MG, CE. [15] Om., OB, MA, MB, LA. [16] et, OA, OB, Y. [17-18] Om., OC, MG, CE. [19] Om., OB, MA, MB.

sciendum est quod non fit relatio pertinentiarum ad ipsum ius immo ad ecclesiam, secundum quod construitur lignis[20] et lapidibus, et non secundum quod ingressus et egressus pertinet ad ius pascendi et huiusmodi, et refectio ad ius eundi. Nec obstat quod dicitur quod in assisa ultimæ præsentationis iuratores videre[21] debeant[22] ecclesiam illam ad quam fit præsentatio, quia hic nihil agitur de iure, sed quod ecclesia ad quam præsentatur designetur, secundum quod lignis et lapidibus construitur: et quæ quidem omnino sunt diversa licet quoddam modo connexa.[23] <Et aliquando petitus fuit visus de advocatione ecclesiæ quia diversæ fuerunt ecclesiæ in eadem villa, sed postea per iudicium revocatus et ita quod breve de visu remansit, quia ecclesia in qua advocatio petebatur alio modo designari potuit per hoc quod tantundem valuit, scilicet advocationem ecclesiæ beati Petri. De hac materia de termino Sanctæ Trinitatis anno[24] secundo post guerram comitatu Cantiæ,[25] de abbate de Nutleye.>

Si ius advocationis capi debeat in manum domini regis.

Sed cum ius advocationis ecclesiæ incorporale sit, et per defaltam tenentis f. 378b] aliquando præcipiatur[26] vicecomiti quod illam capiat in manum[27] domini regis, cum sit incorporale, invisibile, impalpabile, et quod palpari non potest, qualiter potest in manum[28] domini[29] regis[30] capi, quod videtur esse impossibile? Respondeo:[31] re vera nullum ius esse poterit sine corpore et subiecto cui adhæreat. Si autem dicatur quod adhæreat fundo vel tenemento in quo ecclesia[32] sita est, tunc videtur prima facie quod capi debeat fundus, et per consequens ius advocationis illius.[33] Sed fundus non capitur quia ius advocationis fundo non[34] adhæret immediate, sed per medium[35] quod est[36] ecclesia talis, secundum quod construitur lignis et lapidibus et secundum quod superius[37] dictum est, ius advocationis talis ecclesiæ[38] et non ius advocationis talis[39] fundi. Et ideo cum ius advocationis adhæreat ecclesiæ dicatur[40] vicecomiti quod capiat ecclesiam in manum[41] domini regis simplici captione, et per consequens capit id quod inest corpori, sicut videri poterit de iure pascendi et huiusmodi.

Ubi visus iacet vel tantundem.

Ubi visus iacet? Et dico quod iacet generaliter. Imprimis de omnibus terris petitis per breve de recto aperto,[42] vel per[43] alia brevia clausa in quibus pervenitur ad duellum, et maxime propter sacramentum campio-

[20] ex lignis, MSS. var. [21-22] videbant (videant), OB, MA, MB. [23] annexa, LA, MA. [24] anno regis Henrici, CM, OC (regni regis). [25] Cantebrigiæ, CM, MM. [26] præcipitur, OC, MG, CE. [27] manu, OC, MG, CE. [28] manu, OC, MG, CE. [29-30] Om., OA, MC, LA, CM, Y. [31] *sic*, OB, MA, MB, MC; responsio, Y, V; ro., MSS. gen. [32] etiam, OC, MG, CE. [33] i. ecclesiæ, V, MA. [34] Om., MA, MB, CM. [35] modum, MC, LA. [36] Om., OB, MA, MB. [37] inferius, OC, MG, CE. [38-39] Om., OB, MA, MB. [40] dicat, OA, LA, MC, MG, CM; dicant, OC, CE; om., Y. [41] manu, OC, MG, CE. [42] apertum, Y, OB, MA, MB (apert.). [43] Om., MC, LA, CM.

num ut prædictum est. Et eodem modo si ad magnam assisam. Item[44] iacet ubicumque res corporalis petitur quæ aliter designari non possit, quod certa res deducatur in iudicium, nisi[45] videatur directe vel indirecte. Directe dico, ut si terra vel aliqua res corporalis petatur sine pertinentiis propter certitudinem corporis, quia tenens per hoc statim scire potest[46] utrum tale corpus teneat totum vel eius partem vel nihil. Indirecte, ut si alio modo designari possit per id quod tantundem valet quantum valet visus, et per quod[47] certitudo[48] haberi possit quæ et qualis sit res quæ petitur. Ut si dicatur: *Peto tantam terram cum pertinentiis unde talis nuper obiit seisitus, vel quam talis nuper warantizavit, vel totam terram quam talis tenet in eadem*[49] *villa,*[50] *si plus non tenuerit, vel*[51] *in comitatu vel in tali loco, vel talem quæ capta fuit in manum*[52] *domini regis et per tenentem replegiata, vel talem quam ego vel alius tibi tradidit,*[53] *vel de qua disseisinam fecisti, vel quam tenes de dono talis*[54] *vel de bailio*[55] *domini regis*, et huiusmodi. Item iacet in placito quo waranto ubi actio[56] datur tam in rem quam in personam ratione pertinentiarum, ut de eschaetis domini regis de terris Normannorum. Item iacet de tenementis de quibus aliquis redditus provenit. Et[57] si de redditu petatur non iacet,[58] nec etiam[59] erit redditus liberum tenementum nisi ex tenemento proveniat, quia de camera non,[60] vel huiusmodi. Item iacet visus de tenemento in quo quis communam petit[61] per breve de recto et ius pascendi, nisi[62] aliter designari possit ut supra dictum est, quia poterit ille qui convenitur tenementum habere in quo petens nullam communam clamare poterit. Item iacet visus si secta petatur ab aliquo si plura tenementa habeat in eadem villa, ut sciri[63] possit et certificari ratione cuius tenementi secta petatur, vel cum plures petat non debeat tenens nisi unam,[64] secundum quod videri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici secundo post guerram comitatu Cantiæ, de magistro militiæ templi. Et eodem modo in iuribus quibusdam iacet visus si res vel loca quibus iura insunt designari non possunt per id quod tantundem valet, sicut in communa pasturæ et huiusmodi.

De irrotulatione post visum concessum.

f. 379] Cum[1] autem visus denegari non possit, tunc fiat irrotulatio hoc modo:[2] A. petit versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut

[44] ubi, OC, CE; ibi, MG. [45] ubi, MSS. var. [46] possit, OC, CE; posset, MG. [47-48] certitudinem, OB, MA, MB. [49-50] N., MC, LA. [51] Om., OB, MA, MB. [52] manu, OC, MG, CE. [53] tradiderit, OC, MG, CE. [54-56] Om., OC, MG, CE. [55] ballivo, V; ballo., MSS. var. [57] ut, OB, MA, MB, Y. [58-59] Om., OB, MA, MB. [60] nomine, MC, LA. [61] petat, MC, LA, MG, CM. [62] non, MC, LA. [63] scire, OA, LA, MC, OC, MG, CE, Y. [64] unicam, OB, MA, MB.

[1-2] Om., OA, OB, MA, MB, Y.

ius suum etcetera, vel tantum redditus vel[3] talem communam pasturæ, vel quod ei faciat sectam et[4] huiusmodi etcetera. Et B. venit et petit inde visum de tenemento unde talis redditus provenit,[5] vel de tenemento in quo clamat talem pasturam, vel de tenemento de quo A. petit sectam et huiusmodi, secundum brevia originalia habeat. Dies datus est eis[6] in octabis etcetera. Et eodem modo si dos petatur vel aliud[7] quid[8] per breve de ingressu, tunc sic: A. petit versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut dotem suam, vel ut ius suum, et in quam idem B. non habet ingressum nisi per talem etcetera. Et sic variatur irrotulatio secundum varietatem placitorum,[9] et huiusmodi[10] irrotulationes variantur brevia quæ talia sunt.

Breve de visu faciendo si de toto.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione habere facias B. visum de tanta terra cum pertinentiis in N. quam A. de N. in curia nostra coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium clamat[11] ut ius suum versus prædictum B. Et dic quatuor militibus ex illis qui visui illi[12] interfuerint[13] quod sint coram eisdem iustitiariis nostris apud Westmonasterium vel coram nobis ubicumque tunc fuerimus in Angliæ, ad testificandum visum illum. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste etcetera. Variantur autem huiusmodi brevia multipliciter, et sic scilicet:[14] habere facias[15] visum B. de tenemento in tali villa unde redditus decem solidorum provenit, quem redditum A. de N. in curia nostra etcetera clamat ut ius suum versum prædictum[16] B. Et dic etcetera ut supra. Vel sic: visum de tanta terra cum pertinentiis in N. unde C. quæ fuit uxor D. nominatim dotata fuit. Vel si forte aliquam certam partem et separatam[17] petat pro[18] diviso,[19] tunc sic: visum de tanta terra etcetera[20] quam A. quæ fuit uxor B. in curia etcetera, clamat in dotem versus[21] eum.[22] Si autem clamaverit tertiam partem incertam[23] et indeterminatam alicuius totius, tunc sic: visum de tanta terra cum pertinentiis etcetera unde A. quæ fuit uxor C. in curia nostra etcetera, clamat tertiam partem in dotem versus eum. Et dic etcetera. Si autem placitetur de communa pasturæ per breve de recto quo iure, tunc sic:

[3] vel cum, OA, LA, MC. [4] vel, MC, LA. [5] pervenit, OA, LA, MC. [6] Om., OB, MA, MB. [7-8] aliquid, V; aliud, MB; aliquid quis, CE; aliud quis, OC. [9] placiti, OC, MG, CE, CM. [10] secundum h., V; h. etiam, OA, OB, MA, MB, Y. [11] Om., MC, LA. [12] Om., MC, LA. [13] interfuerunt, OC, MG, CE. [14] quod, OC, CE; om., MG. [15] facis, OC, CE, MG. [16] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [17] separatam, OB, MA, MB. [18-19] divisa, OC, CE; divisam, MG. [20] Om., OC, CE, MG. [21-22] in N., OC, CE; nomine N., MG. [23] in terram, MC, LA; et certam, OC, MG, CE.

Si ad breve de recto quo iure petatur visus de communa pasturæ.

Præcipimus tibi quod sine dilatione habere facias A. visum de communi[24] pastura[25] in tali villa, quam B. de N. clamat ut pertinentem ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia versus eundem A., et unde idem B. summonitus est in eadem curia nostra ad ostendendum quo iure talem[26] communam[27] clamat in terra ipsius,[28] desicut idem[29] nullam communam habet in terra ipsius B.,[30] nec idem[31] ei servitium facit[32] quare ibi communam habere debeat. Et dic[33] etcetera. Vel sic: visum de communa pasturæ in tali villa quam B. in curia nostra coram iustitiariis nostris[34] clamat versus eundem A. ut pertinentem ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia, et unde idem A. dicit quod prædictus B. nullam communam ibi habere debet eo quod idem B.[35] nullam communam habet in terra ipsius,[36] nec idem[37] ei servitium facit quare[38] communam habere debeat. Et dic etcetera. Et sic semper formanda erunt brevia de visu secundum formam brevium originalium.

Si quo waranto de terris Normannorum.

f. 379b] Si autem fieri debeat visus in[39] brevi quo waranto teneat quis terram aliquam quæ debet esse eschaeta domini regis, tunc sic: visum de tanta terra cum pertinentiis in tali[40] villa,[41] et unde idem[42] talis summonitus est ad ostendendum quo waranto tenet tantam terram cum pertinentiis in tali villa, quam nos in curia nostra clamamus versus eum ut eschaetam nostram de terris Normannorum.

Ad diem datum post visum habitum reincipiantur essonia.

Ad alium vero diem post visum concessum et factum, reincipiant partes si voluerint omnia essonia sua tam petens quam tenens. Et sive venerint sive non, vicecomes dicere debet quatuor militibus qui visui illi interfuerint quod sint ad diem datum ad testificandum visum illum. Ad quem diem sive partes venerint sive se essoniaverint, cum visus testatus fuerit per quatuor visores, semper stabitur eorum recordo. Et si forte essonium fuerit interiectum, fiat mentio semper[43] essonio quod visus testatus sit. Et si forte testatus non fuerit, et tenens ad diem suum venerit et docere possit[44] quod visum non habuerit, habebit alium diem, nisi ipse petens docuerit contrarium, sub periculo ioci[45] partiti.

[24] communa, V, MA, MB, OC, CM. [25] pasturæ, V, MB, OC, CM; om., MG. [26] tali, OA; tal., MC; om., LA, OC, MG, CE. [27] c. pasturæ, V, CM. [28] i. A., V, CM; A., OA; ille, MA; om., MC, LA. [30] Om., OB, MA, MB. [31] idem B., V, OB, Y. [32] faciet, MC, LA. [33] sic, OC, MG, CE. [34] nostris etcetera, MSS. var. [35] A., Y, OB. MB; om., MA. [36] i. B., OB, MA, MB, Y. [37] i. B., OB, MA, MB, Y. [38] ex quo, OC, CE; per quod, MG. [39] de, OB, MA, MB. [40-41] N., MC, LA. [42] Om., OB, MA, MB. [43] s. in. V; super, OA, LA, MC, CM; sr., MA, MB; sper per, MG. [44] poterit, OA, OB, MA, MB, Y. [45] loci, OA, LA, OB, MB, OC, MG, CE.

Si loquela posita fuerit ad magnam curiam de comitatu et contentio fuerit de visu habito in comitatu.

Cum autem placitum a comitatu translatum fuerit ad magnam curiam, et cum visum habuerit in comitatu, obiciatur ei in magna curia quod visum habuerit in comitatu, inquiratur a petente si de hoc ponere se voluerit super recordum comitatus, qui de hoc habet recordum, vel non. Et quo casu si petens hoc voluerit, fiet[46] recordum de hoc per comitatum et veniat[47] coram iustitiariis. Sed raro contingit quod tenens[48] eligat viam istam ad placitum suum differendum, cum[49] commodius sit ei iterum visum concedere quam de visu habito ad inquisitionem per comitatum procedere.

Qualiter petens debet designare tenenti rem petitam, ut sciri possit si illam tenuerit vel non.

In visu autem faciendo tenenti debet petens designare rem petitam omnibus modis quibus poterit coram illis qui ad hoc convocantur,[50] tam in corpore ipsius rei quam in eius pertinentiis, cum difficile sit de incerta re certum proferre iudicium. Et talis erit designatio, scilicet ut si dicatur: *Peto tale manerium per metas et divisas istas et tales pertinentias*, ut per hoc perpendi possit utrum tenens totum manerium cum pertinentiis teneat vel eius partem vel nihil. Et sufficit si manerium petierit cum[51] pertinentiis[52] per certas divisas, nec oportet omnes[53] glebas circuire,[54] et propter hoc non cadet[55] breve, si forte sit aliquis qui terram tenuerit infra corpus manerii, de qua tenens nihil[56] habuerit in servitio nec in dominico, dum tamen fiat protestatio a petente quod nihil inde clamat in dominico nec in servitio.

Si contentio habeatur quantum terræ positum fuerit in visu, aliquando fit inde iocus partitus.

Cum vero de visu facto aliquando inter partes fiat contentio, ut si dicat tenens quod petens plus posuit in visu suo vel minus quam in brevi contineatur, ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quarto decimo incipiente quinto decimo circa principium, sub pœna amissionis fiat inquisitio de veritate. Et secundum quod inveniri poterit de ter-
f. 380] mino Sanctæ Trinitatis anno regis[1] Henrici secundo post guerram comitatu Wiltoniæ, de Galfrido de Chillewike,[2] cum partes inde se posuerint in[3] inquisitionem patriæ et gratis se posuerint in certas personas, quatuor vel sex, cum quibusdam qui visui interfuerint,[4] tunc veniat inquisitio ad certificandum de veritate per tale breve.

[46] fiat, OC, MG, CE, MA, CM. [47] v. recordum, V, MG. [48] petens, V, OC, CE. [49] quia, OC, MG, CE. [50] vocantur, OA, OB, MA, MB, Y. [51-52] Om., OB, MA, MB, CM, Y. [53] per omnes, MC, LA. [54] currere, MC, LA; certificare, MA. [55] cadit, V, MB, MG, CM. [56] non, OC, MG, CE.

[1] regni regis, OC, MG, CE. [2] Chillewyll., Chillewok(e), Chalwyk., Chyllewych, Challewyk., MSS. var. [3] Om., OB, MA, MB. [4] interfuereunt, MSS. var.

Si fiat inde inquisitio tunc sic.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias[5] coram iustitiariis nostris etcetera tali die, A. servientem talis[6] et attornatum suum in loquela quæ est inter eundem talem et talem, de tanto terræ cum pertinentiis etcetera. Et similiter cum eo A., B., C., D. super quos prædicti tales se posuerunt, et præterea quatuor ex illis qui visui interfuerint[7] quem prædictus A. attornatus talis petentis scilicet fecit tali tenenti, scilicet de prato vel terra cum pertinentiis in tali[8] villa,[9] quod pratum vel quam terram idem talis clamat ut ius suum versus eundem talem, ad certificandum præfatos[10] iustitiarios nostros quid et quantum prati vel terræ idem[11] A. attornatus scilicet ipsius talis, petentis scilicet,[12] posuit in visu suo, et unde idem talis, tenens scilicet, dicit quod idem A. non posuit in visu suo nisi tantum prati vel[13] terræ, et[14] unde idem A. dicit quod posuit in visu suo tantum prati vel tantum terræ,[15] et in diversis locis et per tot particulas. Et ita se inde[16] interim certificent quod præfatos iustitiarios nostros ad eundem diem plenius inde certificare possint.[17] Et habeas ibi hoc breve. Teste[18] etcetera.[19]

Habito visu tunc warantum vocet tenens si voluerit si warantum habeat.

HABITO sic visu statim perpendere potest tenens utrum totam terram petitam teneat vel eius partem vel nihil: ut si totam teneat sic statim ad diem suum respondeat, vel si warantum habeat illum vocet qui ipsum in seisina sua defendat. Si autem nihil inde teneat in dominico nec in servitio, vel nisi eius partem, quod[20] de brevi illo quietus recedat. Sed quoniam quandoque melius erit et tutius tenenti warantum vocare quam in personam suam periculum defensionis suscipere, cum plures forte et aliæ competant exceptiones waranto quam tenenti, ideo prius tractandum erit[21] de waranto et eius vocatione.[22]

[5] facis, OC, CE; faciatis, MG. [6] Om., OC, MG, CE. [7] fuerunt, OB, MB, OC, MG, CE. [8-9] N., MC, LA. [10] prædictos, MC, LA. [11] eidem, OC, MG, CE. [12] Om., OB, MA, MB, Y. [13] vel tantum, V, CM. [14-15] Om., V, OB, MA, MB, MG, CM. [16] Om., MA, MB, LA. [17] possunt, V, MB. [18-19] Om., MC, LA. [20] Om., OB, MA, MB, Y. [21] est, OB, MA, MB. [22] occasione, OC, MG, CE.

DE WARANTIA

De waranto vocando post visum.

CUM tutius sit warantum vocare tenenti quam in propria persona subire defensionem, cum ex persona sua propria ad actionem omnino elidendam vel ad[23] tempus differendam non competat[24] ei exceptio peremptoria vel dilatoria, tunc si warantum habuerit illum statim vocet, aliquando per auxilium curiæ aliquando sine, secundum quod warantus f. 380b] fuerit sub potestate vocantis, et ita quod illum sine auxilio habere possit, vel secundum quod fuerit sub alterius potestate quod illum sine auxilio producere non possit. Sub alterius potestate dico sicut sub potestate domini regis, sive in regno Angliæ sive in Hibernia sive in Wallia, in aliqua parte quæ sit sub dominio[25] domini regis. Si autem fuerit qui vocatus est extra potestatem domini[26] regis, in vanum vocabitur per auxilium, quia tunc necesse habebit tenens illum producere[27] per se si possit, alioquin amittet.

Quid sit warantizatio.

IMPRIMIS videndum erit quid sit warantizatio. Et sciendum quod warantizare nihil aliud est quam defendere et adquietare tenentem qui warantum vocavit in seisina sua, quia quamvis warantus[28] warantizaverit, non tamen propter hoc transfertur seisina ad warantum nec aliud nisi defensio rei petitæ, quæ quidem defensio cum semel ad[29] warantum translata fuerit postmodum resumi non poterit a tenente, sed omnia[30] procedent sub nomine waranti, nec cum warantus warantizaverit[31] rem warantizatam reddere poterit[32] petenti contra voluntatem tenentis vel sine iudicio, quia defendere non est reddere[33] sine voluntate tenentis quin ei fiat disseisina. Sed cum voluntas tenentis vel iudicium intervenerit,[34] tunc statim et non ante transfertur seisina rei petitæ ad petentem, et tenens de re waranti excambium habeat ad valentiam.

Quis possit warantum vocare et de qua causa.

VIDENDUM[35] etiam quis possit warantum vocare et qua[36] de causa. Et sciendum quod warantum vocare poterit omnis qui non prohibetur,

[23] Om., MC, LA, OC, MG, CE. [24] competit, V, CM. [25] dominico, MB; potestate et dominico, V. [26] Om., OA, OB, MC, LA, Y. [27] perducere, LA, MA. [28] Om., OC, MG, CE. [29] Om., OC, MG, CE. [30] omnino, OC, MG, CE, CM. [31] warantizavit, MA, MB, OC, CE. [32] non p., OB, MA, MB. [33] Om., MC, LA. [34] intervenerint, OA, LA, MG. [35] v. est, OB, MA, MB. [36] de qua, OB, MA, MB.

sicut ille qui rem aliquam corporalem habuerit, sicut terram et tenementum ab aliquo ex quocumque iusto titulo vel iusta causa adquirendi, sicut ex causa donationis vel venditionis vel permutationis et huiusmodi, cum carta de warantia expressa et homagio aliquando, nisi[37] in eadem carta exprimatur quod non obstante homagio si donator ad warantum vocatus fuerit non teneatur[38] ad warantiam[39] nec[40] ad excambium, et sic vincit conventio legem. Item tenetur quis warantizare quandoque propter homagium etiam[41] sine carta, et sive sit maior sive minor, dum tamen ante ætatem minor qui vocatus fuerit[42] non respondeat ad warantiam.[43] Et idem dici poterit de iuribus sicut de custodiis[44] et maritagiis et huiusmodi. De hoc autem quod dicitur omnis[45] qui non[46] prohibetur, quia[47] non potest quis warantum vocare in pœnali actione ubi quis convincendus fuerit ex delicto vel iniuria propria, et[48] ubi fuerit pœna corporalis infligenda, cum pœna suos tenere debeat actores et non alios.

Quis vocari debeat ad warantum.

Item videndum quis vocari possit ad warantum. Et sciendum quod tam masculus quam femina, tam minor quam maior, dum tamen ut prædictum est si minor vocetur remaneat placitum de warantia in suspenso usque ad ætatem, nisi causa fuerit ita favorabilis quod ætas expectari non debeat, sicut est causa dotis. Item non solum vocandus est ad warantum ille qui dedit vel vendidit, verum etiam vocandi sunt eorum heredes descendentes in infinitum propter verba in cartis[49] contenta: *Ego et heredes mei warantizabimus tali et heredibus suis* etcetera. Et in quo casu tenentur heredes warantizare sive[50] sint propinqui sive remoti, remotiores vel remotissimi.[51] Et quod de heredibus dicitur, idem dici poterit de assignatis et de illis qui sunt loco heredum,[52] sicut sunt capitales domini qui tenentibus suis[53] f. 381] quasi succedunt, vel[1] propter defectum vel propter delictum, sicut de eschaetis dominorum. Et quod assignatis fieri[2] debeat[3] warantia[4] per modum donationis probatur de itinere Willelmi de Ralegha in[5] comitatu Warrewickiæ circa finem rotuli. Et hoc maxime si primus dominus capitalis et[6] primus feoffator ceperit homagium et servitium assignati.

[37] non, OA; vero, OB, MA, MB, Y. [38] tenetur, OC, CE, CM, MA. [39] warantum OC, CE; warantizandum, MG. [40] nisi, OC, MG, CE. [41] et, OC, MG, CE. [42] f. ad respondendum, OC, MG, CE. [43] warantum, OC, MG, CE. [44] custodibus, OC, MG, CE. [45] Om., OB, MA, MB. [46] Om., MC, LA. [47] quod, OB, MA, MB. [48] Om., OB, MA, MB. [49] carta, MC, LA. [50] cum, MC, LA. [51] remotissime, OC, MG, CE. [52] illorum h., V; illorum, OB, MA, MB. [53] Om., OB, MA, MB.

[1] Om., MC, LA. [2-3] facere debeant, OB, MA, MB, Y. [4] warantiam, Y, OA, OB, MB; war., MA. [5] Om., MC, LA, MA. [6] Om., OC, MG, CE.

Si minor vocatus fuerit ad warantum.

Si autem minor vocatus fuerit ad warantum de aliqua libertate sive per se sive cum[7] aliis, semper inquiratur imprimis utrum antecessor minoris seisitus fuit de tali libertate ut de feodo anno et die quo fuit vivus et mortuus, ad hoc quod detur dilatio[8] warantiæ vel non detur. Item vocari[9] poterit ad warantum et[10] vocare tam ille qui tenet ad vitam sicut ille qui tenet in feodo, et eodem modo ille qui tenet ad terminum annorum.[11] Et quod ille potest qui tenet ad terminum,[12] quamvis ratio se habeat in contrarium, probatur de[13] itinere Willelmi de Ralegha in comitatu Warrewickiæ, de quadam Sibilla quæ dotem petiit, circa finem rotuli.

Quandoque maritus vocat uxorem ad warantum.

Maritus[14] uxorem recte[15] vocat ad warantum etiam sine auxilio curiæ <nisi ita sit quod femina quæ[16] de costa viri sumpta fuit caput[17] excedens viro suo dominetur> si uxor in brevi non[18] nominetur, si recognitum fuerit vel convictum quod vir nihil teneat nisi nomine uxoris suæ, quamvis secundum quosdam potius deberet cadere breve: aliud tamen erit ut videtur si donationes factæ fuerint ante matrimonium cum seisina et usu per aliquod tempus, quod secus est constante[19] matrimonio. Et quo casu vir recte vocat uxorem sicut aliam quamcumque personam, et cum warantizaverit et vir amiserit uxor tenebitur ad excambium, quod non est in primo casu. Si autem e converso si vir uxori donationem fecerit ante matrimonium et uxor per se sine viro implacitetur, non magis sine viro respondebit quam de alia hereditate sua, et ipsum ut videtur vocare[20] poterit ad[21] warantum, et si amiserit quod vir teneatur ad excambium, secundum quod dicitur de uxore. Cum autem vir et uxor simul placitaverint et petant et vir attornatus fuerit uxoris, et ille qui tenet postmodum uxorem vocaverit ad warantum, oportebit quod ipsa iterum compareat in curia et attornatum faciat virum suum vel alium in placito warantiæ, quia vir non est attornatus in placito illo quamvis in placito principali, secundum quod videri poterit de itinere Martini de Pateshilla in comitatu Eboraci anno regis[22] Henrici decimo, de Petro de Malo Lacu et Isabella uxore eius et Iohanne de Besacre. Et sic fiat in omni placito cum tenens warantum vocaverit quod petens faciat attornatum de novo, quod quidem non est de tenente.

[7] per, OC, CE, MG (alios). [8] donatio, Y, OA, OB, MB; do., MA. [9] Om., OC, MG, CE. [10] Om., OC, MG, CE. [11-12] Om., OB, MA, MB, MG, CM. [13] in, V, LA, MB, CM. [14] m. quandoque, OC, CE, CM. [15] Om., OC, CE, CM. [16] Om., OC, MG, CE. [17] et capit, OC, MG, CE. [18] Om., OB, MA, MB. [19] Om., OC, CE, MG (om. est). [20] advocare, MC, LA. [21] in, MC, LA. [22] regni regis, OC, MG, CE.

Quibus modis obligetur quis ad warantizandum per cartam et finem factum.

f. 381b] ITEM quis vocari debeat et warantizare et cui dictum est. Nunc videndum qualiter et quibus modis obligetur quis ad warantiam, maior sive minor. Et sciendum quod per homagium, per[23] finem factum et per cartarum sive aliorum instrumentorum obligationem. Verba gratia: A. vocat B. ad warantum versus C. B. summonitus petit quod A. ostendat ei qua ratione vocaverit[24] eum ad warantum. Et si A. statim proferat cartam ipsius B. vel patris sui, vel alterius antecessoris sui cuius heres ipse fuerit,[25] et quæ[26] dedici non possit,[27] et si A. talis sit heres quod ei debeat warantizare,[28] ut si sit heres eius qui feoffatus est per cartam illam, vel eius assignatus vel heres assignati, cum carta de assignatis fecerit mentionem, et eodem modo si de illis quibus feoffatus[29] dare voluerit, vendere vel legare, et carta fecerit mentionem de warantizatione[30] et puro feoffamento, tunc oportebit quod idem B. statim warantizet et incontinenti ad melius quod poterit respondeat. Et quod dicitur de carta dici poterit de confirmatione, si confirmatio[31] ad warantizationem obligaverit confirmantem.[32]

Si minor vocatus fuerit statim ostendat tenens cartam vel aliud.

SI autem minor infra[33] ætatem existens vocatus fuerit ad warantum et constiterit quod minor sit, ne frivola sit vocatio, ille qui vocat statim in ipsa vocatione ostendat cartas suas vel aliud per quod præsumi possit quod minor teneatur ad warantiam, sive præsens fuerit vel[34] absens, quia hæc poterit esse ratio, cum sint nonnulli de iure suo diffidentes cum aliud remedium non haberent[35] ad litem protrahendam minorem[36] ad warantum vocarent. Quod[37] etiam de quolibet maiore dici posset warantum vocante maiorem vel minorem in assisis omnibus, ubi[38] si vocans de waranto suo defecerit, nulla alia subsequitur[39] pœna in odium defaltæ nisi quod per defaltam capiatur assisa. Cum autem a vocante warantum ostensæ fuerint cartæ et instrumenta, tunc videndum erit utrum pater vel alius antecessor minoris, si servitium petatur, fuit in seisina de servitio illo anno et die quo fuit vivus et mortuus. Et si ita fuit seisitus, tunc statim warantizet suo feoffato, sed loquela principalis inter

[23] et per, OB, MA, MB, CM; et, Y. [24] vocavit, MSS. var. [25] est, OB, MA, MB; fuerat, MG. [26] qui, OB, MA, MB. [27] poterit, OA, OB, MA, MB, Y. [28] warantizari, Y, OA, OB, MB; war., MA. [29] f. est, OB, MA, MB. [30] warantia, CM, MA; war., MC, LA. [31] confirmantem, OC, MG, CE. [32] confirmationem, OC, CE; confirmatio, MG. [33] et infra, OA, OB, MA, MB, CM, Y. [34] sive, V, MC, CM. [35] habeant, MC, LA. [36] nisi m., V, MA (+). [37] quid, OC, MG, CE. [38] vir, MC, LA. [39] subsequetur, V, OC, MG, CE, MA.

petentem et[40] minorem qui warantizavit tenenti usque ad ætatem waranti remanebit sine die, secundum quod probatur de itinere abbatis de[41] Radinge et Martini de Patishilla in comitatu Warrewickiæ, de Egidio de Erdingtone[42] qui summonitus fuit ad warantizandum Willelmo de Norfolcia. Et quia pater ipsius Egidii obiit seisitus de servitio ipsius Willelmi postquam ipse Egidius warantizavit ipsi[43] Willelmo, remansit loquela principalis sine die versus[44] petentem[45] usque ad ætatem Egidii. Et sic minor infra ætatem warantizabit suo feoffato[46] tenenti propter seisinam[47] antecessoris de servitio quod recepit a suo feoffato anno et die quo obiit. Si autem antecessor seisitus non fuit[48] anno et die etcetera, tunc minor infra ætatem nec ad warantiam nec ad principale placitum respondebit.

Aliquando sine cartæ ostensione vocatur minor ad warantum.

In casu tamen poterit minor vocari ad warantum et summoneri[49] sine cartæ ostensione, si infra ætatem vocatus fuerit ad warantum ab aliquo suo tenente ratione alicuius tenementi de quo infra ætatem feoffatus fuerit tenens, quia in utroque placito tam warantiæ quam principali respondebit. Et unde cum minor sic vocatus fuerit ad warantum, inquirendum erit utrum tenementum ratione cuius vocatus est ad warantum f. 382] sit sibi[50] hereditas descendens vel perquisitum. Et quod dicitur de servitio dici posset[1] de homagio.

Per homagium.

Per homagium vero captum obligatus est dominus ad warantiam qui homagium cepit. Quia esto quod tenens nullam cartam habuerit, vel cum habuerit illam non habet ad manum, sive feoffamentum illud fuerit novum vel[2] vetus, sicut a conquestu Angliæ, de quo raro contingit quod cartæ proferantur, si homagium intervenerit et hoc probari possit, capitalis dominus sine carta warantizabit. Et si forte dicat quod sine carta warantizare non debeat,[3] responderi poterit a tenente sic: *Tu teneris mihi terram petitam warantizare quia ego sum inde[4] homo tuus, et tu homagium meum inde cepisti, et in seisina es de servitio meo, et pater meus et antecessores patris mei fuerunt inde homines antecessorum tuorum.* Et quod ita sit producat sectam sufficientem, vivam vocem vel aliquem qui paratus sit hoc disrationare per corpus suum si opus fuerit. Et si ille qui vocatus

[40] Om., MC, LA. [41] Om., OA, LA. [42] Ecdington., Edyngtone, Ederington., MSS. var. [43] ipse, OC, CE; ipso, MG. [44] ubi, OA, LA, MG; nec, MC; om., OC, CE. [45] Om., OC, CE; petitum, MG. [46] f. et, V, MC. [47] disseisinam, OA, MA, MB. [48] fuerit, OC, MG, CE, CM. [49] summoniri, MSS. var. [50] Om., V, Y, OB, MA, MB; similiter, MG.

[1] possit, V, MA, MG; poterit, CM. [2] sive, OC, MG, CE. [3] debet, OB, MA, MB, MC, LA. [4] idem, OB, MA, MB, Y.

est hoc[5] dedicere non possit, etiam[6] sine carta warantizabit. Et hoc nisi ille qui vocatus est[7] docere poterit[8] homagium esse condicionale, scilicet salvo iure cuiuslibet in suo casu.

Si vocatus ad warantum homagium negaverit.

Si autem vocatus[9] homagium illud omnino negaverit et defenderit, tunc iustitiarii audiant probationes tenentis, qui si[10] probare possit quod sit homo talis et quod ipse talis homagium suum ceperit, vel antecessorum in forma prædicta, per iudicium warantizabit. Sed cum propter homagium vocetur aliquis ad warantum quod dedici non possit, numquid[11] poterit dominus pro voluntate sua homagium tenentis[12] sui[13] wayviare[14] et sic warantiam[15] evadere? Non. Quia ex[16] hoc[17] tale[18] sequeretur inconveniens, quod pro minimo servitio magnum quid[19] warantizaret[20] tenenti suo. Poterit tamen tenens quando[21] voluerit[22] tenementum suum wayviare vel illud domino suo restituere simul cum homagio et ex causa.

Item per cirographum et finem factum.

Obligatur etiam[23] quis ad warantiam per cirographum et finem factum, ita quod si A. proferat cirographum de fine facto in curia domini regis inter ipsum et B., vel eorum antecessores quorum heredes[24] ipsi sunt, tunc secundum illud cirographum, quod de facili dedici non poterit,[25] fiet[26] iudicium de warantizatione, in forma tamen supra dicta de minore si minor ad warantum vocatus fuerit, scilicet si[27] anno et die etcetera. Sed nonne tenetur minor[28] infra ætatem ad finem factum respondere etiam etsi non anno et die? De[29] hoc dicetur inferius de exceptionibus.

Item tacite vel expresse.

Non solum[30] obligatur persona feoffatoris ut prædictum est et rationibus prædictis. Poterit etiam obligari tenementum cum persona tacite vel expresse. Expresse,[31] ut si quis ita dicat in carta donationis, quod ipse et heredes sui warantizabunt donationem suam ex tali certo tenemento quod tunc tenent ad quemcumque postmodum pervenerit, et sic remanebit res expresse obligata ad warantiam. <Ut probatur in rotulo de termino Paschæ anno regis[32] Henrici sexto decimo comitatu Middelsexiæ, de Alicia de Ayler[33] et Ricardo Reinger,[34] ubi Alicia warantizavit per iudicium

[5-7] Om., MC, MG. [6] et, LA, CE. [8] possit, OA, CE, MG, CE, CM, Y. [9] Om., OB, MA, MB. [10] se, V, OB, MA, MB. [11] numquam, MA, LA; nuncquam, MC; numquod, MB. [12-13] Om., MC, LA. [14] warantizare, OB, MA, MB. [15] warantia, OC, MG, CE. [16-17] Om., OB, MA, MB, Y. [18] Om., OC, MG, CE, CM. [19] quod, MB, CE, CM. [20] numquam W., OB, MA, MB, Y. [21-22] Om., OC, MG, CE, CM. [23] Om., MC, LA. [24] et h., OC, MG, CE. [25] possit, OC, MG, CE. [26] fiat, OB, MA, Y, MB, MG; fecit, OC, CE. [27] in, OB, MA, MB, Y. [28] immo, OC, MG, CE. [29] et, OB, MA, MB; et de, V. [30] semel, OC, CE; simul, MG. [31] Om., OB, MA, MB. [32] regni regis, OC, MG, CE. [33] Willere, Vylere, Oyller, Biller, MSS. var. [34] Femg., Fing., Weng., MSS. var.

curiæ, quia habuit tenementum specialiter obligatum.> Tacite, ut si feoffator tempore donationis satis habuerit[35] unde warantizet,[36] etiam sine expressione id quod tunc habuit[37] remanet obligatum. Quia non valet obligatio personæ nisi habeat[38] si opus fuerit unde possit excambium facere. Et sic obligatur tenementum[39] tacite.

Si dominus capitalis ad quem terra pervenerit ut eschaeta vel alio modo cum non sit heres, quia res transit cum onere.

Sed quid si tenementum sic obligatum expresse vel tacite per[40] defectum vel propter delictum feoffatoris tamquam eschaeta deveniat[41] in manum[42] f. 382b] domini regis[43] vel[44] capitalis superioris? Quæro an ille teneatur ad warantiam cum ad warantum vocetur: et videtur quod sic, quia res cum onere[45] transit ad quemcumque.

Si rex debeat warantizare, dici poterit quod sine rege respondere non poterit.

Poterit etiam ipse rex inter alios ad warantiam obligari rationibus supra dictis, sed tamen vocari non potest sicut vocantur privatæ personæ quia summoneri[46] non potest per breve, et ideo dicere[47] poterit ille cui rex warantizare debet[48] cum quadam curialitate sic, quod sine rege non poterit respondere eo quod habet cartam suam de donatione vel confirmatione, per quam si amitteret rex ei teneretur ad excambium, vel alia ratione quia ipse rex est in seisina de homagio et servitio suo et huiusmodi. Et quoniam ita solet fieri multotiens quod tenens sine rege respondere non potuit,[49] ut litem protraheret ratione cuiuslibet chartæ quam proferret[50] in iudicio de confirmatione, provisum fuit et concessum coram ipso rege in dedicatione abbatiæ de Hayles[51] in præsentia novem episcoporum et coram comite Ricardo et aliis pluribus comitibus, quod nullus de cetero regem nominet in iudicio ut prædictum est nisi ita sit quod rex teneatur ad excambium si tenens amiserit: et secundum quod tunc[52] iudicatum fuit inter comitem Gloucestriæ et abbatem Sancti Eadmundi, quia cartæ[53] abbatis[54] per quas dicebat quod sine rege non potuit respondere, loquebantur tantum quod rex reddidit, concessit et confirmavit, et de nulla warantia per quam teneretur ad excambium si abbas amitteret. Et sciendum quod nihil aliud est dicere *non possum sine rege respondere*, quam vocare ipsum ad warantum licet per alia verba.

[35] habuit, OC, MG, CE, MC. [36] warantizaret, OC, MG, CE, MA. [37] habuerit, OB, MA, MB. [38] habeant, V, OA, CE; om., MA. [39] tenens, MC, LA. [40] propter, V, OB, MA, MB, Y. [41] peveniant, MB, OC, CE; adveniat, OB. [42] manus, MC, LA, CM; manu, OC, MG, CE, MA. [43-44] Om., MC, LA, OC, MG, CE. [45] honore, OC, MG, CE. [46] summoniri, MC, LA. [47] dici, MC, LA. [48] debeat, V, CM. [49] poterit, V, CM, MB. [50] profert, OB, MA, OC, MG, CE, CM. [51] Heyles, Heylis, MSS. var. [52] Om., OC, MG, CE. [53-54] abbas, MA, MB; abbatis, OB.

Warantus debet designari proprio nomine si possit vel quod tantundem valeat.

Cum autem quis warantum vocaverit, debet warantum suum designare proprio nomine si possit si fuerit in rerum natura. Si autem in utero matris aliud[55] erit dicendum, quia si in nomine erratum fuerit sive in persona tenens de facili poterit amittere. Vel si ita voaverit, *voco filium talis* sine expressione nominis, non valet talis vocatio cum talis plures habuerit filios, valet tamen si non nisi unum. Si autem ita vocaverit, *voco talem filium et heredem talis*, valet talis vocatio licet heredes plures habeat propinquos et remotos, quia hoc de propinquiore erit intellegendum. Sed quid si plures appareant qui se faciant[56] heredes, nec appareat quis eorum propinquior? Videtur quod sub disiunctione vocandus erit warantus, ut si dicatur *voco talem vel talem quicumque ipsorum*[57] *heres fuerit talis*: vel si heres in utero fuerit sic et ubi uxor petierit mitti in possessionem nomine ventris, ut si dicatur *voco talem proprio nomine qui apparens est, vel illum qui in utero est nisi ad monstrum declinaverit vel in utero mortuus fuerit*: et semper exprimi debet causa quæ dubitationem inducit vel incertitudinem, ut si dicat istum vel illum quicumque istorum obtinuerit, sicut inter avunculum et nepotem, legitimum et bastardum et huiusmodi. Sufficit enim si tantum faciat quantum facere potest cum[58] uterque se gerat pro
f. 383] herede. Et hoc fieri possunt ut videtur ad similitudinem exheredationum, quia si debeat quis exheredari nominatim debet exheredari, et eodem modo warantus nominatim vocari. Ut si dicatur: *Titius filius meus exheres*[1] *esto.*[2] Item[3] valet exheredatio et sufficit si dicatur: *Filius meus exheres esto*,[4] non adiecto proprio nomine, maxime si alius filius non existat, quia non refert utrum quid fiat vel quod tantundem valeat. Cum autem sit aliquis qui se faciat[5] heredem et hereditatem petierit, et mulier similiter si petat mitti in possessionem nomine ventris, vel cum plures se faciant heredes, nec constare potest quis eorum heres rectior[6] propter dubium eventum, et cum nullus warantizare teneatur ante hereditatis aditionem,[7] tutius et melius est[8] warantiam suspendere quousque inde haberi possit[9] certitudo et constiterit de veritate ad similitudinem istius casus.

Si warantus de dote feloniam fecerit et inter duos capitales dominos de eschaeta contentio habeatur.

Quia[10] esto quod quis implacitatus[11] fuerit de duabus partibus alicuius manerii, et mulier de tertia parte quam tenuerit nomine dotis et unde idem

[55] aut, OA, OB, MA, Y. [56] faciunt, V, CM. [57] eorum, V; illorum, MB. [58] si, OB, MA, MB.

[1] heres, MA, MB; heredes, OB; es heres, MG; exheredatus, LA. [2] e. nomine adiecto, OC, MG, CE. [3-4] Om., OB, MA, MB. [5] facit, V, CM; fac., MA. [6] r. sit, V, CM. [7] adiectionem, LA, OC, CE; adictionem, MC. [8] ei, LA; om., OC, MG, CE. [9] poterit, V, MB. [10] Om., OB, MA, MB, Y. [11] inspoliatus, OC, CE; in placito, MG.

talis est warantus de dote sua, et pendente placito quod ille qui tenet duas partes feloniam fecerit, et utlagatus fuerit antequam mulier eum de tertia parte vocaverit ad warantum, et cum illæ duæ partes ratione termini sui fuerint in manu domini[12] regis, et inter duos dominos de eschaeta contentio habeatur, nec sciri possit quis eorum debeat obtinere, loquela mulieris ponitur sine die vel ad diem[13] diffusum in suspenso quousque inde[14] habeatur certitudo. Ut de itinere Willelmi de Ralegha ultimo in comitatu Warrewickiæ circa finem rotuli. Et ita ut videtur fieri debet[15] de præmissis. Item cum plures vocati fuerint ad warantum erratum fuerit in nomine unius vel plurium, perinde habendum erit ut videtur cum sint quasi unum corpus, quasi erratum esset in nominibus omnium, sicut videri poterit de pluribus petentibus vel pluribus tenentibus.

Si quis warantum vocaverit qui sit sub potestate sua, licet auxilium petierit non habebit auxilium curiæ.

Cum autem quis vocatus fuerit ad warantum qui fuerit sub potestate vocantis, licet auxilium petierit auxilium non habebit, quem quidem si non produxerit amittere poterit de facili. Si autem warantus[16] extra suam[17] potestatem fuerit et[18] in potestate regis ubicumque auxilium habebit. Si autem extra[19] potestatem regis, cum rex ipsum producere non possit auxilium non habebit, et ideo producat eum qui vocavit vel rem petitam amittet.[20]

Si warantus fuerit infra libertatem alicuius ubi non currit breve regis.

Si autem sit aliquis qui talem libertatem habeat quod breve regis ibi non currat propter dominium[21] regis[22] qui libertatem concessit, mandetur[23] domino libertatis quod warantum distringat, quod si non fecerit, distringatur ipse per terras suas extra libertatem quod warantum producat. Si autem terras extra non habuerit, tunc non obstante libertate opponat rex manum in defectum ipsius ita quod ius non deficiat. Cum autem warantus f. 383b] sine auxilio produci non possit, tunc fiat breve de summonendo warantum in hac forma.

Breve si sine auxilio produci non possit.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. quod sit coram iustitiariis nostris[24] etcetera tali die ad warantizandum B. tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quam C. in eadem curia coram eisdem iustitiariis etcetera clamat ut ius suum versus prædictum B., et unde idem

[12] Om., MSS. var. [13] Om., LA; alium diem, OB, MA, MB. [14] idem, OC, CE; om., MG. [15] *sic*, MSS. gen.; deberet, OA, OB, Y, CM; debere, MG. [16] Om., OB, MA, MB. [17-19] Om., OB, MA, MB. [18] Om., OC, MG, CE, CM. [20] amittat, OA, OC, MG, CE, CM, Y. [21-22] dominum regem, Y, MSS. var. [23] mandatur, MA, MB; mandabitur, CM. [24] Om., MSS. var.

B. in eadem curia nostra coram eisdem iustitiariis nostris vocavit ipsum A. ad warantum versus prædictum C. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera. Vel aliter: ad warantizandum B. custodiam terræ quæ fuit C. et[25] quam D.[26] in curia nostra etcetera clamat versus eundem B. ratione filii et heredis ipsius C. quem habet in custodia sua de dono Iohannis regis patris nostri ut dicit. Et unde idem B. vocavit ipsum A.[27] ad warantum versus ipsum D.[28] Et habeas etcetera. Vel aliter: ad warantizandum tantum terræ B. etcetera. Et unde idem B. summonitus est in curia nostra coram nobis ad respondendum nobis quo waranto tenet tantam terram vel quid tale quod nos clamamus ut ius nostrum vel eschaetam et huiusmodi. Et in omni casu generaliter ubi[29] iacet waranti vocatio[30] fiat mentio in brevi de summonitione de forma placiti, et de modo[31] petitionis in brevi originali contento,[32] sive tenementum petatur sicut[33] terra vel redditus vel quod[34] ad[35] tenementum pertineat, sicut advocatio ecclesiæ, ius pascendi sive pastura, rationabile estoverium, iter vel actus et huisusmodi, vel quod ad aliquem[36] pertineat ratione tenementi sicut servitium, relevium, custodia et maritagium.

Si minor vocatus fuerit ad warantum de dote vel in placito de recto, tunc summoneatur custos eius.

Si autem minor vocandus sit ad warantum in placito aliquo sive super recto ipso sive super dote, tunc fiat breve de summonendo custodem quod sit ad certum diem et ibi habeat heredem ad warantizandum.[37] Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. custodem B. filii et heredis C. et D. custodem terræ eiusdem heredis, quod sint coram iustitiariis nostris tali die, et ibi habeant[38] heredem prædictum ad warantizandum E. tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quod[39] prædictus A. in curia nostra etcetera clamat ut ius suum vel in dotem versus eundem B., et unde idem A. in eadem curia[40] coram iustitiariis nostris vocavit prædictum heredem ad warantum versus eum. Si autem unus et idem habeat tam custodiam terræ quam heredis, tunc summoneatur sine aliis quod sit et[41] habeat heredem. Si autem heres aliquis teneatur ad warantiam qui nihil tenuerit de hereditate matris ratione cuius vocatus est ad warantum, sed paraster suus ad vitam suam per legem Angliæ, et cum heres in curia responderit post summonitionem ei factam quod nihil tenet de prædicta hereditate matris suæ sed paraster suus, propter hoc non differatur warantia

[25] in, OC, MG, CE. [26] *sic*, MSS. gen.; A., OC, MG, CE. [27] Om., OB, MA, MB. [28] A., OC, MG, CE. [29] ut, OC, MG, CE. [30] occasio, OC, MG, CE. [31] quo, OC, MG, CE. [32] contentio, MC, LA. [33] sive, OC, MG, CE, CM, MA, MB, LA. [34-35] ad quod, OC, MG, CE. [36] aliquid, MC, LA. [37] waranti, LA, OA; warantum, MC. [38] habeat, V, OC, CE; habeas, CM; om., MA. [39] et quod, MC, LA. [40] c. nostra, OC, MG, CE, CM, MA. [41] et quod, MC, LA.

ad vitam parastri, sed summoneatur paraster quod sit etcetera ad audiendum considerationem curiæ de prædicta warantia, vel[42] ad warantizandum cum prædicto herede per tale breve.

Si heres vocatus ad warantum nil teneat de hereditate materna sed paraster suus, tunc summoneatur uterque sive fuerit heres maior vel minor.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. quod sit coram iustitiariis etcetera, ad audiendum considerationem eiusdem curiæ nostræ de warantia tantæ terræ cum pertinentiis in N. quam B. in curia nostra etcetera clamat ut ius suum versus C. Vel sic: ad warantizandum B. simul cum C. filio et herede talis mulieris,[43] scilicet tantam terram cum pertinentiis in N., quam B. in eadem[44] curia nostra coram eisdem iustitiariis[45] etcetera clamat ut ius suum versus E., et unde idem E. in f. 384] eadem curia nostra etcetera coram eisdem iustitiariis vocavit inde ad warantum prædictum D.[1] versus eundem C., et unde idem C.[2] dicit quod nihil tenet de hereditate talis matris suæ, nec ad warantiam illam respondere potest sine prædicto A. qui hereditatem illam tenet ad vitam suam per legem Angliæ.

Essoniare se poterunt.

Ad diem vero summonitionis legitimæ quindecim dierum poterit quilibet eorum se essoniare si voluerit,[3] petens, tenens et warantus, simul vel vicissim, ita quod quilibet eorum habeat unicum essonium secundum quod superius dicitur de essoniis. Et si ad diem summonitionis fecerit petens defaltam, præsente tenente se[4] liti offerente, recedet[5] tenens quietus de brevi illo secundum quod supra plenius dicitur de defaltis. Et eodem modo si tenens, tunc capiatur terra in manum[6] domini[7] regis ut supra. Si autem warantus defaltam fecerit præsentibus tam petente quam tenente, et antequam warantus in curia comparuerit, capiatur de terra waranti in manum[8] domini regis ad valentiam terræ petitæ, si warantus terram habuerit in eodem comitatu. Et idem si[9] tenens se essoniaverit. Et sic[10] fiat irrotulatio: A. tenens scilicet vel A. essoniator tenentis obtulit se quarto die versus B. de placito quod idem B. warantizet ei tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quam C. clamat ut ius suum versus eum, et unde idem A. in curia etcetera vocavit ipsum B. ad warantum versus prædictum C. Et prædictus B. non venit. Et summonitio[11] etcetera. Iudi-

[42] et, OB, MA, MB, Y. [43] matris, OA, Y, OB, MB; om., MA. [44] Om., OB, MA, MB, Y. [45] i. nostris, V, OB, MA, Y.

[1] *sic*, OA, Y, OB, MA, MB; E., MC, LA, OC, CE; R., MG; B., V, CM. [2] E., OC, CE, MC. [3] voluerint, OA, LA, OC, MG, CM; -runt, MC. [4] et se, V, CM, MA. [5] recedat, OC, MG, CE. [6] manu, OC, MG, CE. [7] Om., MC, LA. [8] manu, OC, MG, CE. [9] scilicet, OC, MG, CE. [10] sic tunc, MC, LA. [11] *sic*, OA, Y, OB, LA; summonitus, MB; sumoni, MG; sum., MSS. gen.

cium: capiatur in manum[12] domini regis de terra ipsius B. ad valentiam,[13] et dies etcetera, et B. summoneatur quod sit tali die inde[14] responsurus et ostensurus etcetera, ut supra de defaltis. Idem dies datus est tali petenti in banco.

Breve de capiendo terram in manum domini regis per defaltam ad valentiam super warantum, magnum cape.

Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram per visum legalium hominum de comitatu tuo de terra in balliva tua pro[15] defalta[16] ipsius A. ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa, quam B. de N. in curia nostra etcetera clamat ut ius suum[17] versus C., et unde idem C. in eadem curia[18] coram iustitiariis nostris[19] etcetera, vocavit eundem A. ad warantum versus eundem B. Et diem captionis etcetera. Et summone per[20] bonos summonitores[21] prædictum A. quod sit etcetera ut supra. Et idem dies dabitur tam petenti quam tenenti si præsentes fuerint personaliter, vel per attornatos vel per essoniatores si se essoniaverint. Si autem in eodem comitatu ubi terra petitur non habet warantus terram cum defaltam fecerit, de qua capi possit ad valentiam, sed in alio, nec constare possit[22] f. 384b] quantum terræ vicecomes capere debeat in suo comitatu in manum domini regis, quia nescit de valore terræ petitæ in alio comitatu, oportet igitur quod prius fiat extensio de terra petita, et facta extensione mandetur vicecomiti de alio[23] comitatu quantum terræ capere debeat per defaltam waranti, per tale breve per quod fiat[24] extensio.

Si terra petita fuerit in uno comitatu et terra waranti in alio, tunc fiat extensio.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum duodecim tam militibus quam aliis liberis, legalibus et discretis hominibus de visneto[25] tali, in propria persona tua accedas ad talem locum, et per eorum sacramenta extendi facias et appretiari tantam terram in tali villa etcetera. Vel aliter et brevius: Præcipimus tibi quod per sacramenta proborum et legalium hominum de comitatu tuo extendi facias et appretiari tantam terram cum pertinentiis in tali villa, quam talis in curia nostra clamat etcetera. Et unde idem talis vocavit talem ad warantum etcetera. Et extensionem illam et appretiationem scire[26] facias tali die vel sine dilatione evidenter, distincte et aperte, per litteras tuas sigillatas et per duos legales et discretos homines ex illis per quos extensio[27] et[28] appretiatio illa

[12] manu, OC, MG, CE. [13] v. etc., V, MB, OC, CE. [14] Om., OB, MA, MB, OC, CE, CM, Y. [15] per, OB, MA, MB, CM, Y. [16] defaltam, OA, OB, MA, MB, CM, Y. [17] suum etc., OC, MG, CE. [18] c. nostra, MB, MG, CM. [19] Om., V, MA, MB. [20-21] etc., MC, LA. [22] poterit, V, MB. [23] aliquo, OC, CE; tali, MG. [24] fiet, OA, MC, LA, Y. [25] visu, LA, MG, CE; visum, OA, MC. [26] sciri, MC, LA. [27-28] Om., OC, MG, CE.

facta fuerit. Et habeas ibi hoc breve et nomina eorum per quorum sacramenta extensionem et appretiationem illam feceris.[29] Teste etc. Et cum per extensionem constiterit de valore, tunc primo præcipiatur vicecomiti ubi warantus terram habet quod capiat in manum domini regis ad valentiam per hoc breve.

Breve de capiendo terram pro defectu.

Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram[30] per visum etcetera de terra talis pro[31] defectu[32] ipsius talis ad valentiam centum solidatarum terræ pro una carucata terræ cum pertinentiis in tali villa in tali comitatu, quam talis in curia nostra etcetera clamat ut ius suum versus talem, et unde idem[33] talis vocavit etcetera, et[34] diem etcetera.[35] Et summone talem quod sit ad talem diem etcetera. Teste etcetera. < Quandoque tamen sine tali inquisitione facienda æstimetur terra quæ petita est secundum solam assertionem[36] petentis, et capiatur in alio comitatu ad valentiam, ut si tenens retinuerit non erit necesse ulterius procedere. Si autem amiserit, tunc procedatur ad veram inquisitionem quod prius non erit necesse: ut de termino Paschæ anno regis Henrici quarto decimo. >

Si de advocatione vocetur warantus, tunc capiatur terra ad valentiam et æstimetur advocatio, ut sciri possit quantum capi debeat.

Cum petatur advocatio et tenens warantum vocaverit qui defaltam fecerit, tunc de terra waranti capiatur ad valentiam in manum[37] domini regis, sive warantus manens sit[38] in eodem comitatu sive in diversis. Sed quoniam incertum erit quantum[39] capi debeat de terra waranti, nisi prius constiterit de valore advocationis, imprimis æstimanda erit ecclesia et per consequens sciri poterit quantum valeat advocatio. Extensio quidem advocationum[40] talis esse debet in partitionibus faciendis inter coheredes, quod si ecclesia valeat viginti marcas plus[41] vel minus, pro qualibet marca[42] in extensione facienda computetur redditus duodecim denariorum, sicuti pro viginti marcis viginti solidi. Et facta sic extensione, capiatur pro defalta waranti ad valentiam per hoc breve.

Cape tantam terram quæ sit de hereditate talis.

Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram per visum etcetera de terra talis mulieris in balliva tua quæ sit de hereditate eius, cum forte aliam terram habuerit simul cum hereditate sicut nomine dotis, pro defectu ipsius mulieris, ad valentiam viginti solidatarum redditus cum pertinentiis pro[43] advocatione[44] talis ecclesiæ quam A. in curia nostra etcetera

[29] fecerit, OA, OB, MB, OC, MG, CE; fac., MA. [30] domini regis, OA, OB, MA. [31-32] per defectum, V, CM; om., MG. [33] Om., OB, MA, MB. [34-35] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [36] assentionem, OC, CE; assignationem, CM. [37] manu, OC, MG, CE. [38] fuerit, V, OB, MA, MB. [39] q. terræ, MC, LA. [40] advocationis, OC, MG, CE. [41-42] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [43-44] per advocationem, MC, LA.

f. 385] clamat ut ius suum versus B. Et unde idem B. in eadem curia vocavit ipsam ad warantum versus prædictum A. Et diem[1] etcetera. Summone[2] etcetera.[3] Teste etcetera. Cum autem mulier dotem petierit vel aliud[4] tenementum vel quid tale ut ius suum versus aliquem[5] qui minorem vocaverit ad warantum, si minor[6] defaltam fecerit, ubicumque terra fuerit, habita tamen extensione ut prædictum est capiatur de terra minoris[7] ad valentiam terræ petitæ per tale[8] breve.

Si mulier dotem petierit et minor vocatus ad warantum et custos defaltam fecerit, capiatur de terra minoris pro defectu custodis.

Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram per visum etcetera, de terra talis filii et heredis talis qui est infra ætatem et in custodia talis, pro defectu ipsius custodis, ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis vel tertiæ partis tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa vel in tali comitatu, quam tertiam partem talis quæ fuit uxor talis in curia nostra etcetera, clamat in dotem versus A., et unde idem A. in eadem curia nostra coram etcetera, vocavit eundem talem qui est infra ætatem ad warantum versus eam.[9] Et diem etcetera. Summone etcetera. Teste etcetera.

Si minor vocatus fuerit ad warantum cum parastro et uterque defaltam fecerit, capiatur terra de hereditate materna, vel si alter ipsorum tantum, sed cum unus ipsorum prius comparuerit et alter non.

Si autem vocatus fuerit ad warantum ut prædictum est ille qui nihil habuerit de hereditate materna, nec sine parastro respondere poterit, sive uterque defaltam fecerit sive alter ipsorum, capiatur de hereditate materna ad valentiam terræ petitæ per defaltam per tale breve. Sed refert utrum per parvum cape vel per magnum, cum unus in curia comparuerit et alius non. Sed videtur quod per magnum ubi ambo defaltam fecerint, cum ipse qui in curia non[10] comparuerit se defendere possit per legem, et cum sint odiosa restringenda. Cum autem[11] unus eorum tantum[12] defaltam fecerit, tunc utrum sic vel sic certum erit. <Est[13] custos terræ et heredis simul vel unus custos terræ et alius custos heredis, in quo casu ultimo omnes summonendi sunt quod sint et habeant heredem in uno brevi. Si autem paraster, per legem Angliæ quasi custos.> Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram per visum etcetera de terra quam A. tenet ad vitam suam per legem Angliæ, et[14] quæ[15] est de hereditate B.

[1] diem sum., OB, MA, MB. [2-3] Om., OB, MA, MB. [4] alius, OA, OB, Y, MC, LA; aliquod, CM; om., MA. [5] B., OB, MA, MB. [6] m. vel eius custos, V, OC, MG, CE. [7] m. pro defectu custodis, V, OC, CE, MG (defalta). [8] hoc, OB, MA, MB. [9] eandem, OC, MG, CE. [10] *sic*, OA, MC, LA, OC, CE, CM; om., OB, MA, MB, MG, Y. [11] Om., OB, MA, MB. [12] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [13] et, LA; et si, MC; ut si, MG; quod terra heredis. Si autem unus sit, V. [14-15] quasi custos, OB, MA, MB.

filii et heredis talis mulieris et ad ipsum reverti debet post mortem prædicti A., ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis in prædicta villa, quam C. in curia nostra etcetera clamat ut ius suum versus D. Et unde idem D. in eadem curia nostra etcetera[16] vocavit inde ad warantum prædictum A.[17] simul cum prædicto B. versus eundem C., eo[18] quod idem B. dicebat quod nihil tenuit[19] de prædicta hereditate matris suæ, sed prædictus A. per legem Angliæ, sine quo de prædicta warantia non potuit respondere. Et diem etcetera. Et summone etcetera. Teste etcetera.

Si plures waranti defaltam fecerint.

Quod autem de uno waranto dicitur dici poterit de pluribus si plures defaltam fecerint, secundum quod terras habuerint in uno comitatu vel diversis, et ubi[20] si in diversis comitatibus summoneantur sic: Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. quod sit coram iustitiariis etcetera, ad warantizandum B. de N. simul cum C. de tali comitatu tantum terræ cum pertinentiis in tali villa etcetera ut supra. Et sic[21] de tribus vel[22] pluribus warantis. Et si omnes defaltam fecerint de terris omnium capietur ad valentiam, secundum quod tenuerint pro diviso vel pro indiviso, et[23] facta extensione secundum quod fuerint omnes in uno comitatu vel diversis.

Si waranti manentes sint in diversis comitatibus, et pro ea parte quam quilibet tenuerit, facta prius æstimatione.

Si autem unus ex pluribus warantis defaltam fecerit ante apparitionem f. 385b] et alii comparuerint, absentia unius non erit aliis damnosa, quod non est in viro et uxore, sed illi qui præsentes fuerint defendant causam suam, sed pro defectu absentis capiatur de[24] terra ipsius in manum[25] domini regis ad valentiam pro ea parte quæ ipsum contingit[26] de warantia facienda, facta tamen prius æstimatione quantum valeat terra quæ petita est a tenente, et fiat tale breve. Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram, per omnia ut supra usque ad clausulam illam scilicet, et unde talis in eadem curia vocavit[27] talem ad warantum versus talem petentem cum A., B., C. coheredibus et participibus suis. Teste etcetera. Et si talis ad secundum diem non venerit, amittet terram suam captam in manum[28] domini regis per iudicium et salvæ erunt aliis[29] exceptiones et[30] responsiones suæ.[31]

[16] Om., OC, MG, CE. [17] D., MC, LA. [18] et, OB, MA, MB, Y. [19] habet, MA; om., OB, MB. [20] Om., MA, MB; unde, Y; nisi, OB. [21] si, OB, MA, MB, Y. [22] et, OB, MA; om. vel pluribus, MB. [23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OB, MA, MB. [25] manu, OC, MG, CE. [26] contigerit, V, OC, MG, CE. [27] vocet, OC, MG, CE. [28] manu, OC, MG, CE. [29] aliæ, OC, MG, CE. [30-31] Om., OB, MA, MB.

Si warantus ad secundam summonitionem post captionem nec primo die nec secundo nec tertio nec quarto comparuerit.

CUM autem warantus ad secundam summonitionem post captionem nec primo die nec secundo nec tertio nec quarto comparuerit,[32] petente se liti offerente contra tenentem et tenente contra warantum, recuperabit petens terram versus tenentem et tenens versus warantum excambium ad valentiam. Et fiat talis irrotulatio: A. petiit[33] versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius suum, et ita quod prædictus B. venit in eadem curia[34] et vocavit[35] inde ad warantum C. ita quod summonitus fuit quod esset ad talem diem, ad quem diem non venit nec se essoniavit, et ita quod de terra ipsius C. per iudicium capta fuit in manum[36] domini regis ad valentiam prædictæ terræ. Et præceptum fuit vicecomiti quod mandaret iustitiariis diem captionis, et quod iterum summoneret prædictum C. quod esset ad talem diem responsurus de principali placito et de defalta. Et ad quem diem non venerit nec primo nec secundo nec tertio nec quarto die, nec terra ad horam fuit replegiata. Et ideo consideratum est quod prædictus A. recuperet[37] seisinam[38] suam versus B. per defaltam B. et B. in misericordia, et habeat de terra ipsius C. loco competenti excambium ad valentiam. Et quod dictum est de uno waranto dici poterit de pluribus si defaltam fecerint. Breve de faciendo seisinam petenti tale erit.

Petens recuperabit seisinam suam per defaltam: et breve tale de seisina ei facienda.

REX vicecomiti salutem. Scias quod A. in curia nostra coram iustitiariis etcetera recuperavit seisinam suam versus B. per[39] defaltam ipsius B.[40] de tanta terra cum pertinentiis in tali villa. Et ideo tibi præcipimus quod eidem A. de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias. Teste etcetera. Post breve istud fiat f. 386] aliud tenenti de excambio habendo facta prius extensione ut supra dictum est, si warantus terram non habuerit in eodem comitatu sed in diversis. Si autem in eodem comitatu, tunc fiat[1] breve[2] sic.

Cum tenens amiserit quia warantus non potest eum defendere in seisina sua, si warantus tenementum habuerit in eodem comitatu statim fiat ei excambium ad valentiam.

REX vicecomiti salutem. Scias quod cum A. de N. in curia nostra coram iustitiariis etcetera peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis

[32] Om., MC, LA, OC, MG, CE, CM. [33] petit, OB, MA, MB, CE, CM, Y. [34] c. nostra, V, OB, MA, MB. [35] vocet, OC, MG, CE; vocaverit, LA. [36] manu, MC, LA, MG. [37] recipit, OB, MA; rec., OA, LA, Y. [38] Om., OA, LA; terram, V. [39-40] Om., MC, LA, MA, MB.

[1-2] Om., OB, MA, MB.

in tali villa ut ius suum, idem[3] B. venit in eadem curia nostra coram eisdem iustitiariis et vocavit inde ad warantum C. de N., qui cum summonitus esset postea defaltam fecit in eadem curia, per quam idem A. seisinam suam recuperavit de prædicta terra versus eundem B. Et ideo tibi præcipimus quod de terra ipsius C. in comitatu tuo propinquiore tali[4] terræ ipsius B. eidem B. excambium ad valentiam sine dilatione habere facias. Teste etcetera. Cum autem plures sint waranti vocati et quidam illorum[5] defaltam fecerint et quidam non, tunc fiat breve in hac forma.

Si plures sint waranti et quidam defaltam fecerint et quidam non.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod cum A. in curia nostra etcetera ut supra,[6] idem B. venit etcetera ut supra, et vocavit[7] inde ad warantum C. et D., qui cum summoniti essent in eadem curia nostra coram præfatis iustitiariis nostris, idem C. defaltam fecit versus eundem B., ita quod prædictus A. coram præfatis iustitiariis etcetera recuperavit seisinam suam versus eundem B.[8] per defaltam de medietate totius terræ cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus quod de terra ipsius C. in balliva tua propinquiore terræ ipsius B. excambium ad valentiam prædictæ medietatis eidem B. sine dilatione habere facias. Teste etcetera.

Si post summonitiones et essonia cum tenens se forte essoniaverit et warantus comparuerit vel quidam ex pluribus et sic diem habuerint in banco, et postea defaltam fecerint, capiatur de terra ipsorum etcetera, et fiat talis irrotulatio.

Si autem contingat[9] quod warantus semel post summonitionem vel essonium suum factum cum tenens se forte essoniaverit in iudicio comparuerit, vel cum plures waranti vocati fuerint simul vel[10] vicissim se essoniaverint, quidam illorum in iudicio comparuerint et sic diem habuerint in banco et postea defaltam fecerint, capiatur de[11] terra illorum per[12] defaltam[13] ad valentiam terræ petitæ vel partis ipsius, secundum quod plures waranti vocati fuerint vel unus, per parvum cape in forma superius dicta, de petente et tenente, cum tenens defaltam fecerit postquam semel in iudicio comparuerit. Et fiat sic irrotulatio in persona waranti: B. obtulit se quarto die versus C. de placito quod warantizet ei tantam terram cum pertinentiis in tali villa, quam A. de N. in curia etcetera clamat ut ius suum versus eundem C. vel quam talis mulier clamat ut dotem suam versus eundem B., et unde idem B. in curia nostra vocavit

[3] inde, OA; unde, OB, MA, MB. [4] tale, LA, MA. [5] eorum, OA, OB, MA, MB, Y. [6] supra etc., MC, LA. [7] vocet, OC, CE; vocat, MG. [8] Om. OB, MA, MB. [9] contingit, OC, MG, CE. [10] etiam, MC, LA. [11] Om., OA, OB, MA, MB. [12-13] Om., OB, MA, MB.

etcetera ut supra. Et idem C. non venit, et habuit diem in banco postquam comparuerat[14] in curia[15] etcetera. Iudicium etcetera. Capiatur de terra ipsius C. ad valentiam, et ipse C. summoneatur quod sit ad talem diem auditurus iudicium suum, per parvum cape quod tale est.

Cape de terra waranti ad valentiam.

Rex vicecomiti salutem. Cape in manum nostram de terra C. in balliva tua pro defectu ipsius C. ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis[16] in tali villa, quam A. de N. in curia nostra etcetera, coram iustitiariis etcetera, clamat ut ius suum versus B., et unde idem B. in eadem curia nostra coram iustitiariis etcetera vocavit ipsum C. ad warantum versus prædictum A. Et summone per bonos summonitores prædictum C. quod sit coram iustitiariis nostris ad talem diem auditurus inde iudicium suum. f. 386b] Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera. Ad quem diem si non venerit amittet ad valentiam terræ petitæ per defaltam versus B.[17] qui tenet, et A. recuperabit versus[18] B.[19] terram petitam, et fiat talis irrotulatio: B.[20] obtulit se quarto die versus C. de placito quod warantizet ei tantam terram cum pertinentiis in tali villa, quam A. clamat etcetera ut supra versus B., et unde idem B. vocavit ad warantum ipsum C. Et C.[21] non[22] venit et alias fecit defaltam postquam comparuit[23] in curia, ita quod terra capta fuit in manum[24] domini regis. Et ipse[25] C. summonitus ad audiendum iudicium suum. Et ideo consideratum est quod A. recuperet seisinam suam versus B. et B. in misericordia, et habeat excambium ad valentiam de terra ipsius C. Et[26] fiat utrique ipsorum[27] seisina, scilicet[28] A. de re petita et B. de excambio in[29] forma supra dicta.[30]

De viro et uxore cum simul vocati fuerint ad warantum et alter ipsorum defaltam fecerit.

Quid autem dicetur de viro et uxore cum simul vocati fuerint ad warantum et unus illorum defaltam fecerit? Tunc fiat ac si uterque defaltam faceret, vel per magnum cape vel per parvum secundum quod defalta facta fuerit antequam comparuerit[31] vel post. Sed cum vicissim se essoniaverint et unus in banco diem acceperit[32] cum alius se essoniaverit et[33] postmodum ambo defaltam fecerint, tunc pro defectu utriusque capienda erit terra in manum[34] domini regis. Sed refert utrum per magnum cape vel per parvum, quia ratione eius qui non comparuit[35] videtur quod

[14] comparuit, Y, MA, CM; comparuerit, OA, OB, MB, MG. [15] c. nostra, V, CM. [16] p. suis, V, OA, MB, Y. [17] D., OA, OB, MA, CM; B., Y, OC, MG, CE, MB; om., MC, LA. [18-19] Om., OB, MA, MB, Y. [20] A., V, OB, MA, MB, MG, Y. [21-22] cum, OC, MG, CE. [23] comparuerit, MSS. var. [24] manu, OC, MG, CE. [25] ipsum, OC, MG, CE. [26] et sic, OC, CE; et si, MG. [27] eorum, V, CM, MA, MB. [28] Om., OB, MA, MB. [29-30] Om., OB, MA, MB. [31] comparuerint, V, MC, LA. [32] receperit, V, MB. [33] vel, OB, MA, MB. [34] manu, OC, CE, MG. [35] comparuerit, V, OC, CE, MB.

locum habeat[36] magnum cape, et ratione eius qui comparuit[37] quod parvum.[38] Sed cum sint loco unius nec eorum iura divisionem recipiunt,[39] nec utrumque breve simul competere poterit si ad iuris rigorem habeatur respectus, et cum lites restringendæ sint et ea tenenda quæ magis ligant,[40] tunc ad parvum cape erit recurrendum. Si autem ad partem benigniorem ubi defendi possunt summonitiones, sursisæ et essonia, tunc locum habebit magnum cape quod melius est. Cum autem unus illorum defaltam fecerit, in hoc casu fiat magnum cape vel parvum, secundum quod ille qui defaltam fecerit in iudicio prius comparuerit vel non.

Cum warantus nullam habeat excusationem cum defaltam fecerit primo die, secundo, tertio vel quarto.

Cum autem warantus nullam habeat excusationem cum venerit, quam[41] excusationem prætendere possit et sanare defaltam quod[42] ad primum diem non venerit nec secundum nec tertium nec quartum, tunc fiat irrotulatio sic: A. petiit versus B. tantum terræ cum pertinentiis, et ita quod idem B. vocavit[43] ad warantum C. qui postquam in curia comparuit[44] et diem habuit[45] in banco, vel postquam warantizavit, defaltam fecit ita quod terra capta fuit in manum domini regis et ipse summonitus ad audiendum iudicium suum ad hunc diem. Et ipse C. venit sed non potuit sanare defaltam. Et ideo consideratum est quod A.[46] recuperet seisinam suam versus B. et B. in misericordia. Et habeat excambium ad valentiam de terra ipsius C. Breve de faciendo seisinam ipsi A. tale est.

Breve de faciendo petenti seisinam et tenenti ad valentiam.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod cum A. in curia nostra etcetera, peteret versus B. tantam terram etcetera ut ius suum, vel[47] mulier ut dotem suam, vel aliud secundum formam brevis originalis, idem B. f. 387] venit in eadem curia coram eisdem iustitiariis etcetera et vocavit[1] inde ad warantum C., et qui similiter venit in eadem curia et eidem B. terram illam warantizavit, et postea in eadem curia nostra terram illam amisit per defaltam quam fecit versus eundem A. Et ideo tibi præcipimus quod eidem A. de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias, et de terra ipsius C. in balliva tua habere facias eidem B. excambium ad valentiam prædictæ terræ sine dilatione per visum legalium hominum. Teste etcetera.

[36] habet, V, OB, MA, MB, Y; om., CM. [37] comparuerit, V, MB. [38] p. locum habebit, V; p. locum habet, OB, MB; p. cape, MA, CM. [39] accipiunt, OC, MG, CE. [40] ligatur, OA, LA. [41] antequam, OC, CE; quod, LA. [42] et, MC, LA. [43] vocet, OC, CE; vocat, MG. [44] comparuerit, V, MG. [45] habuerit, OA, MA, OC, CE, MB. [46] Om., MC, LA. [47] et, OB, MA, MB.

[1] vocet, OC, CE; om., MG.

Quod potest quis amittere per defaltam quam fecit primo die sicut secundo, tertio et quarto: probatio ad hoc.

ET[2] quod quis amittere poterit per defaltam quam fecerit ad primum diem, hoc est si primo die non comparuerit, ac si secundo die,[3] tertio vel quarto defaltam fecerit, si summonitionem cognoverit vel[4] eam dedicere non possit, cum diem habuerit in banco postquam semel in curia comparuerit, probatur de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto decimo incipiente[5] septimo decimo[6] comitatu Middelsexiæ, de Willelmo de Ralegha et quodam tenente suo Iohanne Pigun qui tenuit de quadam præbenda Sancti Pauli. Et etiam quod defalta facta primo et secundo die placiti nocet, probatur de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici octavo comitatu Berkeriæ, de Henrico Buqueynte qui se tenuit ad defaltam, quia tenens non venit primo die nec secundo, sed postea remisit tenenti defaltam pro quindecim marcis argenti. Sed quid si primo die comparuerit tenens coram aliquo iustitiario, et secundo vel tertio vel quarto die defaltam fecerit? Idem erit dicendum quod[7] prius cum[8] vocatus non comparuerit. Et eodem modo si uno die de licentia absens fuerit et per alium diem se absentaverit sine licentia. Et notandum[9] quod si quis implacitatus sit per breve de recto et per defaltam amiserit, vix seisinam suam rehabebit per consimile breve, nisi maius ius habuerit in terra illa petita ille qui amisit quam ille qui petit. Si autem minus vel nihil numquam recuperabit, sicut esse posset inter fratrem antenatum et postnatum si[10] postnatus per defaltam amitteret.

Ubi quietus recedit de warantia et terra petita capiatur in manum domini regis.

SED quid si tenens defaltam fecerit cum petens præsens sit et warantus,[11] illis se liti offerentibus? Si warantus nondum warantizavit statim recedet quietus de warantia, et terra petita capiatur in manum[12] domini regis per parvum cape, et tenens summoneatur quod sit ad alium diem auditurus[13] inde iudicium suum. Ad quem diem si non venerit, vel cum venerit sanare non possit defaltam, amittet seisinam suam eo quod non est secutus versus warantum suum quem vocavit[14] per auxilium curiæ vel sine. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quarto incipiente quinto.

[2] sed, OB, MA, MB, Y. [3] Om., OB, MA, MB. [4] vel si, V, OB, MA, MB, Y. [5-6] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [7] quo, OB, MB; qui, MA. [8] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [9] sciendum, OC, MG, CE. [10] et, OA, OB, MA, MB, Y. [11] warantis, OB, MA; warant., MSS. gen. [12] manu, OC, MG, CE. [13] audiendum, OC, CE; dand., MG. [14] vocet, OC, CE; vocat, MG.

Si petens defaltam fecerit offerentibus se liti tenente et waranto uterque quietus recedet.

Cum autem petens defaltam fecerit offerentibus se liti quarto die tenente et waranto, recedet uterque quietus de brevi illo.

Si warantus christianus vel iudæus terram non habuerit per quam distringi possit ad warantizandum,[15] vicecomes habeat corpora eorum.

Cum[16] quis ad warantum vocatus fuerit christianus vel iudæus qui terram non tenuerit[17] in feodo, quæ capi possit in manum domini regis vel per quam distringi possint,[18] præcipiatur vicecomiti quod habeat corpora eorum primo die. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto, de Isaac iudæo Norwico,[19] et[20] de termino Sancti Hillarii et Paschæ circa principium.

Post essonia et dilationes præsentibus in iudicio partibus et waranto, et warantus gratis warantizaverit et in se susceperit defensiones, tunc remaneat tenens domi donec discussum fuerit inter petentem et warantum.

f. 387b] Post essonia et districtiones et dilationes legitimas præsentibus in iudicio tam petente quam tenente et waranto, aut statim warantizat aut de warantia contendit quod warantizare non debeat. Si autem sine contentione gratis warantizaverit et in se defensiones susceperit in placito principali, incipiet esse placitum principale inter petentem et ipsum warantum, et extunc remaneat tenens cui warantizatum est domi donec constiterit quis eorum, petentis vel waranti, possit in placito obtinere. Et proponat petens intentionem suam versus warantum sicut primo proposuit versus ipsum tenentem, quia de cetero procedent[21] omnia sub persona waranti sicut procedere deberent sub persona tenentis, nec poterit de cetero tenens perdere, quia si warantus ipsum in seisina sua defendere non poterit,[22] habebit tenens de terra waranti, si quam habuerit, excambium ad valentiam terræ quam tenens amiserit.

Proposita intentione versus warantum.

Proposita igitur intentione petentis versus warantum, statim respondeat warantus intentioni[23] et defendat ius petentis per duellum vel[24] magnam assisam si voluerit, nisi exceptiones habeat competentes quas versus petentem proponat, vel nisi forte warantum habeat vel defensorem qui ipsum versus petentem defendere debeat, unum vel plures, quem incontinenti vocet per auxilium curiæ vel sine sicut superius paulo ante[25]

[15] warantiam, OB, MB; war., MSS. gen. [16] cum autem, OB, MA, MB, CM. [17] tenuerint, OA, LA, MC, MG. [18] possunt, V, MB, CM; possit OC, CE, MG, Y. [19] Norwike, Norwych., North., Norwice, Nortwyc, MSS. var. [20] Om., OB, MA, MB, Y. [21] procedant, OB, MA, MB, MC. [22] potuit, OC, MG, CE; possit, V. [23] intentionem, V, MA; om., MG. [24] vel per, V, OB, MA, MB, CE. [25] Om., V, MB.

dictum est. Et eodem modo procedatur ut prædictum est de waranto in warantum usque ad plures successive, donec non sit aliquis ulterius qui vocari possit ad warantum. Et unde cum plures vocati fuerint de waranto in warantum et ultimus warantus per defaltam vel per iudicium amiserit, ipse tenebitur excambium facere, et illud idem excambium quasi de manu in manum et waranto in warantum usque ad tenentem[26] cui primo fuit warantizatum, et fiat talis irrotulatio: A. petiit[27] versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius suum, vel talis mulier ut dotem suam, et huiusmodi. Et idem B. venit in eadem curia et vocavit ad warantum C., et[28] qui venit et ei warantizavit et[29] in eadem curia coram eisdem iustitiariis vocavit inde ad warantum D., qui postmodum per iudicium vel per defaltam terram illam amisit versus prædictum A. Et ideo consideratum est quod prædictus A. recuperet seisinam suam versus prædictum B. de prædicta terra cum pertinentiis, et quod B. habeat de terra D. excambium ad valentiam, sed per manum ipsius C. Et ita fieri poterit de pluribus warantis in infinitum, et erit tale breve de seisina facienda.

Breve de facienda seisina et sic de manu in manum de pluribus sicut de uno, scilicet quod faciat excambium tali qui primo vocavit, et illud idem excambium tali, et adhuc illud idem excambium.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod cum A. in curia nostra etcetera peteret versus B. tantum terræ etcetera ut ius suum, idem B. venit in eadem curia nostra coram iustitiariis nostris et vocavit inde ad warantum C., et[30] qui venit in eadem curia et eidem B. terram illam[31] warantizavit et vocavit inde ad warantum D., qui postea in eadem curia ei[32] warantizavit f.,388] et terram illam per defaltam vel per iudicium amisit versus prædictum A. Et ideo tibi præcipimus quod eidem[1] A. de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias, et de terra ipsius D. in balliva tua eidem C. excambium habere facias ad valentiam terræ prædictæ sine dilatione, et illud idem excambium per manum[2] ipsius C. sine dilatione habere facias prædicto B. Teste etcetera. Vel si plures sint ibi waranti vocati quam duo, ut si dicitur: A. petit versus B. tantam terram etcetera, et idem B. venit et vocat[3] ad warantum C., et[4] qui ei warantizat et vocat[5] inde ad warantum D. et qui ei warantizat, et[6] qui vocat ad warantum E. et qui ei warantizat,[7] et cum ipsum D. feoffatum suum et tenentum suum defendere non possit et per iudicium

[26] eum, OB; illum, MB; om. ad tenentem, MA. [27] petit, OB, MA, MB, CM, MG. [28] Om., V, MB, MG. [29] Om., OB, MA, MB, CM, MC, LA. [30] Om., OB, MA, MB, CM. [31] illius, OA, OB, MA. [32] Om., OB, MA, MB.

[1] eadem, OC, MG, CE. [2] manus, V, MC, MG; mandatum, OB, MA, MB. [3] vocavit, V, MA, MG; vocet, OC, CE. [4] Om., OB, MA, MB. [5] qui v., V, OB, MA, MB. [6-7] Om., MB, CM. [8] recuperabit, OA, MC, LA; recuperavit, MB; rec., MSS. var; petit, MA.

amiserit vel per defaltam, idem A. recuperet[8] versus prædictum D.[9] et E. faciet excambium de terra sua eidem D. ad valentiam, et illud idem excambium fiet prædicto B. quasi per manum ipsius D., nulla facta mentione de ipso C. nisi tantum de ultimo waranto, scilicet E. et de[10] D. suo tenente, cum idem C. de suo nihil attribuit. Et ideo dicatur sic in brevi de seisina: et de terra ipsius E. in balliva tua[11] eidem D. excambium ad valentiam prædictæ[12] terræ sine dilatione habere facias, et[13] illud idem excambium sine dilatione habere facias[14] eidem B. Et eodem modo fiat si plures vocentur successive usque ad decem vel amplius in infinitum.

Si warantus nihil habeat unde possit facere excambium.

Sed quid erit si[15] E. ultimus warantus qui in se defensionem suscepit et amisit nihil habeat unde facere possit excambium, et D. habeat ad[16] sufficientiam qui warantizavit C. et omnes alii usque ad[17] B. qui warantum vocavit? Et iniquum esset quod B. esset sine excambio, æquum esset ut videtur quod de terra ipsius D. fieret excambium ipsi B. et quod D. expectaret tempora meliora versus ipsum E. Et tunc dici posset in brevi de seisina: et quia idem E. nihil habet unde excambium facere possit ipsi[18] D., ideo de terris D. in balliva tua eidem C. excambium ad valentiam prædictæ terræ sine dilatione habere facias, donec idem E. aliquid habeat unde excambium facere possit, et illud idem excambium sine dilatione habere facias prædicto B. Et sic fieri debet de pluribus warantis de waranto in warantum ab ultimo usque ad primum. Et idem fiat si ultimus warantus excambium facere non possit ad plenum, quod id[19] quod defuerit suppleatur de terris aliorum qui medii sunt de waranto in warantum, ordine tamen observato ab ultimo usque ad primum.

Cum unus ex pluribus feoffatus fuerit et ex pluribus qui diversis temporibus feoffati fuerint, quod melior erit condicio eius quoad excambium qui primo feoffatus fuit si uno tempore fuerint implacitati, aliud si diversis.

Cum autem unus a[20] pluribus qui[21] diversis temporibus feoffati fuerint[22] vocatus fuerit ad warantum, et cum defendere non possit amisit, et[23] omnibus teneatur ad excambium, si omnibus satisfacere de excambio non possit, semper melior erit condicio ipsius qui primo fuit feoffatus, ut ipse excambium suum prædeducat in parte vel in toto, et alii expectent tempora meliora. Et sic omnis secundum prioritatem feoffamenti habebit privilegium de excambio, et hoc[24] dico si omnes simul et semel ipsum[25]

[9] B., MB, MC, OC, CE. [10] Om., OB, MA, MB, CM. [11] Om., OC, MG, CE. [12] dictæ, OA, OB, MA, MB. [13-14] Om., MSS. var. [15] quod, OA, LA, MC, OC, MG, CE. [16] Om., OC, MG, CE. [17] Om., OB, MA, MB. [18] eidem, OC, MG, CE. [19] illud, MA, MB, CM. [20] ex, OC, MG, CE. [21] qui in, OB, MA, MB; qui a, CE. [22] f. ab eo, OC, CE; f. ab uno, MG. [23] et in, OC, MG, CE. [24] de hoc, MG, CE. [25] Om., OA, OB, MA, MB.

vocaverint ad warantum, et[26] de omnibus redditum sit iudicium uno et eodem die de warantia, et omnes simul cum implacitati fuerint unum warantum vocaverint. Et de hac materia inveniri poterit in ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Suffolciæ de Matillide[27] quæ fuit uxor Mathei de Thurstone in placito dotis. Secus tamen est ut videtur si diversis temporibus fuerint implacitati et diversis temporibus warantus f. 388b] vocatus qui amiserit.

Cum warantus nihil habeat unde possit excambium facere de hereditate eius cuius nomine vocatus fuit ad warantum.

Sed quid si[28] warantus cum warantizaverit et amiserit et[29] nihil habeat unde excambium facere possit, nec alienaverit rem obligatam ad warantiam tacite vel expresse, nec dolo fecerit quo minus habuerit[30] vel nihil? Non erit propter hoc absolvendus[31] omnino de excambio faciendo, immo quod faciat excambium si quid ad ipsum postmodum pervenerit de hereditate patris vel matris vel alterius antecessoris ratione cuius vocatus fuerit ad warantum: ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici duodecimo incipiente tertio decimo comitatu Herefordiæ,[32] de Beatrice quæ fuit uxor Roberti Russel.

Si ille qui feoffavit tempore feoffationis satis habuit, res illa quam tunc habuit tacite obligatur vel expresse forte per modum donationis.

Item quod primo feoffati prærogativam habent propter prioritatem feoffamenti, cum ille qui feoffavit tempore feoffamenti satis habuit unde possit[33] excambium facere, et quod licet illud postmodum alienaret[34] rem quasi tacite obligatam relinquit ad quemcumque postmodum pervenerit,[35] inveniri poterit in rotulo de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo comitatu Cantiæ, de Roisia[36] quæ fuit uxor Roberti de Coldiford,[37] ubi quædam mulier petiit dotem versus quendam[38] et[39] uxorem suam, et ipsi vocaverunt[40] ad warantum quandam[41] quæ[42] fuit infra ætatem, et quæ respondit quod nihil habuit de hereditate patris ratione cuius vocata fuit ad warantum, de quo posset[43] warantizare et excambium facere. Responsum fuit ex adverso quod tempore quo ipsi feoffati fuerunt[44] habuit eorum feoffator, scilicet vir mulieris petentis, quandam terram in manu sua quæ plene sufficere posset[45] ad

[26] Om., OB, MA, MB. [27] Matild(æ?), OC, MG, CE. [28] Om., OB, MA, MB. [29] Om., V, OC, CE. [30] habuit, MSS. var. [31] absolvendum, OC, MG, CE. [32] Hertfordiæ, OC, CE, CM; Hford., MB, MG. [33] posset, LA, OC, MG, CE; potuit, MA. [34] alienaverit, OC, CE, MA; -asset, MB; om., MG. [35] Om., OB, MA; de illa materia, MB. [36] Rosia, Rosa, Roisa MSS. var. [37] Colliford., Guldeford, Scaldeford., MSS. var. [38-39] quandam, OB, MA, MB. [40] vocaverint, V, OB; vocavit, MG(ipse); vocent, OC, CE. [41] quendam, V, MC, MG. [42] qui, V, MC. [43] possit, MA, CM, MG; poterit, MB. [44] fuerint, OC, MG, CE, CM. [45] possit, OC, CE, CM.

warantiam et excambium, et postea illam dedit cuidam qui præsens fuit et hoc cognovit. Et unde consideratum fuit quod mulier petens recuperaret[46] de terra ipsius qui ultimo feoffatus fuit excambium suum et quod primo feoffati tenerent in pace.

Si warantus dicat quod warantizare non debeat, quo casu oportet quod qui eum vocavit rationem ostendat quare warantizare debeat si warantus contendere velit.

Dictum est supra quid iuris cum warantus gratis warantizaverit. Nunc autem dicendum si de warantia contendat et dicat quod warantizare non debeat. Et quo casu oportet eum qui warantum vocavit rationem ostendere quare vocatus warantizare debeat, cum a vocato fuerit super hoc requisitus. Et unde videndum qualiter warantus teneatur ad warantizandum et quibus modis et quando non. Et notandum[47] quod ad omnes cartas de simplici donatione competit tenenti warantizatio, et tenentur[48] donatores et eorum heredes ad warantiam si hora congrua et modo debito cum persecutione[49] competenti vocati fuerint ad warantum, nisi forte in carta de feoffamento contrarium exprimatur, scilicet quod donator ad warantiam non teneatur neque ad[50] excambium. Si vero carta fuerit de confirmatione non sequitur inde warantizatio nisi in se contineat donationem. Ut si dicatur: *Do et confirmo tali et heredibus suis vel cui*[51] *dare, assignare, vendere vel legare voluerit tantam terram* etcetera. Et sive præcedat[52] carta sive non de donatione talis carta sufficit ad warantiam.

Confirmatio heredis cum ius ei descenderit facit primam cartam convalescere quæ ab initio fuit invalida.

Sufficit etiam carta de confirmatione quandoque per se, quandoque[53] f. 389] cum carta præcedente ubi[1] ab initio invalida fuit donatio eo quod donatarius seisinam rei donatæ non habuit in vita donatoris, quia ex carta de confirmatione subsequente facta ab herede cum ei ius descenderit, convalescit[2] prima carta de donatione quæ ab initio fuit invalida, et sic quælibet[3] illarum iuvat aliam. Item valet carta quoad warantiam si specialiter faciat mentionem de warantia. Ut si dicatur: *Et ego et heredes mei warantizabimus* etcetera. Item valet etsi non exprimatur, dum tamen homagium et servitium intervenerit, sive servitium factum fuerit[4] donatori per manum donatarii,[5] sive capitali domino donatoris pro donatore per manum donatarii. Item sufficit finis factus in curia domini regis licet

[46] recuperet, OA, OB, MA, MB. [47] sciendum, V, MG. [48] teneantur, OB, MA. [49] *sic*, OB, MA, MB, MC, LA, CE; prosecutione, OA, OC, MG, CM, Y. [50] Om., OA, OB, MA, Y. [51] cuicumque, V, CM. [52] procedat, V, MA. [53] Om., MA, MB, CM.

[1] nisi, MC, LA, CM. [2] convalescit, OC, CE; (descendere) debuit facit convalere, MG. [3] quilibet, OC, MG, CE. [4] fuit, V, OC, MG, CE. [5] donatoris, OC, MG, CE, CM.

expressa[6] warantia vel homagium[7] et[8] servitium non intervenerint,[9] dum tamen constiterit per finem et cirographum quod ille qui tenet tenere debeat de eo qui vocatur ad warantum.

Item si homagium tantum.

Est etiam casus specialis ubi quis tenetur ad warantiam et excambium quamvis alius in seisina fuerit de homagio et servitio tenentis sui, sicut capitalis dominus donatoris, ubi videlicet tenens cum domino suo homagium suum obtulerit et servitium, et dominus suus ea recusaverit sine iusta causa, poterit tenens et[10] impune acapitare[11] domino donatoris et facere ei homagium et servitium pro defectu domini sui, et idem dominus suus nihilominus tenebitur ei[12] ad warantiam. Item tenetur[13] dominus ad warantiam ratione homagii per se licet nullum servitium de tenente suo receperit: ut cum quis districtus fuerit pro servitio quod domino capitali debetur, pro defectu domini sui qui medius est et totum servitium percipit et propriæ bursæ infundit, et inde tenentem suum erga suum feoffatorem non adquietat, pro defectu domini sui cum protestatione proborum hominum poterit domino capitali de servitio suo acapitare[14] pro defectu ipsius domini sui, et dominus suus nihilominus tenebitur ad warantiam.

Cum warantus warantizaverit, suspenditur prosecutio contra tenentem donec placitum de warantia terminetur.

Post essonia et dilationes de quibus satis dictum est supra, comparentibus in iudicio tam petente quam tenente quam waranto, et vicecomes miserit breve de summonitione waranti, suspenditur placitum principale donec placitum de warantia terminetur, et audito brevi excipere poterit warantus f. 389b] contra breve de warantia, si forte fuerit ibi error in nominibus personarum vel[15] villarum, ad breve de warantia prosternendum et secundum quod alias plenius dicitur[16] de erroribus.

Non tenebitur warantus ad maius excambium quam ad id ad quod vocatus fuerit ad warantum.

Visum autem petere non potest quia satis sufficit pro visu id quod dicitur ad warantizandum tantam terram quam talis petit, sed statim inquirat[17] warantus a tenente an aliquid habeat propter quod teneatur ad warantiam, cartam vel aliud.[18] Et si cartas vel instrumentum habeat, illud statim ostendat, instructus[19] enim venire debet ad probandam intentionem

[6] expresse, OB, MA, MB. [7-8] Om., OB, MA, MB. [9] intervenerit, OB, MA, MB, OC, MG, Y. [10] Om., OB, MA, MB, Y, CM, MG (om. tenens et). [11] ac capitale, LA; a capitali, OB, MG; a cap., CM. [12] Om., OB, MA, MB, Y. [13] tenebitur, OC, CE, MG (tenebit). [14] accapitare, MSS. var. [15] et, MC, LA. [16] dicetur, OB, MA, MB. [17] adquirat, OC, MG, CE. [18] aliquid, OB, MA, MB. [19] et i., OC, MG, CE.

suam. Non est enim ei tempus indulgendum nisi ex causa, ut si instrumenta ita deposita fuerint quod inde copiam habere non possit ante tempus, et quo casu dabitur ei dilatio legitima ad probandum[20] instrumenta. Si autem dicat quod instrumenta habuit[21] sed casu deperdita sunt, nihil aliud video nisi quod probet casum. Cum autem tenens instrumenta exhibuerit et rationem ostenderit quare vocatus ad warantizandum warantizare debeat,[22] secundum quod superius dictum est in parte, respondeat vocatus et doceat quare warantizare non debeat.

Si rex vocetur ad warantum de dono antecessoris, quis sit antecessor regis videndum.

Imprimis si ipse rex vocetur ad warantum, secundum suum modum et de[23] puro[24] feoffamento antecessorum suorum, videndum erit qui sint[25] antecessores sui. Non enim warantizare tenetur donationem et feoffamenta regum qui regnaverunt ante conquestum. Ipse enim rex non est eorum heres et perinde ad warantiam non[26] tenetur, nisi de facto suo si se ad warantiam[27] obligaverit per confirmationem. Si autem de[28] puro[29] feoffamento suo vel antecessorum suorum warantizare tenetur, nisi condicio vel modus aliud inducat. Sed semper erit sua voluntas expectanda, cum non possit ei necessitas imponi. Si autem de[30] puro[31] feoffamento antecessorum suorum et de sua pura confirmatione, tunc warantizare tenetur. Si autem pura sit donatio et confirmatio condicionalis vel modalis, ut si dicatur, *secundum quod carta talis regis antecessoris nostri rationabiliter testatur*, tunc præiudiciale erit istud. Imprimis inquirere[32] utrum donatio prima rationabiliter facta sit vel non, et secundum hoc terminare negotium. Et cum quis dominum regem ita warantum nominaverit, solet hoc aliquando cum protestatione fieri, quod si hoc non sufficeret tenens diceret aliud, quod quidem modo recessit ab aula, quia vocatio illa aliquando frivola inventa fuit et quasi nulla.[33]

Si privata persona vocetur ad warantum ratione cartæ suæ vel antecessorum suorum, exceptiones contra cartam.

Si autem privata persona vocetur ad warantum ratione cartæ suæ vel antecessorum suorum, contra cartas multipliciter poterit responderi. Imprimis quod carta vitiosa est in se, vel propter rasuram in loco suspecto habitam vel propter[34] signum falsum quod appositum est, quorum unum probari poterit per aspectum et aliud per collationem signorum.

[20] exhibendum, OB, MA, MB, CM, Y. [21] habuerit, MSS. var. [22] non d., OB; non debet, MA, MB. [23-24] deponitur, OB, MA, MB, OC, CE, LA; depone, CM; de facto, MG. [25] sunt, V, MA, CM. [26-27] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [28-29] deponitur, MSS. var.; deponius, LA. [30-31] deponitur, OB, MB, MC, MG, LA, CE, CM, OC (corr.). [32] *sic*, MSS. gen.; debet i., V; i. debet, OC, CE; oportet i. istud, MG. [33] mala, OC, MG, CE. [34] Om., OB, MA, MB.

Item quod si[35] carta sufficiens sit et bona, excipi poterit contra illam quod valere non debeat quia confecta[36] fuit dum donator non fuit compos sui nec bonæ memoriæ, quod quidem probari poterit per testes in carta nominatos et per patriam. Et qualiter hoc probari debeat, dicetur infra plenius in titulo de warantia cartæ.

In quibus casibus non tenetur warantizare.

ITEM excipere poterit warantus contra tenentem qui vocavit quod licet carta de feoffamento sufficiens sit in se, tamen donum illud est insufficiens, quia donatarius qui cartam profert vel eius antecessor cui donum fieri debuit numquam seisinam habuit de terra data in vita donatoris, nisi f. 390] post mortem eius per intrusionem, et propter quod ille qui vocatus est ad warantum intendit illam petere in dominico de seisina antecessoris sui, qui inde obiit seisitus ut de feodo.

Exceptio quod donator numquam fuit in seisina.

ITEM excipere poterit quod antecessor qui donum fecisse debuit numquam in seisina fuit de tali terra quod donationem facere potuit.[1] Poterit quidem carta sufficiens esse quæ non est nisi vestimentum donationis, et donum illud insufficiens pro defectu seisinæ, et e converso donum sufficiens et[2] carta vitiosa, et aliquando utrumque vitiosum et insufficiens et sic utrumque nullum. Et unde si carta de donatione proferatur, oportet quod warantus utrumque defendat, scilicet cartam et donum, et ex hoc habet tenens necesse probare utrumque propter copulativam interiectam.[3] Et unde si in[4] probatione unius defecerit, perinde[5] haberi debet ac si in probatione utriusque defecerit. Non enim sufficit probare cartam sufficientem si donum fuerit insufficiens. Item quicumque donum cognoverit warantizare tenetur, quamvis ostendere possit cartam esse vitiosam vel falsam, quia donum valere potest etiam si carta non intervenerit. Ut de itinere Willelmi de Ralegha in comitatu Bukinghamiæ de Alicia de Rupella. Item etsi[6] donatio ab initio invalida fuerit propter non seisinam, poterit postmodum convalescere ex facto heredis, ut si cum donatarius quocumque modo in seisina fuerit, cum[7] ius ad heredem descenderit,[8] recognoscat heres cartam patris sui et donum et homagium donatarii ceperit, vel donum patris confirmaverit, terram illam petere non poterit in dominico sed illam warantizare tenetur contra alios. Ut de itinere Martini de Pateshilla et sociorum suorum in diversis comitatibus post

[35] Om., OC, MG, CE. [36] facta, OC, MG, CE; confacta, OA.

[1] poterit, OA, OB, MA, MB, Y. [2] in, MC, LA. [3] coniunctionem, Y, OB, MA, MB; coniunctionem et interiectam, V. [4] Om., OC, CE, CM. [5] proinde, OA, OB, OC, MG, CE. [6] si, OB, MA, MB, OC, MG, CE. [7] cuius, OC, CE; om., MG. [8] descenderit, V; descendere, MG, CE, CM.

guerram, de loquelis quæ remanserunt ad[9] iudicium, si Willelmus de Greynville.

Quod non est heres nec suus feoffatus.

Excipere etiam poterit vocatus ad warantum contra tenentem qui vocavit, quod ipse tenens non est suus feoffatus neque eius heres quem feoffavit, et cum carta de donatione mentionem non faciat nisi tantum de suo[10] feoffato et eius[11] heredibus, et unde si suus[12] feoffatus vel eius heres alios feoffaverint,[13] ipse talibus immediate warantizare non tenetur cum carta de talibus non faciat mentionem. Ut de termino Paschæ anno regis Henrici nono comitatu Middelsexiæ, de quadam Iuliana quæ petiit dotem versus quendam Henricum qui vocavit inde ad warantum quendam Willelmum filium Herewardi, et qui respondit quod warantizare non debuit quia nec ipse nec pater suus eundem[14] Henricum feoffaverunt, sed cognovit quod pater suus[15] feoffavit quendam Thomam et ipse Thomas feoffavit ipsum Henricum. Et desicut ipse Henricus |non fuit heres ipsius Thomæ quamvis ab eo feoffatus, nec ipse Willelmus fuit in seisina de homagio et servitio ipsius[16] Henrici, nec ipse Henricus cartam habuit de ipso Willelmo nec aliud per quod ei warantizare deberet, ideo consideratum fuit quod Willelmus quietus de warantia.

Item non tenetur aliis heredibus warantizare quam illis qui sunt in carta comprehensi secundum modum donationis.

Item ad warantiam non tenetur quis aliis heredibus quam in carta comprehensi sunt per modum donationis, ut si cui facta fuerit donatio, scilicet sibi et heredibus suis quos de carne sua et uxore desponsata sibi procreatos habuerit,[17] vel de certa uxore tali.

Item ubi quis remisit et quietum clamavit.

Item non tenetur quis ad warantiam ratione alicuius quietæ clamantiæ, ut si quis terram petat versus aliquem ut ius suum et postea illud remiserit et quietum clamaverit, ex hoc autem vocare[18] non poterit ad warantum[19] ab eo[20] cui[21] ius fuerit remissum. Ut de itinere abbatis de f. 390b] Radinge et Martini de Pateshilla in comitatu Gloucestriæ anno regis Henrici quinto, de Radulfo de Chandos.

Item si salvo iure.

Item non tenetur ad warantiam quis ratione homagii quod ab aliquo ceperit salvo iure cuiuslibet, ut si dubitetur an alius[22] sit heres, nec[23]

[9] In, OC, MG, CE. [10] uno, OC, MG, CE. [11] huiusmodi, OC, MG, CE. [12] unus, OC, MG, CE. [13] feoffaverit, V, OB, MA, CM, Y. [14-15] Om., OB, MA, MB. [16] suo, OB, MA, MB. [17] habuit, MC, LA; habuerint, OC, MG, CE; haberet, V. [18] *sic*, MSS. gen.; vocari, OC, CE. [19] w. illum, V; warantiam, OC, MG, CE. [20-21] quo, V; eo qui, OA; eo cuius, OC, MG, CE. [22] filius, OB, MA, MB. [23] vel, MA, MB; ut, CM.

sit[24] alius heres apparens, ut si dicatur: *Capio homagium vestrum salvo*[25] *iure cuiuslibet.* Vel sic: *Capio homagium vestrum*[26] *de iure vestro,* cum quasdam terras de pluribus terris teneat de quibus alii ius habent et quas ipse warantizare non debeat. <Si autem nullum sciat esse heredem vel dubitet an sit aliquis heres quia bastardus forte, si se gerat dominus pro herede et terram petat versus tenentem sicut eschaetam suam, et per consequens nullum esse heredem, et sic homagium ceperit, licet dicat salvo iure cuiuslibet, warantizare tenetur ex quo sic implacitando recognoverit nullum esse heredem.>

Item si non tenuit nisi ad vitam vel si certi homines excepti sunt.

ITEM non tenetur heres alicuius[27] ad warantiam alicui qui cognovit in curia quod non tenuit tenementum de quo vocat warantum, nisi ad vitam antecessoris eius quem nunc vocat ad warantum. Item non tenetur ad warantiam quis per modum donationis contra certas personas in donatione exceptas, ut si dicatur: *Ego et heredes mei warantizabimus contra omnes gentes præterquam contra talem et*[28] *talem.*[29] Ut de itinere abbatis de Radinge et Martini de Pateshilla in comitatu Warrewickiæ, assisa mortis antecessoris, si Willelmus Trusel.[30]

Item si modum[31] *in donatione contentum*[32] *quod donator non teneatur ad warantiam.*

ITEM non tenetur quis ad warantiam, quamvis homagium intervenerit, per modum donationis ex consensu donatarii, ut si quis donationem fecerit alicui pro homagio et servitio, et[33] dicatur in carta pro se et heredibus suis, quod si donatarium contingat implacitari quod nec ipse nec heredes sui ad excambium teneantur neque ad warantiam: sicut de Willelmo Bruere[34] in multis cartis suis. Et sic vincit conventio legem, sicut in multis aliis locis. Sed quid si cum donatarius implacitatus fuerit propter homagium quod probari poterit, feoffatorem suum vocaverit ad warantum, et cum ipse feoffator exceperit quod ad warantiam non teneatur per modum donationis, donatarius noluerit[35] cartam exhibere cum faciat contra ipsum? Quæritur an ad hoc compelli possit.[36] Et si compellatur, respondeat quod cartam non habuerit, et si habuerit,[37] quod[38] illam casu amisit. Sic videtur quod deficiat probatio licet ius non deficiat, nisi sit qui dicat hoc per patriam esse[39] dirimendum. Consulte igitur faceret donator si per scriptum aliquod de tali conventione in initio donationis sibi cautius prospiceret.

[24] Om., OB, MA, MB. [25-26] Om., MSS. var. [27] Om., OB, MA, MB. [28-29] Om., OB, MA, MB. [30] Trussel(l), Trushel, :Rosel, Crassel., MSS. var. [31] modus, V; *sic*, MSS. [32] contentus, V; *sic*, MSS. [33] Om., OB, MA, MB. [34] de Bruere, V, MB, CM. [35] voluerit, MSS. var. [36] possunt, OC, MG, CE. [37] habuit, MC, OC, CE. [38] Om., OA, LA, MC, OC, CE; quia, MG. [39] Om., Y, OB, MA, MB; esset, CE, OC; est, CM.

Item propter variationem si tenens semel cognoverit quod non tenuit tenementum nisi ad vitam vel ad voluntatem domini qui vocatur ad warantum.

ITEM nec ad excambium tenetur nec ad warantiam quis propter variationem, ut si aliquis[40] semel[41] cognoverit quod terram non tenuerit nisi ad voluntatem talis domini sui, et[42] postea dicat quod in feodo, cadit ab intentione sua propter variationem. Ut de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici octavo. Et eodem modo non admittitur[43] variatio, ut si quis fuerit requisitus in placito de proparte an teneat pro herede, et confiteatur quod sic et postea dicat quod inde feoffatus sit et warantum vocaverit, non audietur propter variationem, cum ista variatio sit contra breve et contra intentionem petentis cui primo[44] consensit. Sed si primo confiteretur[45] quod teneret sicut feoffatus et non heres et sic contra[46] breve, et postea variaret et confiteretur se esse heredem, talis variatio admittenda esset quia non in præiudicium petentis: prima autem non quia in præiudicium.

Item non tenetur ad warantiam nec ad excambium de feoffamento et incumbratione tenentis sui, vel de iniuria et iniusta detentione.

ITEM non tenetur quis[47] ad warantiam[48] de iniuria et iniusta detentione tenentis sui versus feoffatum a suo tenente. Ut si A. feoffaverit B. de f. 391] aliquo tenemento et idem B. de eodem feoffaverit C., et C. relictis heredibus infra ætatem existentibus decedat, et B. ratione custodiæ ceperit tenementum illud in manum suam, et cum heres ad ætatem pervenerit tulerit assisam super ipsum B., et B. inde ad warantum vocaverit ipsum A., idem[1] A. ad warantiam non tenebitur de iniuria et iniusta detentione tenentis sui, quia ex hoc sequeretur quod si ipse heres recuperaret tenementum suum quod[2] idem A. teneretur B. ad excambium, quod esset iniquum. Et de hac materia inveniri poterit in rotulo de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici quarto decimo, assisa mortis antecessoris, si Galfridus pater Gilberti, et quam terram prior de Colum tenuit et qui vocavit inde ad warantum quendam Warinum de Monte Caniso versus prædictum Gilbertum, et ubi[3] idem Warinus venit et cognovit quod domus illius prioris de Colum feoffata fuit per antecessores suos de tenemento unde assisa arramiata fuit, sed prædecessores ipsius prioris feoffaverunt prædictum Galfridum de cuius morte assisa arramiata fuit: et unde ibi consideratum fuit quod Warinus non tenebatur ad warantiam

[40] quis, V, OB, MA, MB. [41] Om., OB, MA, MB. [42] et si, V, OC, CE. [43] amittitur, OC, MG, CE. [44] prius, OC, MG, CE. [45] confiteatur, MB, OC, MG, CE, Y. [46] supra, OC, MG, CE. [47] Om., OB, MA, MB, Y. [48] warantum, OC, MG, CE.

[1] item, OC, MG, CE. [2] et quod, OB, MA, MB. [3] unde, OC, MG, CE.

propter incumbramentum[4] prædecessoris[5] ipsius prioris. Et sic videtur quod sive feoffatus medius fuerit[6] detentor iniustus, sive alios inde feoffaverit et sic tenementum incumbraverit,[7] sive ipse implacitatus fuerit per assisam, sive vocatus ad warantum a tenente suo et facto proprio, quod feoffator suus non tenebitur ad warantiam, licet teneatur contra extraneas personas de[8] waranto in warantum usque ad plures, contra extraneas personas[9] quæ ius habuerunt[10] in re data ante feoffamentum suum, quod primum fuit et principale. Et in quo casu tenet warantizatio ab ultimo feoffato usque ad primum feoffatorem, et quilibet tenetur suo feoffato warantizare per ordinem cum feoffati fuerint sibi et heredibus suis. Cum[11] autem sic, sibi et heredibus suis[12] vel[13] cui dare vel assignare voluerint,[14] tunc habebit assignatus vel donatarius electionem utrum velit vocare ad warantum suum feoffatorem, vel[15] feoffatorem[16] sui feoffatoris propter modum primæ donationis immediate. Et sic considerare oportet utrum quis feoffatus fuerit sic vel sic. Item esto quod A. primo feoffaverit B. et B. relicto herede infra ætatem moriatur, et cum A. ceperit in manum suam hereditatem ratione custodiæ, feoffaverit C. qui inde seisitus moriatur relicto herede infra ætatem, et A. eodem modo ceperit terram in manum suam ratione custodiæ, et cum uterque heredum assisam mortis antecessoris proferat super ipsum A., idem A. de incumbramento[17] suo warantum vocare non poterit, propter factum et proprium incumbramentum suum, sed assisa ultimi feoffati procedet primo super ipsum A.: et[18] cum recuperaverit, tunc cadit assisa primi feoffati impetrata super ipsum A.[19] et reincipiet super[20] ultimum feoffatum, ut ipse ad warantum vocet ipsum A., et cum heres primi feoffati recuperaverit versus A., habeat heres ultimi feoffati ad valentiam de terra waranti. Et quod dicitur de uno feoffato erit observandum in pluribus feoffatis et eorum heredibus in infinitum. Ut si A. feoffaverit B., B. C., C. D., D. E., et sic in infinitum. Si aliquis capitalium dominorum usque ad primum feoffatorem iuste, sicut ex causa donationis vel nomine custodiæ vel aliqua alia iusta de causa, vel iniuste, sicut per intrusionem f. 391b] vel disseisinam, sive tenementum tenuerit in manu[21] sua[22] et inde implacitatus fuerit, sive alios feoffaverit a latere unum vel plures, et ipse alios unum vel plures, simul vel successive, et ipse talis vocetur ad

[4] incumberamentum, MSS. var. [5] *sic*, MA; antecessoris, MSS. gen. [6] fuit, MG, LA, CM. [7] incumb(e)ravit, OC, MG, CE. [8-9] Om., OB, MA, MB, CM. [10] habuerint, OB, MB; habuerit, MA, OC, CE, CM; fuerit, MG. [11-12] Om., MA, CM. [13] et, OB, MA, MB. [14] voluerit, OC, MG, CE, CM. [15-16] Om., OB, MA, MB. [17 (et alibi)] incumberamento, MSS. var. [18-19] Om., OB, MA, MB. [20] s. ipsum, OB, MA, MB. [21-22] manum suam, OB, MA, MB.

warantum, numquam de facto et[23] incumbramento suo suum feoffatorem vocare poterit ad warantum.

Item non tenetur quis de incumbramento tenentis sui.

ESTO etiam quod quis de proprio facto et incumbramento feoffatorem suum vocaverit ad warantum, et[24] cum ipse warantizaverit et excambium fecerit, qualiter et per quod breve debeat excambium revocari? Verbi gratia: A. feoffat[25] B., B.[26] feoffat[27] C. amitam D.: mortua C., D. profert assisam versus B. capitalem dominum qui feoffavit C., B. vocat inde ad warantum A., A. venit et warantizat. D. recuperat seisinam suam versus A., A. facit excambium ipsi B. ad valentiam. Ad querelam igitur ipsius A. restituetur ei[28] excambium per tale breve.

De excambio rehabendo si factum fuerit.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram etcetera ad terminum tale B., ad respondendum A. quare excambium cepit de terra ipsius A. ad valentiam tantæ terræ cum pertinentiis in tali villa, quam D. in curia nostra coram iustitiariis nostris talibus recuperavit versus eundem B. per assisam mortis antecessoris inde captam inter prædictum D. et eundem B., et unde idem B. vocavit prædictum A. ad warantum versus eundem D., et qui venit et ei warantizavit ut[29] terram illam quam pater suus dederat ipse B. Sed excambium inde facere non debuit ut dicit eo quod C. amita prædicti D. de cuius morte prædictus D. tulit assisam illam, feoffata fuit de prædicta terra a prædecessoribus prædicti B. postquam pater prædicti A. eandem terram dederat[30] prædicto B., ut idem A. dicit. Et habeas ibi etcetera. Teste etcetera. Et unde cum idem B. convictus fuerit tale recepisse excambium, illud restituet quasi iniuste receptum. Et quod ita sit, inveniri poterit de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici quinto decimo comitatu Berkeriæ[31] de priore de Bradelegha[32] et Willelmo de Siffrewast.

Suspenditur quandoque warantia ad tempus propter minorem ætatem vel propter mortem.

f. 392] SUSPENDITUR quandoque warantia ad tempus propter minorem ætatem,[1] quandoque propter mortem waranti, et quandoque propter casum fortuitum supervenientem, et non perimitur[2] sed duret actio principalis, cum adhuc[3] duret[4] fundamentum, scilicet placitum principale supra[5] quod construi poterit ædificium, ut si durantibus partibus principalibus,

[23] Om., OB, MA, MB. [24] Om., OB, MA, MB. [25] feoffefat, MC, LA; feoffavit, OB, MA, MB. [26] et B., OB, MA, MB. [27] feoffefat, MC, LA; om., OB, MB. [28] Om., OB, MA, MB. [29] Om., V, MA; ibi, CM. [30] Om., OB, MA, MB. [31] Berks(cire?), MSS. var. [32] Bradel., MSS. gen.

[1] Om., OB, MA, MB. [2] permittitur, MSS. var. [3] ad, MB; aliud, OB; om., MA. [4] durat, V; daret, OB. [5] super, V, OB; sed, MG.

petente videlicet et tenente, moriatur warantus. Si autem aliqua partium vel ambæ partes principales moriantur, sic cadit causa principalis et totum fundamentum et per consequens placitum incidens de warantia. Suspenditur autem warantia ad tempus propter minorem ætatem ipsius waranti in placito proprietatis, ut si pater vel mater vel alius antecessor de aliquo tenemento obiit seisitus ut de feodo, quo casu ille qui minor est, sive unus sive plures, ante plenam ætatem non respondebit, licet petere possit aliquando in causa proprietatis ante plenam ætatem viginti et unius anni, secundum quod tenementum fuerit socagium vel feodum militare. Et cum warantia propter ætatem suspendatur, merito debet esse in suspenso usque ad plenam ætatem placitum principale.

Fallit hoc quandoque propter finem factum vel si antecessor minoris non obiit seisitus ut de feodo, quia minor respondebit ad finem.

FALLIT tamen istud in casibus tum[6] propter finem factum in curia domini regis, tum quia antecessor minoris non obiit seisitus ut de feodo de re de qua vocatus est ad warantum in dominico neque in servitio, sed[7] forte ad terminum annorum vel ad vitam vel ut de vadio vel nomine custodiæ et huiusmodi. Propter finem factum, quia esto quod A. petat versus B. tantam terram etcetera, et B. vocet inde ad warantum C. qui[8] nolit respondere infra ætatem quia antecessor suus obiit inde seisitus ut de feodo: si B. proferat cirographum et finem factum in curia domini regis inter ipsum et prædictum C. vel inter eorum antecessores, tunc quamvis idem C. infra ætatem existat, respondebit ad finem illum quod[9] de facili reprobari non poterit et procedetur ad iudicium de warantizatione, licet ad simplicem cartam vel ad homagium et servitium infra ætatem non teneatur respondere. Sed in hoc casu respectum habebit respondendi tam de warantizatione versus B. quam de principali placito versus A. Sed si finis et cirographum intervenerit, ætas ipsius C. non expectabitur versus B. qui ipsum vocavit ad warantum per finem illum, quin[10] statim warantizet non expectata ætate sua, quia ad finem factum respondebit quilibet minor etsi non esset nisi unius anni. Et cum C. sic warantizaverit ipsi B. expectabitur ætas sua versus ipsum A. qui petit de placito principali, et sic videtur prima facie quod in uno[11] eodem placito expectatur[12] ætas et non expectatur,[13] quod quidem[14] verum est, sed tamen secundum diversos respectus, cum hic sint duo placita, unum videlicet principale quod est inter ipsum A. et B., et aliud incidens quod est inter B. et C. de

[6] Om., MA, MB, CM. [7] neque, OC, CE; licet, MG. [8] Om., OA, MC, LA, MG; C., OC, CE; et C., CM. [9] et, OC, MG, CE. [10] qui, OB, MA, MB. [11] uno et, V, OC, CE, MB. [12] expectabitur, OC, MG, CE. [13] expectabitur, OC, CE, MG. [14] Om., OA, OB, MA, MB, Y.

warantia. <Videtur quod teneatur respondere de quibus antecessor non obiit seisitus ut de feodo, sed[15] vice versa non teneatur respondere de quibus obiit seisitus ut de feodo.> Item cum minor non teneatur de aliquo respondere de quo pater vel mater vel alius antecessor obiit seisitus ut de feodo in dominico vel in servitio ante plenam ætatem, præterquam ad finem factum ut prædictum est, videtur a contrario sensu quod respondere debeat tam ad[16] warantiam[17] quam ad principale placitum de omnibus de quibus non obiit seisitus ut de feodo, nec in servitio nec in dominico, f. 392b] sicut sunt ea de quibus paulo ante dictum est. Et unde sive placita sint per breve de recto sive assisæ sicut mortis antecessoris et aliæ huiusmodi, in quibus ostendi possit quod antecessor minoris qui vocatus est ad warantum non obiit seisitus de re petita ut de feodo, nec in dominico nec in servitio, ad warantiam respondere tenebitur et post warantiam ad placitum principale, non obstante minori ætate. Si autem inde seisitus obiit ut de feodo in dominico vel in servitio aliud erit. Et de hac materia dicetur plenius infra de exceptionibus, ubi dicitur ad quæ debet[18] minor respondere et ad quæ non.

Suspenditur quandoque per mortem waranti.

Suspenditur etiam quandoque warantia per mortem waranti, ubi scilicet quis vocatus fuerit ad warantum et obierit antequam warantizaverit vel postquam warantizaverit quandocumque,[19] dum tamen ante iudicium et loquelam terminatam inter ipsum et principalem petentem.[20] Et quo casu sive heres eius infra ætatem fuerit sive non, non propter hoc cadit loquela, nec ex toto erit reincipienda per mortem waranti cum semel warantizaverit et in se susceperit defensionem: et per hoc fit[21] quasi tenens, cum adhuc duret fundamentum, scilicet petens et tenens ut supra dictum[22] est inter quos vertitur contentio, et ideo de novo vocetur heres eius ad warantum qui obiit. Et quod heres vocari debeat probatur in rotulo de termino Paschæ anno regis Henrici sexto decimo comitatu Cantiæ, de Alicia de Bendenges. Ad idem facit quod habetis de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici octavo in principio rotuli. Et quod dicitur de herede observari debet in[23] successore sicut episcopis, abbatibus et[24] prioribus. Ut de termino Paschæ anno regis Henrici septimo comitatu Devoniæ, de Willelmo Paynel et abbate de Dunekeswylle.[25] Et sic non peribit lis quamvis pereat instantia litis.

[15] si, MC, LA. [16-17] de warantia, OB, MA, MB, Y. [18] dicitur, OA, LA, MC, MG. [19] vel q., V; quandoque, MG; quocumque, OB. [20] tenentem, MA, CM. [21] sit, MSS. var.; sic, MB. [22] Om., OB, MA, MB, Y. [23] de, V, OB, MB; om., MA. [24] Om., OB, MA, MB, CM. [25] Donkewill, Donekenulle, Dunckefavell., Cunckefavell., Dunckefavill., Dunkefamill., MSS. var.

Item si quis duos vel plures vocaverit ad warantum, ut si virum et uxorem.

ITEM esto quod quis duos vel plures vocaverit ad warantum sicut virum et uxorem. Verbi gratia: A. petit versus B. terram. B. vocat inde ad warantum C. et D. uxorem eius qui veniunt et warantizant et vocant inde ad warantum E.: et pendente placito warantiæ inter eos moritur C. vir ipsius D. Quo casu oportebit quod D. uxor C. de novo vocet ad warantum ipsum E. et per novum breve, et qui non[26] respondebit ad warantiam sine nova[27] summonitione. Ut de termino Paschæ anno regis Henrici sexto decimo comitatu Lincolniæ, de Ricardo de Elinges. Sed quid si uterque moriatur tam C. quam D.? Tunc[28] summoneantur heredes ipsius D.[29] Item esto quod warantus cum vocatus fuerit[30] warantizaverit et amiserit, sed excambium non fecerit in vita sua. Heres ipsius sine alio[31] brevi tenebitur excambium facere. Ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici octavo, de Hugone de Baillol.[32]

Ubi plures vocantur ad warantum successive refert quis prius moriatur, et in persona cuius debeat placitum warantiæ suscitari, et unus ex principalibus personis moriatur.

REFERT tamen utrum primus ex pluribus moriatur ubi plures successive vocati fuerint ad warantizandum de waranto in warantum, et warantizaverint[33] usque ad ultimum, et ille qui ultimo vocatus fuerit ad warantum, sive warantizaverit sive non et sive ad placitum principale responderit sive non, dum tamen moriatur ante iudicium in principali, et quo casu erit placitum warantiæ reincipiendum in persona heredis ex nova summonitione. Si autem iudicium redditum sit, sine nova summonitione et novo brevi erit executio iudicii facienda de bonis heredis quoad excambium. f. 393] Si autem ille primus qui warantizavit moriatur vel tenens cui warantizatum est, vel illi qui sunt medii, pendente placito warantiæ inter ultimos warantos, et aliquis ipsorum amiserit, fiat excambium heredibus ipsius ultimi waranti et illud idem tenenti si superstes fuerit. Si autem non, tunc cadit principalis loquela et erit de novo reincipienda. De warantis vero qui medii sunt, si moriantur pendente placito warantiæ inter ultimos warantos, non est multum curandum, quia eorum heredes non versantur neque in lucro neque in damno quoad excambium, ex quo ultimo vocatus non respondit[1] ad warantiam. Sed heres mortui qui vocavit et qui aliis warantizaret, si plene ætatis fuerit summoneatur

[26] Om., OB, MA, MB. [27] Om., OB, MA, MB. [28-29] Om., OB, MA, MB. [30] f. et. OB, MA, MB. [31] aliquo, OB, MA, MB. [32] Baylol, Bayllos, Bayllel, MSS. var. [33] warantizaverit, MC, LA.

[1] respondet, V; respondebit, MB, MG.

ad warantizandum in statu quo pater fuit, et si fuerit infra ætatem expectetur[2] ætas.

Remanebit[3] totum placitum propter minorem ætatem unius waranti et postea resummoneatur.

Si autem plures sint ibi waranti vocati qui sunt quasi unus heres de feoffamento antecessorum suorum, quorum[4] unus fuerit infra ætatem, propter ætatem suam remanebit placitum warantiæ usque ad ætatem ac si omnes essent infra ætatem, cum distinctione supra dicta. Si autem unus vel plures moriantur et heredes habuerint de corpore suo qui sint[5] infra ætatem vel plenæ ætatis, tunc summoneantur heredes in forma supra dicta et fiat ut supra. Si autem alios non habuerint[6] nisi coheredes quibus descendit ius defunctorum per ius accrescendi, iniquum esset et onerosum si pro parte illa quæ eis de[7] novo[8] accreverit, essent omnes summonendi de novo, non allocatis essoniis et dilationibus suis præhabitis, cum lites et dilationes potius restringendæ sint[9] quam laxandæ. Igitur non[10] erit[11] de novo summonitio reincipienda, sed teneat processus secundum quod inceptus est. <Item[12] si plures waranti vocentur qui sunt quasi unus heres, tunc refert utrum partitio facta sit inter eos vel non. Si autem non, omnes simul nominandi sunt et vocandi quasi unum corpus et nullus sine alio respondebit. Si autem partita fuerit, tunc refert utrum feoffamentum de quo unus vocatus est ad warantum factum sit a participe post partitionem vel ante a communi antecessore omnium. Si autem tantum a participe sine aliis, ipse solus vocetur et respondeat de facto proprio. Si autem a communi antecessore, tunc omnes vocentur, nec expedit tantum unum nominare sed omnes, licet unus posset respondere quod sine participibus ad warantum non teneretur respondere, ut[13] alii[14] summonerentur ad warantizandum cum eo.[15]>

Item suspenditur warantia propter dubium eventum, propter[16] partum qui in utero est.

Suspenditur etiam[17] warantia propter dubium eventum de waranto, ut si duo se gerant pro herede, de quibus ante iudicium constare non possit quis eorum sit heres legitimus. Item si mulier habens in utero partum, de quo constare non possit utrum nascatur vivus vel mortuus, vel cum nascatur, utrum sit homo vel declinet ad monstrum.

Item si warantus vocatus appellatus fuerit de vita et membris.

Item remanet warantia in suspenso si quis vocatus fuerit ad warantum[18]

[2] expectet, OA, OC, MG, CE. [3] Si plures waranti vocentur qui sunt quasi unus heres r., MSS. var. [4] Om., OA; et, OB, MA, MB, V. [5] sunt, V, MB, CM. [6] habuerit, OB, MA, MB, MG. [7-8] Om., OB, MA, MB. [9] sunt, V, CM, MG. [10-11] Om., OB, MA, MB. [12-15] *sic*, V, LA, MC, MG; om., MSS. gen. [13-14] nisi, V; antequam a., MG. [15] ea, MC, LA. [16] scilicet propter, OC, MG, CE. [17] autem, OC, MG, CE, MC, LA. [18] warantiam, V, OB, MA, MB.

qui appellatus sit de vita et membris, donec constiterit utrum se defendere possit vel non de felonia, quia non magis tenetur respondere ad warantiam pendente accusatione quam teneretur[19] ad placitum principale, quia subsequente condemnatione omnia quæ cum ipso acta essent post feloniam factam sunt irritanda et revocanda, et etiam generatio sua suscepta post feloniam exheredanda.[20] Et ideo suspenditur warantia donec constiterit quis ei succedere debeat post delictum.

Item de eo qui debet esse loco heredis ut de eschaeta.

f. 393b] Item idem erit si warantus obierit pendente placito warantiæ, donec constiterit ad quem terra sua debeat reverti si obierit sine herede, cum talis esse debeat loco heredis de donationibus factis ante feloniam. Et si talis forte suspensus fuerit pendente warantia vel utlagatus, tunc eodem modo reincipiatur loquela ut in eodem statu in quo fuit quando tenens primo warantum vocavit, cum constiterit cuius[21] eschaeta esse debeat hereditas talis. Ut de itinere Willelmi de Ralegha in comitatu Warrewickiæ, de quodam Willelmo filio Roberti.

Item refert utrum warantus qui obiit tenuit in feodo vel ad vitam.

Videndum est etiam utrum warantus qui obiit tenuit in feodo vel ad vitam tantum, sicut nomine dotis vel alio modo ut[22] liberum tenementum[23] quod post mortem waranti reversurum est ad dominum proprietatis. Si autem in feodo fiat ut supra dictum est. Si autem ad vitam et dominus proprietatis implacitaverit, tunc non cadit breve neque loquela principalis, sed tantum placitum de warantia quod in personis heredum reincipere non potest: et procedat placitum principale ac si tenens ab initio warantum non vocasset.

Item poterit quis intrare gratis ad warantiam etsi non vocetur, ad proprii iuris tuitionem.

Poterit etiam quis[24] intrare in warantiam etsi non vocetur ad warantum, ad proprii iuris tuitionem, ut si quis tenuerit ad vitam suam sicut mulier nomine dotis, vel alio modo vel[25] ad terminum, terram aliquam quæ post vitam vel terminum reversura esset ad dominum proprietatis, se[26] in fraudem et exheredationem eius permiserit implacitari ab aliquo, et cum posset dominum proprietatis inde vocare ad warantum ad defensionem suam hoc omiserit, bene poterit ille dominus proprietatis cum sibi viderit exinde periculum iminere,[27] per se etsi non vocetur intrare in warantiam ad proprii iuris defensionem, cum melius et utilius sit in tempore occurrere quam post causam vulneratam remedium quærere, et sic malitiis hominum

[19] tenetur, V, MG. [20] exheredata, OC, CE; exhibenda, CM. [21] *sic*, Y, OB, MA, MB; huiusmodi, OC, MG, CE, MC; huius, OA; hus., LA; quod, CM. [22] sicut, V, OB, MA, MB. [23] t. suum, OB, MA, MB. [24] Om., OB, MA, MB. [25] ut, OC, MG, CE. [26] si se, V. [27] *sic*, MSS.

obviare. Quia cum mulier vel alius qui tenet ad vitam sine waranto suo placitare vel respondere non possit, statim cum implacitata fuerit de aliquo pertinente ad dotem suam quod in corpore vel in iure consistat, vocare debet warantum suum. Ut de termino Sancti Hillarii et Paschæ anno regis Henrici quarto circa finem. Et si hoc in fraudem omiserit[28] vel forte defaltam facere voluerit, ille cuius interest in warantiam intret etiam[29] non vocatus. Si autem cum warantus vocatus fuerit defaltam fecerit, petens recuperabit rem petitam et tenens excambium. Si autem tenens et warantus non, tunc amittit tenens et excambium non habebit.

Cum warantus de warantia se defendere non possit vel cum gratis vel per iudicium, tunc reincipiet petens principale placitum versus warantum sicut fecit versus tenentem, et eodem modo proponat intentionem suam.

Cum autem warantus de warantia se defendere non possit quin per iudicium warantizet, vel si gratis hoc fecerit, tunc reincipiet petens placitum suum principale versus ipsum qui warantizavit, et proponat eodem modo f. 394] intentionem suam versus ipsum warantum sicut proposuit versus ipsum principalem tenentem, et dicat sic, quod iniuste intrat in warantiam quia terra vel res de qua agitur est ius suum, quia[1] talis antecessor suus inde seisitus fuit ut de feodo et iure, et sic per omnia sicut versus ipsum principalem tenentem, et sic incipit esse placitum inter petentem et warantum, et sic tenens et alii waranti medii quibus warantizatum est remaneant in pace donec constiterit quid actum sit inter petentem et warantum. Et quo casu bene poterit warantus warantum ulterius vocare si warantum habuerit, unum vel plures, simul vel[2] successive: et quo casu si warantus summoneri debeat, nulla fiat mentio in summonitione de tenente nec de warantis mediis quibus warantizatum est, sed dicatur:

Si autem ille qui warantizavit ulterius vocet warantum, tunc fiat ei tale breve pro auxilio curiæ.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. quod sit coram iustitiariis etcetera ad warantizandum B., scilicet waranto qui ultimo warantizavit, tantam terram etcetera, quam C. in curia nostra coram iustitiariis etcetera clamat ut ius suum versus ipsum B., et unde idem B. in eadem curia etcetera vocavit ipsum A. ad warantum versus ipsum C. Et qualiter ulterius de warantis sit procedendum si vocati fuerint, satis perpendi poterit ex præmissis.

[28] amiserit, OB, MA, MB. [29] et, MC, LA, OC, CE; licet, MG.
[1] vel, OB, MA, MB, CM. [2] et, OA, LA, MC, OC, CE, MG.

Si ille qui vocatur ad warantum non tenuit nisi ad vitam quando feoffavit, et mortuo eo cum vocatus esset dominus proprietatis antequam warantizasset mortuus, et terra reverti debeat ad dominum proprietatis qui petit.

ITEM esto quod ille qui vocatus est ad warantum non tenuit rem petitam nisi ad vitam suam, et antequam warantizaverit moriatur, et terra reverti debeat ad dominum proprietatis qui petit, non cadit breve principale nec warantia, sed reincipiat placitum warantiæ in persona heredis, si[3] ille qui ad vitam tenuit feoffavit in feodo. Si autem ad vitam suam, tunc cadit omnino warantia et tenebit placitum principale. Si autem ad vitam tenentis, tunc tenebit warantia. Et de hac materia supra de donationibus.

Cum ultimus warantus ulterius warantum vocare noluerit, tunc statim defendat ius petentis.

CUM autem[4] ille qui ultimo warantizavit[5] warantum ulterius vocare noluerit[6] vel non possit, tunc aut statim defendit ius ipsius petentis et seisinam et totum per corpus liberi hominis sui per[7] duellum, vel ponit[8] se in magnam assisam, vel rem[9] petitam recognoscit[10] petenti cum voluntate tenentis, nisi exceptiones habeat contra petentem quas proponat. Et sunt exceptiones communes quæ competunt tam tenenti[11] quam waranto, et[12] quas ipse warantus proponat si voluerit. Sunt etiam quædam quæ competunt tantum tenenti et non waranto, quas quidem non proponat warantus, et e converso, quia etsi[13] aliquando competat exceptio contra aliquem, non pertinet ad omnes quod[14] illam proponant, nisi ad ipsum tantum cuius interest. Et unde videtur quod ad illum cui[15] warantizavit non competant exceptiones quæ propositæ fuerunt a principali tenente et per iudicium cassatæ, vel quibus ipse tenens tacite renuntiavit, vocando warantum antequam illas proponeret,[16] sicut contra breve de errore et huiusmodi, si ita sit quod tacita renuntiatio tenentis principalis nocere possit waranto.

Proposita intentione contra warantum, si warantus visum petat denegabitur ei.

f. 394b] PROPOSITA autem intentione petentis ut prædictum est, si warantus visum petat denegabitur ei, quia aut scit aut scire debet quam terram tenenti suo warantizavit, et de qua terra homagium cepit et servitium.[17] Et visu ei denegato, si dicat quod totum terram petitam[18]

[3] sed, OB, MA, MB. [4] Om., OA, OB, MB, Y. [5] warantizaverit, OC, CE; vocaverit, MG. [6] voluerit, MSS. var. [7] et per, V, OB, MA. [8] ponat, V, MB; ponet, MA; posuit, OC, CE; ponere, CM. [9] rei, OA; om., OC, CE. [10] recognoscat, MA, MB; cognoscit, OB; recognoscere, CM. [11] petenti, OB, MA, MB, MG. [12] Om., OB, MA, MB, MG. [13] si, OC, MG, CE, CM. [14] qui, V; quidem, CM. [15] qui, OB, MA, MB, MG, Y. [16] proponet, OB, MB; proponat, MA. [17] s. Si excipiat et dicat quod totam terram petitam non teneat de qua vocatus est ad warantum (-iam), non valebit ei quia non tenetur (ei) ad maius excambium, V, OA (marg.), MC (rubrica), LA (rubrica). [18] illam p., V, OB, MA, MB.

non teneat de qua vocatus est ad warantum, sive tenens illam primo proposuerit sive non et licet totam warantizare debeat, quamvis tenens totam non teneat, talem exceptionem proponendo non audietur, cum ad maius excambium non teneatur principali tenenti quam ipse tenens tunc tenuit quando warantus per iudicium amisit, licet ista exceptio ab initio competeret ipsi tenenti contra petentem.

Si waranto competant aliæ exceptiones quæ primo non competierunt principali tenenti, proponantur illæ incontinenti.

Si autem sint exceptiones vel[19] defensiones quæ competant ipsi waranto et quæ prius non competierunt[20] principali tenenti, tunc illas proponat warantus, ut si finis in curia domini regis et cirographum factum fuit[21] inter ipsum warantum et petentem vel eorum antecessores, per quem finem ipse petens vel eius antecessores remiserunt et quietum clamaverunt ipsi waranto vel eius antecessoribus totum ius suum quod habuerunt[22] in terra illa[23] petita, vel si antecessores petentis vel ipse petens feloniam vel quid tale fecerunt,[24] propter quod terra illa fuit eschaeta ipsius waranti vel antecessorum suorum. Item si recognitio et redditio, donatio vel venditio cum warantia expressa, vel pro homagio et servitio, intervenit, vel si forte antecessores ipsius petentis terram illam amiserunt[25] versus warantum per iudicium vel per magnam assisam vel[26] duellum, vel eius heredes. Et plures possunt esse huiusmodi exceptiones waranto competentes quæ non competunt principali tenenti. Et unde cum warantus per huiusmodi exceptiones vel per duellum vel[27] magnam assisam,[28] retinebit tenens seisinam suam et petens in misericordia remanebit.

Si autem nulla sit exceptio vel defensio.

Si autem non sit exceptio neque defensio sicut duellum vel[29] magna assisa per quæ[30] possit warantus tenentem suum defendere, secundum quod inferius dicetur, amittet tenens terram petitam et warantus ei tenebitur ad excambium, quatenus habuerit de hereditate eius ratione cuius vocatus fuerit ad warantum.

Non tenetur quis factum patris warantizare vel excambium facere de hereditate matris, vel e converso.

Non enim tenetur quis factum patris vel matris vel alterius antecessoris cuius heres ipse fuerit warantizare vel excambium facere de suo perquisito. Item nec de hereditate matris warantizare debet quis vel excambium facere

[19] et, OB, MA, MB. [20] c. ipsi, V, OC, MG, CE; comparuerunt, OB; competerent, MA; competierint, CM. [21] fuerit, OB, MA, MB, CM, Y. [22] habuerit, OB, MA. [23] Om., OB, MA, MB, Y. [24] fecit, V; fecerit, CE; fecerint, CM, MG. [25] amiserit, MG, CM. [26] vel per, V, OB, MA, MB, CM, Y. [27] vel per, V, MA, MB, CM, Y. [28] a. vocantem legitime defenderit, V; a. recuperabit, OC, CE. [29] et, OA, LA, MC, Y. [30] quam, V; quod, MG.

de hereditate patris[31] vel e converso.[32] Ut de itinere episcopi Dunelmensis et Martini de Pateshilla in comitatu Eboraci anno regis Henrici tertio f. 395] circa medium rotuli. Et quod donum patris warantizare debeat[1] de hereditate patris, inveniri poterit in eodem rotulo de eodem itinere, de Willelmo le[2] Vavassor,[3] ubi heres habuit[4] satis ad warantizandum de hereditate patris. Si autem non habeat unde totum sed partem, fiat excambium quatenus fieri possit, et de residuo expectet tenens tempora meliora. Si autem nihil, non erit omnino absolvendus de excambio, dum tamen sit aliquid quod ei accidere possit de hereditate eius ratione cuius vocatus fuerit ad warantum.

Item si warantus tenuerit de dominio rege per seriantiam.

Item quamvis quis teneatur ad warantiam, ad excambium tamen non tenetur ratione rei quam tenet licet ei hereditarie descendat, ut si teneat de domino rege in capite per seriantiam quæ[5] dividi non potest, ne dominus rex cogatur servitium suum et officium servientis recipere per particulas, cum particularis solutio multa habeat incommoda, et quæ revocari et coadunari[6] debet si fuerit dispersa, nisi ita sit quod ille qui seriantiam vel eius partem alienaverit, tantum retinuerit quod sufficere possit ad plenum servitium. Et quod dictum est de seriantia dici poterit de aliis feodis quæ tenentur de domino rege in capite.

Item nec si ille qui warantum vocavit aliquid adiecit de alterius feodo.

Si autem de excambio fieri debeat extensio et æstimatio, æstimari debet res quæ amittitur in eo statu in quo fuit quando primo data fuit. Non enim admittitur[7] melioratio tenentis qui amisit, ut si post feoffamentum suum ipse vel antecessores sui ibi ampla construxerint[8] ædificia sicut castra, parcos vel vivaria. Et si plures sint waranti qui amiserint, quilibet contribuat ad excambium pro portione virili, et fiat excambium et extensio per hoc breve.

Si de excambio fieri debeat extensio.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod cum A. in curia nostra coram etcetera peteret versus B. tantam terram etcetera, ut supra, idem B. venit in eadem curia et vocavit[9] inde ad warantum C., et qui venit in eadem curia et ei warantizavit, et postea per iudicium eiusdem curiæ nostræ terram illam amisit versus prædictum A., quæ quidem per rationabilem extensionem inde factam per præceptum nostrum in comitatu tali valet per

[31] matris, OA, LA, MC; patris vel matris, CM. [32] *sic*, MSS.; c. de hereditate patris warantizare debet quis vel escambium facere de hereditate matris, V.

[1] debet, V, OB, MA, MB. [2] de, V, MG. [3] Vavasur, MSS. var. [4] habuerit, OA, MA. [5] quod, V; etiam, OB, MA, MB. [6] coadiuvare, V; coadiun(v?)ari, OB, MB, MG, CE. [7] amittitur, OC, MG, CE, MC. [8] construxerunt, OB, MA, MB, CM, Y. [9] vocet, OC, CE; vocat, MG.

annum decem libras. Et ideo tibi præcipimus quod de terra ipsius C. in comitatu tuo eidem B. in excambium prædictæ terræ sine dilatione habere facias et assignari decem libratas terræ per visum legalium hominum de comitatu tuo, et per rationabilem extensionem. Et quid et ubi et per quas particulas terram illam ei[10] assignaveris, scire facias nobis per litteras tuas sigillatas, et per duos ex illis per quorum sacramenta[11] extensio et assignatio illa facta fuerit. Et habeas ibi hoc breve et nomina eorum per quorum etcetera. Teste etcetera. Et si causetur extensio, fiat sicut alibi de extensionibus.

Casus ubi quis habere poterit ipsam rem principalem et nihilominus excambium.

POTERIT etiam quis in casu habere ipsam rem principalem et nihilominus excambium. Verbi gratia: Capitalis dominus cum in possessione fuerit alicuius terræ ratione custodiæ de duobus fratribus feoffat[12] postnatum de eadem terra, primogenitus profert assisam mortis antecessoris[13] super fratrem[14] postnatum, et ipse vocat ad warantum capitalem dominum, et cum ipse warantizaverit, recuperat[15] antenatus seisinam versus eum et ipse dominus capitalis facit postnato excambium. Mortuo autem antenato sine herede de se seisiat dominus capitalis terram in manum suam, frater postnatus petit illam versus eum per assisam de morte fratris sui, obicit ei f. 395b] dominus suus capitalis quod non potest petere terram cum inde habeat excambium. Re vera poterit[16] diversis respectibus terram in dominico propter descensum, et excambium similiter retinere[17] propter feoffamentum, et sic utrumque tamen ex diversis causis.

Si tenens warantum vocaverit qui manens sit extra regnum et nihil habuerit in regno per quod distringi possit: si autem extra potestatem, tunc illum producat si voluerit quia auxilium non habebit.

DICTUM est[18] de illis qui warantum vocant per auxilium curiæ infra regnum et ubi dominus rex districtionem habet ut vocatus veniat ad warantizandum. Nunc autem dicendum si tenens warantum vocaverit qui manens sit extra regnum et[19] nihil habuerit in regno Angliæ per quod distringatur, et tunc refert si extra regnum[20] utrum rex potestatem habuerit[21] vel non ad distringendum talem. Quod si nullam, sicut in potestate regis Franciæ vel Alemaniæ[22] et huiusmodi, licet auxilium petenti[23] concedatur, non valebit: sed oportebit petentem[24] talem producere,[25] alioquin in defaltam

[10] Om., OB, MA, MB, CM. [11] *sic*, Y, OB, MB, MC; sacra., OA, LA, MA, CM; sacrm., OC, MG, CE; sacramentum, V. [12] feoffefat, OA, LA, MC. [13] Om., OA, LA, MC. [14] Om., OB, MA, MB. [15] recuperet, V, MC, MG. [16] petere p., OC, CE. [17] Om., OB, MA, MB. [18] est supra, OC, CE, MA. [19-20] Om., LA, CE. [21] habuit, MC, LA. [22] alium, OC, CE; alieni, MG; alien., MC. [23] *sic*, MSS. gen.; tenenti, V. [24] tenentem, V; om., OB, MA, MB; primo, CM. [25] p. si voluerit quia auxilium non habebit, V.

remanebit. Debet etiam illos producere sine auxilio curiæ quos habuerit[26] sub potestate sua, quamvis infra regnum manentes[27] sint et sub regis coertione, sicut uxorem propriam et liberos proprios et alios quibus poterit imperare. Esto etiam quod tenens implacitatus in Anglia warantum vocaverit qui manens sit in Hibernia vel in Wallia, sub potestate regis et ubi sua brevia currunt, et hoc per auxilium curiæ. Videtur quod ei dari debet auxilium, et placitum principale in suspenso remanere[28] et sine die quousque in Hibernia discussum fuerit de placito[29] warantiæ,[30] et[31] quod tenens sequatur placitum de warantia[32] vel quod per defaltam amittat. Et fiat breve domini regis iustitiariis suis Hibernia[33] in hac forma.

Si implacitatus in Anglia warantum vocaverit qui manet in Hibernia. Rex dilecto et fideli suo tali iustitiario Hiberniæ salutem. Sciatis[34] quod cum A. in curia nostra coram iustitiariis apud Westmonasterium peteret versus B. tantam terram etcetera ut ius suum, idem B. venit in eadem curia coram[35] etcetera, et dixit quod terram illam tenuit de dono C., vel alicuius antecessoris ipsius C. cuius heres ipse C. est, per cartam suam quam ibi ostendit, et vocavit[36] inde ad warantum prædictum C. versus eundem A. per auxilium eiusdem curiæ nostræ. Et quia idem C. manens est in Hibernia sub potestate nostra et nullam terram habeat[37] in Anglia ubi summoneri possit[38] et distringi, vobis mandamus quod summoneri faciatis prædictum C. certis die et loco secundum quod videritis expedire, ad warantizandum prædicto B. prædictam terram vel ad ostendendum quare warantizare non debeat, et recordum illius loquelæ de prædicta warantia, secundum quod coram vobis deducta fuerit, nobis sine dilatione scire[39] faciatis per litteras vestras sigillatas. Et remittatis nobis breve istud simul cum recordo. Et si prædictus C. warantizare debeat, detis[40] ei diem coram nobis ad audiendum recordum et iudicium suum de prædicta warantia, et ad respondendum eidem A. in placito principali. Teste etcetera.

Si warantus non venerit nec tenentem suum defenderit.

f. 396] Et quo casu si C. in Angliam non[1] venerit[2] nec tenentem suum defenderit versus A., A. recuperabit terram petitam versus B. et B. de terra ipsius C. in Hibernia habebit ad valentiam. Sed cum[3] C. venerit in Angliam et defenderit B. versus A., B. tenebit in pace et C. quietus erit de excambio. Sed esto quod cum C. in Anglia warantizaverit forte warantum

[26] habuit MC, LA. [27] Om., OB, MA, MB. [28] manere, V; remaneret, OC, CE; esse, MG; om., CM. [29-30] warantia, OB, MA, MB. [31-32] Om., OB, MA, MB. [33] in H., V, CM; Hiberniæ, OB, MB, Y. [34] scias, V, OC, CE, CM. [35] nostra, V, MA; om., OA, OB, MB, Y. [36] vocet, OC, CE; vic., MG. [37] habet, V, MA. [38] poterit, OC, MG, CE. [39] habere, OB, MA, MB. [40] deditis, LA; detur, MA; dicas, CM.

[1-2] invenerit, OA, OC, MC, LA, CE; venerit, MG. [3] si cum, OA, Y, LA, MC; sicut, OC, CE.

vocaverit in Hibernia, et qui[4] nihil habuerit[5] in[6] Anglia[7] per quod distringi possit, tunc fiat breve eodem modo quo supra, et quod contineat totum recordum cum utraque warantia, et sic in infinitum. Et vice versa fiat de Hibernia in Anglia, nisi sit qui dicat quod immediate distringi debeat warantus quod veniet[8] in Angliam ad warantizandum cum suis dilationibus. Sed si sit aliqua libertas ubi non currat breve regis, mandetur eodem modo domino libertatis ut prædictum est, vel distringatur quod faciat eum venire ad warantizandum per terras suas, infra libertatem vel extra non refert, quia rex qui libertatem dat potestatem regiam servituti non supponit, quamvis illam de gratia in parte restringat.[9]

Si warantus contenderit de warantia et carta producatur calumniata, et petens se ponat super patriam et testes nominatos in carta.

Item cum ille qui ad warantum vocatus est contendere velit de warantia, et ille qui vocavit cartam proferat pro[10] se in iudicio, et contra quam[11] exceptum fuerit quod minus sufficiens sit vel falsa, oportebit eum qui cartam profert docere illam[12] esse sufficientem et veram. Ut si scripturæ et signo contradicatur et defendatur donum illud, et ille qui cartam profert dicat donum esse rite factum et cartam esse validam, et inde se ponat super testes in carta nominatos et super patriam: tunc[13] fiat inde inquisitio et[14] per tale breve. Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A., B., C., testes nominatos in carta quam D. in curia nostra coram iustitiariis nostris etcetera, profert sub nomine E. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, et præterea octo tam milites quam alios liberos, legales et discretos homines de visneto tali, quod sint coram iustitiariis nostris tali loco, tali die, ad recognoscendum super sacramentum suum si prædictus E. terram illam dedit prædicto D., et cartam suam ei inde fecit et homagium suum inde cepit et ipsum D. inde in seisinam posuit sicut idem D. dicit, vel non, quia tam prædictus D. quam ipse E. posuerunt[15] se inde in iuratam illam: et ita se inde[16] interim certificent quod præfatos iustitiarios nostros ad præfatum terminum plenius inde certificare possint. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste[17] etcetera.[18]

Summoneantur testes. Sed quid si manentes sint in diversis comitatibus?

f. 396b] Si vero testes fuerint in diversis comitatibus manentes, tunc fiat breve interlaqueatum singulis vicecomitibus in hac forma, ita quod milites assumantur de comitatu illo ubi terra sita est. Rex vicecomiti

[4] cum, Y, OB, MA, MB; quod, MG; om., CM. [5] habuit, MSS. var.; fuerit, LA. [6-7] Om., OB, MA, MB, MG. [8] veniat, OB, MA, MB, CM, Y. [9] distringat, OB, MA, MB, OA(dest-); restringit, Y. [10] per, MA, CM. [11] quem, V, MC, LA, OC, CE. [12] Om., OB, MA, MB. [13] et tunc, V, OC, CE. [14] Om., OA, MC, LA, OC, CE, Y. [15] posuit, OB, OC, CE; posuerint, CM. [16] Om., MC, LA. [17-18] Om., OB, MA, MB, Y.

salutem. Summone per bonos summonitores A., B., C., testes nominatos etcetera ut supra, et præterea octo tam milites quam alios etcetera ut supra, quod sint tali die etcetera ad recognoscendum supra sacramentum suum simul cum D., E., F., aliis testibus nominatis in eadem carta, et simul cum octo[19] vel[20] duodecim liberis et legalibus hominibus de alio tali comitatu, et sic de aliis[21] comitatibus si testes et milites sint evocandi, ad recognoscendum super sacramentum suum etcetera ut supra.

Si carta bona sit in se et recognita pro bona, sed tamen donator non fuit compos sui nec sanæ mentis quando fecit donum illud.

ITEM eodem modo si carta recognita fuerit, scilicet scriptura et signum, sed contra cartam excipiatur quod valere non debeat quia facta fuit dum donator fuit impotens sui et non sanæ mentis, vel[22] postquam memoriam amisit in infirmitate qua obiit, vel dum[23] donator fuit infra ætatem constitutus, vel dum fuit in vinculis detentus donator fuit[24] carta illa per vim et metum extorta, et ubi[25] ipse donator[26] reclamavit cum potuit. Item si per dolum, ut si videlicet donatarius fecit sibi cartam de feoffamento ubi fecisse debuit cirographum de termino.

Item si carta falso facta, quia quando fieri debuit ad vitam facta fuit in feodo.

ITEM ubi carta fieri debuit ad vitam fecit illam in feodo et huiusmodi. Dum tamen nihil sit quod imputari possit imperitiæ suæ vel negligentiæ, ut si[27] sigillum suum senescallo suo traderet vel uxori quod cautius debuit custodiri, cum uxor et sigillum ad paria iudicentur, et huiusmodi secundum varietatem recordorum. Et quo casu oportebit ipsum qui cartam profert, docere contrarium et probare scilicet quod donator fuit compos sui et bonæ memoriæ, plenæ ætatis et huiusmodi. Et exempli causa fiat inquisitio in singulis casibus in hac forma.

Inquisitio si fuit sanaæ mentis.

REX vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. et B. testes nominatos etcetera, et præterea octo tam milites etcetera ut supra, ad recognoscendum super sacramentum suum si prædictus C. in ligia potestate sua, et dum fuit compos sui et bonæ memoriæ vel sanæ mentis, dedit prædicto B.[28] tantam terram cum pertinentiis in tali villa, vel advocationem talis ecclesiæ vel aliud quid tale, et cartam suam ei inde fecit vel non. Et unde E. filius et heres prædicti C. versus quem prædictus D.[29] in curia nostra etcetera clamat prædictam terram, vel prædictam advocationem vel aliud quid tale, dicit quod prædictus talis pater suus vel alius

[19-20] Om., OB, MA, MB. [21] pluribus, MC, LA, OC, MG, CE; aliis pluribus, CM. [22] et, OB, MA, MB. [23] Om., MC, LA. [24] fiat, OC, CE; om., MG. [25] nisi, OA, Y, OC, CE. [26] Om., OB, MA, MB. [27] Om., OC, MG, CE. [28] *sic*, MSS. [29] *sic*, MSS. gen.; A., MA; W., MG; B., V.

antecessor numquam dedit prædictam terram, advocationem vel quid tale prædicto B.,[30] et si hoc umquam[31] fecit, hoc fuit in infirmitate qua idem talis antecessor obiit, et postquam memoriam amiserat[32] et dum[33] fuit non sanæ mentis vel dum fuit infra ætatem in custodia ipsius antecessoris, ut idem C. dicit, quia tam prædictus C. quam prædictus D.[34] posuerunt se etcetera, ut supra.

Si tantum per testes de consensu partium.

Et quandoque fit inquisitio tantum per testes et quandoque per alios quam per testes si[35] partes hoc voluerint, hoc tamen observato quod[36] per alios quam per testes[37] fieri debeat inquisitio, semper in fine addatur hæc clausula, et interim terram illam videant, ecclesiam illam vel quid tale. Item aliter: ad recognoscendum etcetera si prædictus C. in bona voluntate sua et sponte dedit ipsi D. terram illam vel quid tale ut idem D. dicit, vel si hoc fecit coactus et per metum sicut[38] idem C. dicit. Et si hoc fecit f. 397] coactus et per metum,[39] tunc diligenter inquiras qualem metum et qualem coactionem idem talis ad hoc adhibuit, et inquisitionem etcetera. Item aliter: ad recognoscendum etcetera si A. pater B. dedit C. tantam terram cum pertinentiis in tali villa et eum inde in seisinam posuit, et ita quod per donum illud fuit inde in seisina in vita ipsius A. per tantum tempus. Et si idem C. postea dimisit terram illam prædicto A. patri ipsius B. ad firmam vel ad vitam, vel si idem A. semper fuit inde in seisina et obiit inde seisitus ut de feodo, absque aliqua[1] seisina quam idem C. inde haberet in vita ipsius A., vel non, quia tam prædictus B. quam prædictus C. inter quos contentio est de prædicta terra posuerunt se inde in inquisitionem illam. Et notandum quod huiusmodi inquisitiones locum habent generaliter et ubique ubi contentio habita est de cartis et donationibus factis per cartas.

Si res una data fuerit duobus, tunc inquiratur de prioritate.

Si quis autem unicam rem dederit duobus et contentio habeatur de prioritate, quis eorum primam habuit[2] seisinam, vel si quis advocationem dederit alicui, et[3] post donationem illam dicat donator se præsentasse ad ecclesiam illam et donatarius quod non, tunc fiat inquisitio tam de prioritate doni quam de præsentatione per hoc breve.

Si advocatio data fuerit duobus.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram iustitiariis nostris etcetera, tali loco tali die, sedecim tam milites quam alios liberos et legales homines de visneto tali, per quos rei veritas etcetera, et

[30] *sic*, MSS. gen.; om., LA. [31] numquam, OB, MB, Y, MG, CE, CM, OC (corr.), MA (nuncquam). [32] amiserit, V, CE, CM; amisit, MA. [33] dum aut, V, OC, CE, CM. [34] A., MA, MG. [35-37] Om., OC, MG, CE. [36] quod si, V, Y. [38-39] Om., OB, MA, MB.

[1] alia, MSS. var. [2] habuerit, V, OB, MA, MB. [3] Om., V, OC, CE.

tales qui non sint[4] essoniabiles, ad recognoscendum etcetera si A. antecessor B. uxoris talis postquam idem A. dederat[5] C. advocationem illius ecclesiæ, et postquam cartam suam quam inde[6] habet[7] ei fecit, præsentavit D. ad eandem ecclesiam ita quod ad præsentationem suam fuit admissus, et ultimo obiit persona in eadem ecclesia, vel non, quia tam talis quam B. uxor eius quam idem C., inter quos contentio est de eadem advocatione, posuerunt se inde in iuratam illam. Et similiter ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum D., E., F., testibus nominatis in carta quam prædictus A. fecit tali abbati de eadem advocatione, et[8] simul cum G. et H., testibus nominatis in carta quam idem A. fecit tali abbati de eadem advocatione,[9] videlicet utrum prædictus A. prius dedit advocationem illam prædicto tali et B. uxori suæ vel prædicto abbati. Et interim etiam[10] ecclesiam[11] illam videant, et se ita interim inde certificent quod præfatos iustitiarios nostros etcetera. Et habeas ibi nomina recognitorum et hoc breve, Teste etcetera. Si autem fieri debeat inquisitio de prioritate per testes et per patriam, tunc fiat sic.

Si inquisitio fieri debeat per testes et per patriam.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram iustitiariis etcetera, A., B., testes nominatos in carta quam C. fecit priori et canonicis talibus de advocatione talis ecclesiæ, ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum duodecim tam militibus[12] quam aliis[13] etcetera. Et simul cum E., F., G., testibus nominatis in carta quam idem D.[14] fecit[15] tali abbati et conventui de eadem advocatione, utrum scilicet prædictus D.[16] prius dedit advocationem illam prædicto priori et cartam suam ei inde fecit, vel prædicto abbati. Et interim etcetera ut supra. Et sic[17] fit[18] aliquando inquisitio de prioritate donationis et aliquando de seisina et prima præsentatione. Cum autem fieri debeat aliquando inquisitio in[19] comitatibus[20] et non coram iustitiariis, tunc fiat breve in hac forma.

Si fieri debeat inquisitio in comitatu et non coram iustitiariis.

f. 397b] Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram te et custodibus placitorum coronæ nostræ in pleno comitatu tuo A., B., C., testes nominatos in carta etcetera ut supra. Et præterea duodecim tam milites etcetera ut supra de visneto tali per quos rei veritas etcetera, et qui D. et E. nulla affinitate attingant,[21] et qui nullo modo[22]

[4] sunt, MA. CE. OA (corr.); om., CM. [5] dederit, V, MB, CM; dedit, Y. [6] idem., OA, OB, MA, MB, Y. [7] habuit, OC, CE; habes, MG. [8-9] Om., OB, MA, MB, MG, CM. [10] Om., V, Y, OC, CE, CM; etc., MB; et, MG. [11] Om., OB, MA, MB. [12] milites, OC, MG, CE. [13] alios, OC, CE; om., MG. [14] *sic*, MSS.; C., V. [14-15] Om., OB, MA. [16] C., V; om., OB, MA. [17] Om., OB, MA. [18] sit, V; fiat, MC. [19] de, OB, MA, MB. [20] *sic*, OA, Y, LA, MC; com(itatu?), MSS. gen. [21] attingat, OA; attingunt, MC. [22] Om., OB, MA, MB.

sint essoniabiles, et per eorum sacramentum diligenter inquiras si prædictus E. etcetera ut supra, quia tam prædictus D. quam prædictus E. posuerunt se inde in iuratam illam. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias iustitiariis[23] etcetera ad talem terminum, evidenter, distincte et aperte per litteras tuas sigillatas sigillo tuo et sigillis prædictorum custodum placitorum coronæ nostræ, et per quatuor vel duos legales et discretos homines ex illis per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et habeas ibi hoc breve et nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Teste etcetera.

Si testes manentes sint in diversis comitatibus.

Si vero testes degentes sint in diversis comitatibus, oportet quod omnes testes conveniant coram vicecomite cui demandata fuerit inquisitio facienda. Et tunc fiat breve interlaqueatum ut supra in hac forma: Rex vicecomiti Essexiæ[24] salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram te et coram custodibus placitorum coronæ nostræ ad diem certum et locum, secundum quod magis[25] videris expedire quando ad hoc intendere poteris,[26] A., B., C., testes nominatos in carta quam D. in curia nostra coram iustitiariis[27] etcetera profert sub nomine E., et præterea octo vel duodecim tam milites quam alios liberos et legales homines etcetera, et per eorum sacramentum[28] et similiter per sacramentum[29] F. et G., testium nominatorum in eadem carta de comitatu Sussexiæ,[30] et similiter duodecim tam militum quam aliorum etcetera de eodem comitatu quos vicecomes noster Sussexiæ coram te venire faciet, et etiam per sacramentum[31] H. et I., testium nominatorum in eadem carta de comitatu Surreiæ,[32] et præterea octo tam militum[33] quam aliorum etcetera de eodem comitatu quos vicecomes noster Surreiæ[34] coram te venire faciet, diligenter inquiras si[35] prædictus E.[36] etcetera ut supra. Et inquisitionem quam inde feceris scire facias etcetera ut supra. Mandavimus[37] enim præfatis vicecomitibus nostris Sussexiæ et Surreiæ quod præfatos testes et recognitores coram te venire faciant ad diem et[38] locum[39] quem eis scire feceris. Et habeas ibi hoc breve et nomina eorum etcetera ut supra. Breve autem quod sequitur tale[40] breve[41] fiet[42] in hac forma.

Item si in comitatu, breve interlaqueatum.

Rex vicecomiti Sussexiæ[43] vel[44] Surreiæ[45] salutem. Præcipimus tibi quod

[23] i. nostris, OB, OC, MA, CE, CM. [24] Om., OB, MA, MB, CM, Y. [25] Om., OB, MA, MB, Y. [26] possis, V, OB, MA; poteritis, MB. [27] i. nostris, V, MG. [28] sacramenta, MG; sacra., OA, LA. [29] sacra., OA, LA. [30] Surreiæ, MC; tali, OB, MA, MG. [31] sacramenta, MB; sacra., Y, OA, LA, MG. [32] Sussexiæ, OC, CE; S., CM; tali, OB, MA, MG. [33] milites, OC, MG, CE. [34] Sussexiæ, OC, CE, MA; om., MG, CM. [35-36] Om., OB, MA, MB, MG (om. si . . . supra.) [37] mandamus, OB, MA, MB, Y. [38-39] et ad, MB; ad, MA; om., OB. [40-41] Om., V; tale, OB, CM; (om. breve autem . . . hac forma, MA). [42] fiat, OB, CM. [43-45] Om., MA. [44] et, MB, CM, Y. [44-45] Om., OB.

ad diem et locum quem vicecomes noster Essexiæ tibi scire faciet, venire facias coram eo A. et B., testes nominatos in carta quam D. in curia nostra coram iustitiariis etcetera profert sub nomine E. etcetera ut supra. Et præterea octo vel duodecim tam milites quam alios etcetera de comitatu tuo, per quos rei veritas etcetera, ad recognoscendum super sacramentum suum simul cum F. et G. de comitatu Surreiæ, aliis testibus nominatis in eadem carta, et simul[46] cum octo tam[47] militibus etcetera de eodem comitatu, et sic de pluribus comitatibus si testes fuerint in pluribus et diversis comitatibus degentes, si prædictus E.[48] etcetera ut supra. Et ita se inde interim certificent quod præfatum vicecomitem nostrum Essexiæ plenius inde certificare possint. Et habeas etcetera. Teste etcetera. Et consimilia brevia fiant aliis vicecomitibus. Si autem testes et recognitores non venerint ad diem eis datum, tunc præcipiatur vicecomitibus[49] sicut prius per breve quod sic incipiat.

Si testes et recognitores non venerint ad primum diem.

Rex[50] vicecomiti salutem. Bene[51] recolimus alias tibi præcepisse quod ad diem et locum quem vicecomes noster talis tibi scire faceret venire f. 398] faceres etcetera, per omnia ut supra. Et in fine brevis addatur istud[1] comminatorium scilicet, et ita te habeas in hoc negotio ne nos ad te graviter capere debeamus.

Variantur huiusmodi inquisitiones secundum varietatem placitorum.

Variantur autem huiusmodi inquisitiones multipliciter secundum varietatem placitorum et partium responsiones, sicut sæpius contingit in assisis et brevibus de ingressu, ut si unus dicat quod terra teneat in feodo et alius quod non nisi ad terminum vitæ vel annorum et huiusmodi, secundum quod superius dicitur[2] in tractatu de ingressu.

Cum comparuerint testes et recognitores.

Cum autem in curia comparuerint testes et recognitores, et facto sacramento dicant se interfuisse ubi donatio facta fuit, et sub[3] eorum præsentia carta donationis lecta et audita, et homagium captum et seisina donatario legitime facta in eorum præsentia et cum debita solemnitate, valida erit carta et donatio erit legitima. Si autem sic dicant et loquantur de auditu, quod[4] audiverunt[5] dici[6] quod carta facta fuit et homagium captum, sed nullus eorum tunc ibi præsens fuit, sed præsentes fuerunt ubi seisina facta fuit donatario per senescallum vel per nuntium, per fustum

[46] similiter, OC, CE, CM. [47] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [48] Om., OB, MA, MB. [49] *sic*, OA, Y, LA, MC; vic(ecomiti?), MSS. gen. [50] rex tali, OA, OC, CE, LA, MC. [51] unde, OA, LA.

[1] illud, Y, OB, MB; id., OA, MA. [2] dictum est, OB, MA. [3] in, MA, MG. [4] et, OA, OB, MA, MB, Y. [5] audiverint, V, MB. [6] dicere, OB, MA, MB, Y.

et[7] per baculum vel per haspam, et quod donatarius inductus fuit in vacuam[8] possessionem[9] ita quod nullus ibi remansit ex parte donatoris, valebit donatio ut supra. De hac materia inveniri poterit de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici quarto decimo, de Rogero de Daundens[10] et Matillide uxore eius qui per iudicium warantizaverunt[11] in consimili casu. Si autem dicant se interfuisse ubi donatio facta fuit et carta et homagium captum, sed de seisina nihil sciunt, probabitur[12] carta legitima, sed[13] donatio erit invalida quia nihil probant de seisina. Et vice versa fieri poterit si seisinam probaverint legitimam,[14] quod donatio erit valida licet nihil probaverint[15] de homagio capto[16] nec de carta. Ut si testes et[17] iuratores[18] dicant quod cartam illam numquam antea viderunt, nec umquam audita fuit in comitatu nec hundredo, licet dicant quod rogati fuerunt quod essent testes, tamen non valebit carta. Ut de termino Paschæ anno regis Henrici duodecimo comitatu Huntingdoniæ, de Egidio de Mercke. Idem erit si dicant se numquam interfuisse confectioni[19] cartæ nec recitationi. Hoc enim multum derogat cartæ et ipsius fidei. Ut de ultimo itinere Martini de Pateshilla in comitatu Suffolciæ, assisa novæ disseisinæ si Mabilia. Item si omnes testes dicant vel omnes præter unum vel duos dicant se nihil scire de carta et confectione cartæ, et unus vel duo dicant quod nihil sciunt de carta nec de donatione, sed dicant quod interfuerunt ubi confirmatio cartæ facta fuit, adhuc non valebit carta ex quo nihil probant de principali, scilicet de cartæ confectione. Ut de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici octavo comitatu Norfolciæ de Radulfo de Berkinge[20] et priore de Tefforde[21] de advocatione ecclesiæ de Ruseworthe.[22] Si autem dicant testes quod præsentes fuerunt confectioni notæ[23] in quam[24] utraque pars consentit donator et donatarius, hoc sufficit ad probationem, licet præsentes non essent ubi carta scripta[25] fuit et signata. Ut de itinere Martini de Pateshilla ad assisas novæ disseinsinæ capiendas et gaolas deliberandas comitatu Norfolciæ, iurata de[26] consensu partium pro Iohanne de Wantona[27] anno regis Henrici octavo. Et sic poterit esse carta valida et donatio nulla et e converso. Si autem nullus testis appareat[28] quia omnes mortui sunt vel extra regnum, de fide cartæ de necessitate

[7] vel, V, OB, MA, Y. [8-9] seisinam vacuam, OB, MA. [10] Danudens, Daumesa., Damesa, Daumdens, Caundens, MSS. var. [11] warantizaverit, V, MC. [12] probatur, MA, MB, MG; probr., OB. [13] et, OB, MA. [14-15] Om., OA; et nihil, OB, MA, MB, Y. [16] facto vel c., Y, OA, OB, MB; facto, MA. [17-18] in iure, MG; in cur., OC, CE. [19] compositioni, OB, MA; interfectioni, MG. [20] Lerling(e), Herlinge, Herbinge, MSS. var. [21] Tofford(e), Teyforde, Cefford., MSS. var. [22] Russewordch., Russewordth., Rusword., Roseworthe Russewordich., MSS. var. [23] voce, MSS. var.; cartæ, CM. [24] qua, MG, CE. [25] facta, OA, OB, MA, MB, Y. [26] Om., OB, MA, MB. [27] Banton, Wauton, MSS. var. [28] apparuerit, OB, MA.

f. 398b] erit ad patriam recurrendum. Sed quid si cum testes appareant dicant quod de carta nihil sciunt, vel inde dubie respondeant, et ille qui cartam profert suspectus habeatur quod per fraudem cartam adquisierit, quia fuit camerarius donatoris, vel per fraudem uxoris, vel sit alia[29] vehemens præsumptio quæ faciat contra ipsum? Non valebit carta neque donatio propter præsumptionem, et maxime quia nihil probat.

Probari poterit carta alio modo quam per testes.

Probari etiam poterit carta alio modo quam per testes et per patriam, sicut per collationem signorum, ut si forte cartæ contradicatur, conferantur alia signa quæ aliquando in iudicio prolata[30] et approbata fuerint et a donatore recognita, et[31] si modis omnibus conveniant et per omnia ita quod nulla appareat in eis differentia, hoc solum sufficit ad probationem cartæ, et omnia in ea contenta erunt tenenda nisi forte aliquid in carta inveniatur quod manifestam suspicionem[32] inducat, ut si rasura facta fuerit in loco suspecto, scilicet in narratione facti,[33] secus tamen si in narratione[34] iuris. Iura autem ubique scribi possunt quia non variantur neque mutantur per[35] rasuram. Apparere autem debet carta in prima sui figura absque omni vituperatione, rasura vel[36] cancellatura, quia calumniosam scripturam inde[37] in iudicio obtinere non convenit.[38] Sunt[39] tamen in scripturis quædam quæ levem inducunt præsumptionem, quæ[40] quidem vinci poterit[41] per veram testium probationem in contrarium et per patriam, ut si in scriptura inveniatur diversitas calami et diversitas scribendi et diversa manus. Aliter enim scribit unus et aliter alius, aliter iuvenis et aliter senex. Item diversitas incausti et atramenti, ut[42] si in una parte[43] scribatur incausto nigro et altera[44] parte[45] incausto rubeo,[46] non atramento.

Probatur sigillum per collationem.

Item cum sigillum probari debeat per collationem, et signa plura proferantur sub nomine eius confecta qui ad probationem tenetur, non erit[47] eis fides adhibenda quia omnia[48] possunt esse adulterina, nisi ita sit quod aliquod illorum prius in iudicio prolatum[49] sit et a donatore recognitum vel a proferente probatum, ut si quis forte terram aliquam ab initio concesserit alicui ad terminum et[50] ad firmam, et inde conficiatur[51] instru-

[29] aliqua, OB; aa., MSS. var. [30] probata, OB, MA, MB, OC, CE, CM. [31] Om., OB, MA. [32] præsumptionem, OB, MA. [33-34] Om., OB, MA. [35] propter, OB, MA, MB. [36] aut, OB, MA. [37] vim, MC, LA. [38] debet, OB, MA. [39] item, OC, CE, MA. [40] qua, OA, Y, MB; quia, OB, MA; quorum, MC. [41] poterunt, MG, CE, OC (-rint). [42] et, OA, MB, Y. [43] pars, V, CM. [44-45] altera pars, OA, LA, MC, CM; alter parte, OC, CE. [46] rubro, MC, LA, CM. [47] est, MA; om., OB, MB, Y. [48] omnes, V, MA, MG. [49] probatum, V, OB, MA, MB, OC, CE, CM, Y. [50] vel, MC, LA, CM. [51] conficiat, OB, MA; conficia, MB; confiteatur, OC, CE.

mentum et signatum, et firmarius postmodum dicat se esse inde feoffatum et inde proferat cartam vel instrumentum, cui ab eo qui dimisit[52] fuerit[53] contradictum, si terminum recognoverit et instrumentum de termino confectum et[54] sigillum[55] recognoverit, si in omnibus conveniant sigilla tam de termino quam de feoffamento, cartam[56] de feoffamento[57] contradicere non poterit propter convenientiam sigillorum, nisi ita sit quod excipere possit contra cartam vel instrumentum de dolo vel metu. Et sic probantur cartæ et[58] instrumenta per collationem sigillorum.

Si plura proferantur instrumenta.

Si vero cum plura ex parte probantis prolata fuerint instrumenta et signata,[59] nec sit aliquod eorum prius a parte adversa recognitum vel a proferente probatum, tunc de necessitate recurrendum erit ad instrumenta aliorum eodem sigillo sigillata,[60] et quæ quidem prius recognita fuerint f. 399] vel probata, cum utraque possent in se esse vitiosa. Et sufficit si unum probetur, dum tamen utraque sint convenientia.

Aliud genus warantiæ sicut de warantia cartæ.

Est etiam aliud genus warantiæ quæ[1] dicitur warantia cartæ, ubi quis de facto et feoffamento suo proprio vel antecessorum suorum tenetur alium defendere et adquietare in seisina sua, per servitium in carta sua nominatum, cum ab aliis sicut a dominis capitalibus districtus fuerit et vexatus ad faciendum plura servitia quam exprimantur in carta, et ubi ipse non implacitatur[2] de tenemento quod tenet sed vexatur ut prædictum est, nisi[3] hoc sit in comitatu et nisi[4] warantum vocaverit cum fuerit implacitatus. Et quo casu ibi recurrendum erit ad curiam domini regis, et summoneatur[5] ille qui warantizare tenetur per tale breve.

Breve de warantia cartæ.

Rex vicecomiti salutem. Præcipe tali quod iuste et sine dilatione warantizet tali tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quod tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam suam habet ut dicit. Vel sic: et unde cartam talis patris vel matris, fratris vel sororis, avunculi vel amitæ, avi vel aviæ, proavi vel proaviæ talis, quamvis ipse qui queritur heres sit valde remotus, et tunc dicitur, cuius heres ipse est habet[6] ut dicit. Et nisi fecerit et idem talis[7] fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc summone per bonos summonitores præfatum talem quod sit coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, vel coram iustitiariis nostris

[52] dimissum, MB; om., OB, MA; dimiserit, CM. [53] fuerat, MC, LA, CM; om., OB, MA. [54-55] Om., OB, MA, MB. [56-57] Om., LA, MA. [58] vel, OB, MA, MB. [59] signa, V, MG. [60] signata, OB, MA, MG; signata vel s., V.

[1] quod, MA; om., OB, MB. [2] implacitetur, MB, OC, CE; implacitur, OB; implacitabitur, MG. [3] *sic*, MSS.; ubi, V. [4] ubi, MSS. var. [5] summonetur, MC, LA, OC, CE. [6] Om., OB, MA, MB, MC, MG. [7] Om., OC, CE, MB.

ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera. Ad tale vero summonitionem bene iacebit[8] essonium unicum antequam compareat summonitus si voluerit.

Si non venerit attachiatus observetur ordo attachiamentorum.

Et si non venerit nec se essoniaverit, propter defaltam suam[9] non erit aliqua terra capienda in manum[10] domini regis, sicut in warantiis supra dictis, sed attachietur per vadium et salvos plegios quod sit ad certum diem ad warantizandum vel ad ostendendum quare non, eodem modo quo prædictum est. Et observetur ordo attachiamentorum secundum quod alibi observatur de attachiamentis donec comparuerit. Cum[11] autem comparuerit[12] in iudicio, respondere poterit contra cartam et[13] quod warantizare non debeat secundum formam brevis, vel quia querens terram non tenet de qua petit warantiam, vel quia cartam non ostendit nec aliud quare summonitus warantizare[14] debeat, vel quia ipse querens non est heres ipsius sub cuius nomine petitur warantia propinquus vel remotus. Et plures aliæ sunt responsiones secundum quod superius videre poterit per exemplum de vocatione waranti.

Si summonitus ad warantizandum tenentem suum vexaverit, erga dominum feoffatorem non habet locum breve istud secundum quosdam, sed breve de recto de servitiis et consuetudinibus.

Si autem ille[15] qui ad warantizandum summonitus est tenentem suum contra cartam suam vexaverit et gravaverit, exigendo alia servitia vel plura quam facere deberet, sunt qui dicunt quod locum non habet erga[16] dominum[17] breve de warantia cartæ, sed breve de recto de servitiis et con-
f. 399b] suetudinibus, per quod perveniri[18] poterit ad duellum vel magnam assisam, quamvis obici possit[19] et sustineri quod ille qui contra alios tenetur defendere suum tenentem, ipse illum contra cartam suam gravare non debet nec ei iniuriam facere. Et ideo videtur quod[20] teneatur de iniuria per tale breve, quia qui tenetur defendere non debet destruere, et quia cum quis ex officio suo alios prohibere necesse habet, id[21] ipsum in persona sua committere non debet.

[8] iacet, OC, MG, CE, MA. [9] Om., OB, MA, MB. [10] manu, OC, MG, CE, MA. [11-12] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [13] Om., OB, MA, MB, CM, Y. [14] respondere, OB, MA, MB. [15] Om., OB, MA, MB. [16-17] dictum, OC, MG, CE. [18] pervenire, V, CM; venire, OB, MA. [19] poterit, V, MG. [20] quod ipse, OB, MA. [21] ad, OC, MG, CE.

DE EXCEPTIONIBUS

De[22] *exceptionibus.*[23]

AD DIEM summonitionis post dilationes et essonia revertamur, ad quem cum partes comparuerint non[24] habeat tenens warantum quem vocare possit, vel si habuerit nullum vocat, proposita in iudicio coram iustitiariis ut prædictum est intentione petentis et fundata, et illo eam probare offerente, ad elidendam actionem proponat tenens exceptionem si quam habuerit et illam probet, et doceat quod exceptio ad ipsum pertineat, secundum quod dicitur de actionibus et eodem modo. Exceptiones enim loco actionum sunt. Nam qui excipit agere videtur quantum ad onus probationis, et respectu actionum dicuntur exceptiones, unum enim alterum impugnat. Et sicut actores armantur actionibus et accinguntur[25] quasi gladiis, ita rei e contra muniuntur exceptionibus et defenduntur quasi clipeis.

Quid sit exceptio.

IMPRIMIS videndum quid sit exceptio et qualiter dividatur. Et sciendum quod exceptio est actionis elisio per quam actio perimitur vel differtur.

De divisione exceptionum.

EXCEPTIO[26] quidem sic dividitur.[27] Exceptionum vero[28] quædam sunt dilatoriæ et[29] quædam peremptoriæ, et hæc est prima et brevis divisio. Item dilatoriarum quædam sunt peremptoriæ iurisdictionis, et dilatoriæ actionis et non peremptoriæ. Et eodem modo aliæ peremptoriæ brevis et dilatoriæ actionis. Item quædam exceptiones sunt generales ad omnia placita sive actiones, et quædam speciales quæ competunt et dantur contra actiones singulares. Quælibet enim actio habet suas exceptiones appropriatas secundum formam actionum,[30] ut supra videri poterit de assisis et placitis de ingressu. Generales vero sunt quæ se habent generaliter ad omnia placita, sicut exceptio contra iurisdictionem, exceptio contra personam agentis, exceptio contra breve, exceptio quæ provenit ex tempore secundum diversa genera placitorum, et exceptio quæ competit ratione loci f. 400] per errorem impetrationis, de quibus superius dictum est, et

[22-23] Si tenens in brevi de recto nullum habuerit warantum quem vocare possit vel velit, et proposita ut dicitur intentione petentis ut prædictum est et fundata, tunc ad elidendum actionem petentis proponat tenens exceptionem si quam habuerit, et illam probet, cum quodam modo actor sit in hoc parte, OA, LA, MC. [24] si non, V; et, OC, CE, CM. [25] attinguntur, MSS. var. [26] exceptiones, OB, MB, OA (corr.), Y. [26-27] Om., MA. [27] dividuntur, OB, MB, Y. [28] Om., V, OB, MA. [29] Om., OB, MA, MB, MG. [30] actionis, MC, OC, CE.

quæ[1] sunt dilatoriæ actionis et quasi extra[2] actionem, et ideo actionem non perimunt quamvis illam ad tempus differant.

Item quando proponendæ sunt et quando non.

Item sunt quædam exceptiones proponendæ in initio litis et in præparatoriis iudiciorum et ante visum petendum, ad perimendum iudicium ne procedat, sicut sunt illæ quæ proponuntur contra iurisdictionem, et contra personas iudicantium quibus deficit auctoritas iudicandi. Item exceptiones illæ quæ competunt contra personam[3] petentis. Item exceptiones illæ quæ competunt contra[4] breve, quæ quidem exceptiones si in initio litis omittantur, et ad petendum visum procedatur, si tenens illas[5] post visum petitum velit illas[6] præponere, non audietur, quia per petitionem visus videtur tenens huiusmodi exceptionibus tacite renuntiasse, et in[7] iurisdictionem iudicantis consensisse,[8] et quod omnia quoad iudicium ratificandum rite processerunt.

Item quædam sunt ante visum et quædam post.

Sunt etiam quædam[9] quæ visum sequuntur, et de quibus certificari poterit tenens antequam petens visum ei fecerit et certa res in iudicium deducatur, de qua debeat tenens respondere, ut tunc scire[10] possit si totam rem petitam tenuerit vel eius partem vel etiam nihil: et sic fiat de pertinentiis. Item post visum competit exceptio si error fuerit in loco ubi[11] res sita est de qua agitur, et istæ præcedunt contestationem. Et quid si nullus visus petatur? Tamen[12] per ordinem proponi debent et suo loco et erit a digniori incipiendum, sicut a iurisdictione iudicantis et persona iustitiarii, cum iustitiarius sit pars principalis iudicii. Postea vero contra personam petentis si qua competat contra ipsum ex persona sua propria. Postea contra breve, et postea si qua competat ex[13] persona tenentis contra petentem, et postmodum si qua competat[14] ex ipsa re, ut si nihil inde teneat vel non nisi eius partem, et idem de pertinentiis, et postmodum si qua competat ratione loci. Et cum nulla prædictarum competat, vel si illis tacite renuntietur ut prædictum est, tunc proponatur illa quæ competit ratione iuris quæ multiplex est, ut si nihil iuris descendere possit[15] ad petentem. Et sicut fit ordo petendi, sic fieri debet ordo excipiendi. Ut si diceretur coram tali[16] iustitiario, A. petit versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius suum. Item sunt duæ exceptiones quæ proponi possunt omni tempore et post iudicium, sicut iudicis non sui et falsi procuratoris, cum quibus nullum iudicium controversia nulla. Et sicut necesse est actionem

[1] quædam, OB, MA. [2] contra, OB, MA. [3-4] Om., OC, CE, CM, MC. [5] Om., OB, MA, MB, Y. [6] alias, V, CM; om., OC, MG, CE. [7] Om., OC, MG, CE, CM, MA. [8] concessisse, V; consencisse, OC, CE; om., CM. [9] q. exceptiones, OB, MA, MB. [10] *sic*, MSS. gen.; sciri, MB. [11] in quo, OB, MA. [12] tunc, V; cum, OC, CE, CM, MA. [13-14] Om., MA, MB. [15] possit, V; poterit post, MG. [16] talibus(iust.), V, MG.

proponere et fundare et probare ut prædictum est, ut[17] prima facie iusta videatur, ita oportebit exceptionem, ut per hoc sciri possit an pertineat ad excipientem exceptio sicut ad agentem pertinet actio, quia cum aliquando contra actionem pertineat exceptio, tamen ut supra dictum est non semper pertinet ad[18] omnes[19] ut illam proponant.

Item contra exceptionem competit replicatio.

Contra exceptionem vero licet ab initio competens videatur, subveniri poterit petenti ope replicationis, ut si quis petat, excipere poterit tenens de pacto postea interveniente ne petat, contra quam replicari poterit a petente de pacto posterius interposito quod petat. Ut si dicatur: *Pactus ne peteret postea convenit ut peteret.* Quo casu primum pactum per posterius eliditur, non quidem ipso iure sed ope[20] replicationis. Et sic de similibus de modis et condicionibus in contractibus appositis, ut si convenerit in initio contractus quod quid fiat vel ne quid fiat, et si fiat vel non fiat, quod
f. 400b] tunc liceat[21] contrahenti sic facere vel non sic, vel si tali modo non fiat, quod tunc sic fiat, ut supra de donationibus.

Ad replicationem competit triplicatio.

Ad replicationem vero sequitur triplicatio et ad triplicationem quadruplicatio[22] ex causa, et sic ulterius in infinitum, et ita poterit ab initio concedi quod actio bona sit prima facie, elisa tamen per exceptionem, et eodem modo quod exceptio,[23] elisa tamen per replicationem, et sic deinceps.

Item quædam sunt perpetuæ et quædam temporales.

Exceptiones vero perpetuæ sunt quamvis ex temporalibus actionibus descendant, quia non erit in voluntate tenentis quando velit excipere, licet in voluntate actoris sit quando velit agere. Et talis ordo secundum quod prædictum est necessarius est ad proponendum exceptiones quamvis quidam[24] illum non observent,[25] quia forte credunt quod dum unam ante tempus vel non suo loco proposuerint cum protestatione, salvum sibi fore[26] beneficium[27] ceterarum indistincte, et si in probatione unius defecerint quod possint ad alias habere recursum.

Item pluribus potest quis uti.

Pluribus autem poterit quis uti exceptionibus dilatoriis, variis et diversis, dum tamen suo loco. Sed si plures peremptoriæ actionum concurrant, unam debet tenens proponere et probare, sicut contingit superius de actionibus: ut si alicui plures competant actiones, una debet experiri,

[17] Om., OB, MA, MB. [18-19] aliud, OB, MA, MB; ad eos, MG. [20] opere, OC, CE, CM, MB. [21] Om., OB, MA. [22] quadruplatio, OA, OB, LA; quadruplicio, MC, MG; quadtriplicatio, MA; quadruplo., Y; quadrico., MB. [23] e. bona, OB, MB, MA (om. elisa), Y. [24] quidem, OB, MB; quid., MA, CM, Y. [25] observant, V; -vet, CM. [26] forte, OB, MA, MB, CM; om., MG. [26-27] faciant forte, OC, CE.

quia si tenens cum duas peremptorias proponeret vel plures exceptiones probatione[28] unius deficeret,[29] posset recursum habere ad alias et probare sic[30] posset se[31] pluribus baculis defendere, quod esse non debet, cum ei sufficere debeat tantum unus.

Probari poterit exceptio multis modis.

PROBARI autem poterit exceptio[32] multis modis, tum per vocem mortuam sicut per instrumenta, tum per vivam sicut per patriam[33] et inquisitiones,[34] non per familiares et domesticos vel alia ratione suspectos, sed per tales qui neutram partem aliqua affinitate attingant.

Item non per sectam.

ITEM non per sectam quæ fieri potest[35] per domesticos et familiares. Secta enim probationem non facit, sed levem inducit præsumptionem et vincitur per probationem in contrarium et per defensionem per legem.

Item non per simplicem vocem.

ITEM non per simplicem vocem quia vox simplex nec probationem facit nec præsumptionem inducit. Si quis autem in probatione exceptionis vel replicationis et sic ulterius[36] defecerit, per iudicium amittet.[37]

Imprimis de exceptione quæ proponitur contra iurisdictionem.

IMPRIMIS dicatur[38] de una illarum quæ generalis[39] est ad omnes actiones, scilicet de illa quæ opponitur[40] contra iurisdictionem. Et nihil aliud est iurisdictio quam habere auctoritatem ius[41] dicendi[42] inter partes de actionibus personarum et rerum, secundum quod deductæ fuerint in iudicium, auctoritatem ordinariam vel delegatam, de quibus supra dictum est de potestate iudicantium.[43]

Quid sit iurisdictio et de eius divisione.

EST etiam[44] iurisdictio quædam ordinaria, quædam delegata, quæ pertinet ad sacerdotium et forum ecclesiasticum, sicut in causis spiritualibus et spiritualitati annexis. Est et[45] alia iurisdictio, ordinaria vel delegata, f. 401] quæ pertinet ad coronam et[1] dignitatem regis et ad regnum in causis et placitis rerum temporalium in foro seculari. Et unde videndum cuius iudicium et[2] forum[3] actor adire debeat. Et verum est quod[4] sive laicum sive clericum velit quis convenire, adire debet iudicem et sequi forum rei, et iudicem habebit illum apud quem reus habet domicilium, sive domicilium habuerit sub iurisdictione unius vel duorum.

[28] in p., V, MA; om., CM. [29] defecerit, OB, MA, MG, CM. [30] sicut, V; et sic, MA. [31] de, OC, CE; om., MG. [32] Om., OC, MG, CE. [33-34] p. inquisitionem, MG; patriæ inquisitionem, OB, MA, MB, Y. [35] poterit, V, OB, MA, MB. [36] alterius, OB, MA, MB. [37] amittit, OC, CE, CM. [38] dicendum est, OB, MA; om., MG. [39] generaliter, MA, MG, CM. [40] apponitur, V; proponitur, MG. [41-42] iudicandi, MA, CM; iudicandi sive ius dicendi, V. [43] iudicum, Y, OB, MA, MB; iudicium, OA. [44] autem, OA, Y, OB, MA, MB, CM; om., MG. [45] etiam, V, OC, MG, CE.

[1] et ad, OA, LA, MC, CM. [2-3] Om., OB, MA. [4] Om., OB, MA.

Quale forum actor sequi debeat, et quæ pertineant ad forum seculare.

Et licet generaliter verum sit quod actor forum rei sequi debeat, fallit tamen in casibus propter diversitatem iurisdictionum et causarum de rebus spiritualibus et temporalibus et earum[5] sequelis,[6] sicut in causa matrimoniali et rebus promissis[7] ob causam matrimonii quæ in foro ecclesiastico terminari debent, quia cuius iuris id est iurisdictionis est principale, eiusdem iuris erit accessorium, et eodem modo sicut si[8] in foro seculari agatur de aliquo placito quod pertineat ad coronam et dignitatem regis, et fides fuerit apposita in contractu, non propter hoc pertinebit cognitio super principali ad iudicem ecclesiasticum. Item fallit in causa[9] testamentaria et aliis pluribus causis ecclesiasticis.

Item ratione criminis.

Item ratione criminis convenitur quis ubi deliquit, ut si quis crimen commiserit in[10] terra aliena,[11] quia ubi deliquit ibi iuri subiaceat, sicut videri poterit de utfangenethef per exemplum.

Item ratione contractus.

Item ratione contractus, quia conveniendus est[12] ubi contraxit ille qui contraxit. Item ratione rei quæ petitur, ut si clericus petat versus clericum vel laicum debitum quod non sit de testamento vel de matrimonio, sequi debet forum laicale.[13] Et eodem modo si petat laicum feodum sub domino feodi erit actio, sicut petitio hereditatis per breve de recto erit tractanda coram domino feodi, vel coram vicecomite si dominus negligens fuerit, quia[14] ratione negligentiæ proprii[15] iudicis, videlicet domini, transfertur loquela ad comitatum et sic coram rege et suis iustitiariis, multis et variis de causis.

Item si quis elegerit unum iudicem ad alium recurrere non potest de facili.

Item si quis unum iudicem de voluntate sua elegerit, ad alterius audientiam recurrere non debet voluntate[16] propria, cum talis per consensum effectus sit suus iudex, quamvis generaliter verum sit quod sententia a non suo iudice lata non teneat, et hoc verum est nisi hoc faciat prohibitio regia, quia iurisdictionem regis non poterit quis mutare per renuntiationem in præiudicium regiæ dignitatis, secundum quod inferius dicetur, quamvis expediat aliquando actori convenire reum sub iudice de cuius factus est[17] iurisdictione per consensum, magis quam sub eo cui subest domicilii ratione, quia si proprius iudex fuerit negligens, alius iudex licet non suus poterit esse diligentior, dum tamen coertionem habeat quod possit iudicium suum demandare executioni.

[5] eorum, MA, MB, OC, MG, CE, CM. [6] sequela, V; sequel., MSS. var. [7] præmissis, V, MB. [8] Om., OB, MA, CM, OC, CE, LA. [9] Om., OB, MA, MB. [10-11] aliquod, OB, MA, MB, Y. [12] Om., V, CM. [13] laicalem, OA, OB, OC, CE, LA, MB, Y. [14] et, OB, MA, MB, Y. [15] proprie(= æ?), OA, OB, MA, MB, Y. [16] de v., OB, MA, MB. [17] Om., OB, MA, MB.

Aestimare debet iudex an sua sit iurisdictio.

ET unde cum diversæ sint hinc inde iurisdictiones et diversi iudices et diversæ causæ, debet quilibet ipsorum[18] æstimare imprimis an sua sit iurisdictio, ne falcem videatur ponere in messem alienam. Quia clericus in nullo conveniendus est coram iudice seculari quod pertineat ad forum ecclesiasticum, sicut in causis spiritualibus vel spiritualitati annexis, ut si pro peccato vel transgressione fuerit pænitentia iungenda: et quo casu iudex ecclesiasticus habet cognitionem, quia non pertinet ad regem iniungere pænitentias[19] nec ad iudicem secularem, nec etiam ad eos pertinet f. 401b] cognoscere de iis quæ sunt spiritualibus annexa, sicut de decimis et aliis ecclesiæ proventibus.[20] Item nec de catallis quæ sunt de testamento vel matrimonio. Item nec de pecunia promissa ob causam matrimonii, quæ est quasi sequela matrimonii ut superius dictum est et huiusmodi, quia iudex ecclesiasticus in iis omnibus habet ius revocandi donum,[21] et quamvis in omnibus aliis actionibus sive placitis ad forum seculare pertinentibus, videatur[22] quod clericus sequi debeat forum seculare, et ibi agere et respondere ratione rei vel contractus, ubi agitur realiter vel personaliter sicut in actione iniuriarum vel criminis, dum tamen civiliter agatur, secundum quod videri poterit tota[23] die,[24] quod si clericus conveniendus quia laicum feodum non habet summonitionem suscipere noluerit nec plegios invenire, mandabitur episcopo vel ordinario loci quod faciat talem venire coram rege vel iustitiariis suis, ad respondendum et[25] satisfaciendum de quocumque placito ad intentionem petentis vel querentis: quamvis sint qui dicant quod de nullo placito tenentur[26] respondere nec ratione rei, contractus vel delicti coram iudice seculari, et salva pace eorum videtur quod sit[27] in omnibus actionibus et placitis civilibus et criminalibus, præterquam in executione iudicii in causa criminali ubi[28] laicus[29] condemnandus esset ad amissionem vitæ vel membrorum, et quo casu quamvis iudex secularis habeat[30] cognitionem ut cognoscat de crimine, tamen non habet potestatem exequendi iudicium sicut in causis civilibus. Non enim potest[31] degradare clericum magis quam ad ordines promovere. Et ideo propter eius defectum habet ordinarius executionem iudicii, licet aliter observetur quod in causa criminali ubi pœna capitalis infligenda est, habeat[32] ordinarius utramque,[33] videlicet cognitionem et iudicii executionem.

[18] eorum, OC, MG, CE. [19] pænitentiam, OB, MA. [20] provenientibus, OC, CE; pertinentibus, OB, CM; pertinentiis, MG; pertin., MA. [21] domum, OA, MC, LA, OC, MG, CE, Y. [22] videtur, OB, MB; ubi, MA. [23-24] infra, OC, CE; om., MG. [25] vel, OC, MG, CE. [26] tenetur, OC, MG, CE. [27] sint, OC, CE; om., CM; sic, MSS. var.; fit, V. [28] ut, OC, CE, LA. [29] *sic*, MSS. [30] habet, V, OC, CE. [31] poterit, OC, CE; possit, V. [32] habet, V, CM. [33] utrumque, MC, LA; om., MA; utmque., MSS. gen.

Quod laicus non est conveniendus coram iudice ecclesiastico de aliquibus quæ pertinent ad coronam et dignitatem domini regis.

VICE versa non est laicus conveniendus coram iudice ecclesiastico de aliquo quod pertineat ad coronam, ad[34] dignitatem regiam et ad regnum, quod in foro seculari terminari possit et debeat, sicut nec de laico feodo vel[35] eius pertinentiis ratione supra dicta, ut si iura pertineant sicut advocatio, ius pascendi, eundi, agendi et huiusmodi. Item nec de debitis[36] vel catallis nisi sint de testamento vel matrimonio et huiusmodi, quia rex ius habet revocandi donum[37] propter suum privilegium, quamvis ipse qui convenitur coram iudice ecclesiastico de placitis quæ pertinent ad coronam et dignitatem regiam, per[38] se effectus sit per consensum de alterius foro.

Poterit quis renuntiare iis quæ pro se introducta sunt, sed non in præiudicium alterius.

POTERIT enim quis renuntiare iis quæ pro se introducta sunt, sed tamen non in præiudicium aliorum, sicut in præiudicium regiæ dignitatis, quia iniuste enim[39] non trahitur ad alienum[40] forum ex quo renuntiando privilegio suo hoc voluit, iniuste tamen quantum ad[41] privilegium ipsius regis. Et unde si quis se obligaverit per scripturam ad respondendum in foro vetito, non obstante suo privilegio, id est regia[42] prohibitione, se ipsum obligat et[43] non regem: et unde si ille idem postmodum prohibitionem[44] impetraverit quod iudices non procedant, et contra suum factum multipliciter delinquit,[45] delinquit[46] enim per hoc quod placita quæ pertinent ad coronam et dignitatem regis trahit ad alienum forum, Delinquit[47] enim ex hoc quod venit contra factum proprium. Et unde cum iudices et partes comparuerint iudices puniuntur, eo quod post prohibitionem contra pro- f. 402] hibitionem processerunt. Si convincantur, et gaolæ committantur et pœna pecuniaria graviter puniantur, et ille eodem modo de quo queritur qui hoc procuravit, sed non propter querelam querentis et iniuriam ei factam, sed[1] propter iniuriam factam[2] ipsi regi. Non est enim aliqua iniuria ei facta[3] propter consensum, quia trahi[4] voluit ad alienum forum, et quia sic voluit puniatur ut primi: et quia venit contra factum suum et per impetrationem suam iam rediit ad forum debitum, ibi respondeat de placito principali etiam sine alio brevi, et iudices et ille de quo queritur quantum

[34] Om., OB, MA, MB; et, V, Y, OC, CE, CM; et ad, MC. [35] et, MC, LA. [36] delictis, OA, OB, MA,MB. [37] domum, OA, Y, LA, MC, MG; donationem, MB. [38] quamvis per, OA, OB, MA, MB. [39] Om., OB, MA, MB, MG, CE, Y. [40] aliorum, OA, OB, MA, MB, Y. [41] ad ipsius, OA, MB. [42] regis, MSS. var. [43] etiam, OC, CE; om., MG. [44] Om., OB, MA, MB. [45] deliquit, OB, MA, MB; delinquid, MC, LA, OC, MG. [46] Om., OA, OB, MA, MB; delinquid, MC, LA, OC, MG. [47] deliquit, OB, MA, MB; delinquid, MC, LA, OC, MG.

[1-2] Om., OA, OB, MA; sed, Y. [1-3] Om., MB. [4] contrahi, MA, MB.

ad placitum prohibitionis recedant[5] versus eum sine die, et ipse in misericordia versus eos pro falso clamio.[6]

Dictum est si per consensum. Nunc autem si contra voluntatem.

DICTUM est qualiter per consensum fit de alterius iurisdictione. Nunc autem dicendum si contra voluntatem trahatur in placitum coram iudice ecclesiastico de placitis quæ pertinent ad coronam et dignitatem regis, unde cum quis ita tractus fuerit coram iudice ecclesiastico contra voluntatem suam qui æstimare noluerit[7] an sua sit iurisdictio, sed iurisdictionem regis sibi usurpaverit, et delinquunt[8] tam iudices qui placitum tenent quam ille qui sequitur, ad querelam illius qui sic ad non suum iudicem trahitur, fiat breve domini regis iudicibus ne procedant et ei qui sequitur ne sequatur in hac forma. Et si iudicassent iudicium exequi non possent,[9] quia vicecomes nihil faceret ad mandatum ipsorum.

Breve ad prohibendum, si contra coronam et dignitatem domini regis, iudicibus ne teneant placitum de catallis quæ non sunt de testamento vel matrimonio.

REX talibus iudicibus salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum in curia christianitatis inter A. petentem et B. tenentem de tanta terra cum pertinentiis, vel de laico feodo ipsius B. in tali villa. Vel aliter: de debitis vel[10] catallis quæ non sunt ex[11] testamento vel matrimonio, et[12] unde[13] prædictus B. queritur quod prædictus A. iniuste trahit eum in placitum coram vobis, quia placita de laico feodo et de debitis et catallis quæ non sunt de testamento vel matrimonio spectant ad coronam et dignitatem nostram. Et huiusmodi prohibitio locum habet cum scribitur iudicibus qui ordinariam habent iurisdictionem. Si autem delegatam,[14] ut si delegati fuerint a domino papa vel alio ordinario, tunc sic:

Item iudicibus ne teneant de laico feodo.

REX talibus iudicibus salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum in curia christianitatis de laico feodo A. in tali villa, et unde idem A. queritur quod E. de N. trahit eum in placitum coram vobis in curia christianitatis auctoritate litterarum domini papæ de laico feodo suo vel de debitis et catallis etcetera, ut supra. Et idem dici poterit de advocationibus ecclesiarum vel de aliis placitis quæ pertinent ad coronam et dignitatem domini regis. Et tunc sic: ne teneatis[15] placitum in curia christianitatis de advocatione ecclesiæ de[16] tali loco, unde talis queritur etcetera ut supra,

[5] recedat, OC, CE, CM. [6] *sic*, OB, MB; clamore, Y; clam. (= clamore?), MSS. gen. [7] voluerit, MSS. var. [8] deliquit, OB, MB; delinquit, Y; delinquent, OC, CE; reliquerit, CM. [9] possunt, OB, MA; possint, OC, CE. [10] et, OB, MA, MB. [11] de, OC, MG, CE. [12-13] ut, OB, MA; et, CM; unde, MB. [14] delegata, OA, LA, OC, CE; del., MG. [15] teneas, OC, MG, CE, [16] in, OB, MA.

f. 402b] quia placita de advocationibus ecclesiarum spectant ad coronam et dignitatem nostram. Teste etcetera. Et sic fiat de[17] omni iure quod pertinere possit ad laicum feodum de quo rex habere debet cognitionem. Eodem modo scribatur parti adversæ ne sequatur in hac forma.

Item ne sequatur.

Rex tali salutem. Prohibemus tibi ne sequaris placitum in curia christianitatis de laico feodo talis in tali villa vel de debitis, catallis vel advocatione ecclesiæ et huiusmodi, et unde prædictus talis queritur quod tu[18] trahis eum in placitum in curia christianitatis coram tali iudice, ordinario videlicet, vel coram talibus iudicibus, videlicet delegatis auctoritate litterarum domini papæ, vel auctoritate litterarum alicuius alterius ordinarii, vel auctoritate litterarum alicuius subdelegati a iudicibus a domino papa delegatis, quia huiusmodi placita etcetera ut supra et ita quod huiusmodi brevia semper conveniant brevibus ad iudices transmissis.

De diversitate prohibitionum.

Sunt etiam alia genera prohibitionum[19] quam plura et diversa, quarum quædam sunt de advocationibus ecclesiarum ubi non agitur directe inter patronos ut hic, sed indirecte. Ut si inter rectores qui tenent ecclesias de advocatione et donatione diversorum patronorum[20] inter se contendant de decimis, oblationibus et obventionibus ecclesiarum, et ita quod si petens obtineret, posset[21] patronus iacturam suæ advocationis incurrere, fit iudicibus prohibitio ne procedant in hac forma, si de tota advocatione fiat contentio.

Item prohibitio de advocationibus. Indicavit iudicibus.

Rex talibus iudicibus salutem. Indicavit nobis A. quod cum B. talis clericus videlicet teneat ecclesiam de tali loco de advocatione sua, C. talis clericus videlicet clamans eam de advocatione D.[22] trahit eum in placitum coram vobis in curia christianitatis auctoritate litterarum domini papæ. Quia vero manifestum est quod[23] præfatus A. iacturam advocationis suæ incurreret[24] si prædictus C. in causa illa optineret, vobis prohibemus ne in causa illa procedatis donec discussum fuerit in curia nostra ad quem illorum, scilicet A. vel[25] D.[26] pertineat eiusdem ecclesiæ advocatio, quia placitum[27] de advocatione etcetera ut supra. Teste etcetera. Est et[28] alia prohibitio de eodem ubi agitur indirecte de parte sicut de toto, ut si agant rectores de medietate alicuius ecclesiæ inter se vel de tertia parte de ecclesia quæ divisa fuit ab antiquo inter patronos et advocatione ratione diver-

[17] in, OB, MA. [18] cum, OC, CE; om., MG. [19] prohibitionis, MC, MG, LA, OC, MG, CE; prohibitiones, OA. [20] patronum, OC, CE, MA. [21] possit, OC, MG, CE. [22] B., MC, LA. [23] ut, OA, OB, MB, Y. [24] incurret, OA, MB. [25] et, OB, MA, MB, Y. [26] B., MC, LA, OC, CE, CM; om. A. vel D., MG. [27] placita, OC, MA, CE (corr.); plura, MG. [28] etiam, OC, CE, CM; autem, MG.

sorum feodorum, et tunc fiat prohibitio in forma supra dicta. Si autem contentio fuerit[29] inter rectores de aliquibus decimis quæ æstimari possint[30] usque ad quartam, quintam vel sextam partem advocationis, et ultra quam partem non extenditur[31] prohibitio ut videtur, tunc fiat iudicibus[32] prohibitio in hac forma.

Prohibitio si rectores ecclesiarum contendant inter se sine patronis.

f. 403] Rex talibus iudicibus salutem. Indicavit nobis A. quod cum B. teneat de advocatione sua sextam partem ecclesiæ de N., talis abbas clamans prædictam sextam partem de advocatione B. trahit eum in placitum coram vobis in curia christianitatis. Quia vero manifestum est quod prædictus A. iacturam advocationis prædictæ sextæ partis ipsius ecclesiæ incurreret[1] si prædictus abbas in causa illa obtineret, vobis prohibemus ne in causa illa procedatis donec discussum fuerit ad quem illorum pertineat prædictæ sextæ partis advocatio. Quia placitum[2] etcetera ut supra. Et fiat clerico prohibitio qui sequitur in forma quæ consona sit prohibitioni factæ iudicibus. Poterit aliquando sine præiudicio alicuius de consensu patronorum ad breve quod dicitur Indicavit, si contingat quod decimæ petantur in foro ecclesiastico quæ sunt de alterius advocatione sive in toto sive pro[3] parte maiore, fieri possit[4] inquisitio in curia domini regis tamquam de advocatione propter æstimationem decimarum, ubi ecclesia enormiter læsa est, ubi[5] ecclesia recenter spoliata fuerit[6] in hac forma, utrum videlicet talis præsentatus a tali patrono recenter fuerit[7] in seisina de talibus decimis tamquam spectantibus ad ecclesiam suam quam tenet de præsentatione talis patroni sui, vel si talis alia persona inde fuit in seisina tali tempore ut de decimis spectantibus ad ecclesiam suam talem quam tenet de advocatione talis patroni sui.

Item alterius modi prohibitio si clericus præsentatus ab eo qui obtinuerit, implacitatus fuerit a clerico ipsius qui amisit in curia regis.

Est et[8] aliud genus prohibitionis, ut cum inter patronos contentio fuerit aliquando de iure præsentationis, et quilibet eorum clericum suum præsentaverit et pendente præsentatione unus obtinuerit, ad cuius præsentationem clericus admissus fuerit, si clericus qui ab alio[9] patrono præsentatus fuerit clericum ita[10] admissum coram iudicibus implacitaverit ratione præsentationis eius qui amisit, fiat eis prohibitio in hac forma.

[29] fiat, OA, OB, MA, MB, Y. [30] possunt, OC, MG, CE, CM, MA. [31] ostenditur, MC, MG. [32] iudicium, CE, OC (corr. iudici); inde, MG.

[1] incurret, MC, MB; incurrat, CM; intret, MA. [2] placita, OC, CE; plura, MG. [3] in, OC, CE, CM. [4] poterit, OB, MA, MB; fiat, CM; om., V. [5] ut si, V; inde, CE; mihi, OC. [6] est, OB, MA, CM. [7] fuit, OA, OC, CE, CM, Y. [8] etiam, OC, MG, CE. [9] aliquo alio, V; aliquo, MB; (a) vocato, OC, CE. [10] iam, OC, MG, CE, MC; tam, LA; causa, OA; om., CM.

Breve prohibitionis, Ostendit nobis, formatum a iustitiariis secundum querelam.

Rex talibus iudicibus salutem. Ostendit nobis A. quod cum ad ecclesiam talem vacantem aliquando præsentasset B., C. gerens se patronum illius ecclesiæ ad eandem præsentavit[11] clericum suum, scilicet D. Et cum idem[12] A. seisinam præsentandi in curia nostra etcetera recuperasset[13] versus[14] ipsum C., et B. clericus ad præsentationem suam[15] ad mandatum nostrum sit[16] admissus, idem D. trahit eum in curiam christianitatis coram vobis ratione[17] præsentationis de se factæ auctoritate[18] litterarum domini papæ. Et quia ea quæ in curia nostra rite acta sunt irritari non debent, vobis prohibemus ne in causa illa procedatis ad irritandum ea quæ in curia nostra rite acta sunt. Teste etcetera. Item alia forma de eodem et quasi per breve Indicavit.

Item breve prohibitionis contra eum qui sequitur contra iudicium factum in curia regis.

Rex tali priori et coniudicibus suis salutem. Ostendit nobis A. prior de N. quod cum nuper in curia nostra coram iustitiariis nostris etcetera, recuperasset versus B. priorem de[19] tali loco[20] advocationem capellæ de[21] N.[22] ut pertinentem[23] ad matricem ecclesiam ipsius A. prioris, per recognitionem magnæ assisæ inde ibi inter eosdem priores captam, et idem A. prior de tali loco teneat eandem capellam in proprios usus per ordinarium loci, cui per considerationem curiæ nostræ mandavimus processum illius loquelæ, ut quod suum esset inde exequeretur,[24] C. scilicet clericus de N. trahit ipsum A. priorem de tali loco in placitum coram vobis,[25] petens capellam illam ut persona eiusdem ex advocatione et donatione prædicti B. prioris de tali loco, qui advocationem illam in curia nostra amisit per recognitionem magnæ assisæ, et tamquam spoliatus desicut numquam f. 403b] fuit in eadem institutus, ut prædictus A. prior de tali loco dicit.[26] Et quia prædictus B. prior de tali loco[27] ex cuius advocatione dictus C. clericus petit capellam illam nihil iuris habet in advocatione illa sicut recognitum est per assisam, et ea quæ in curia nostra rite acta sunt non debeant[28] in foro ecclesiastico ab aliquo infirmari, vobis mandamus quod si ad mandatum dicti ordinarii vobis constiterit quod prædictus C. clericus numquam fuit in eadem capella institutus, tempore quo prædictus A. prior de tali loco nec ante recuperavit in curia nostra prædictam advocationem, vobis prohibemus quod in causa illa quæ est coram vobis ut dicitur

[11] præsentasset, OB, MA, MB. [12] Om., OB, MA, MB, Y. [13] recuperavit, OC, CE; recup., MG. [14-17] Om., OB. [15] Om., MA, MB. [16] sic, V, MG; fuit, OB, MB, CM. [18] ratione, OB, MA, MB. [19-20] Om., OB, MA, MB. [21-22] Om., OB, MA, MB. [23] pertinentis, OA, LA; pertin., MC; pertinet, OC, CE. [24] retorqueret, OB, MA; extorqueret, MB. [25] nobis, MSS. var. [26-27] Om., OC, MG, CE. [28] debent, OC, MG, CE, OB, MA.

non procedatis, quia hoc esset manifeste contra coronam et dignitatem nostram etcetera.[29] Teste etcetera. Item quod ea quæ in curia domini[30] regis[31] rite acta sunt irritari non debent, et ubi consensum est in aliquem clericum eo quod heres alicuius fuerit infra ætatem, si clerici primo[32] præsentati velint[33] institutum implacitare, tunc fiat prohibitio in hac forma.

Item prohibitio si fiat contra ea quæ in curia regis rite acta sunt.

REX talibus iudicibus salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum in curia christianitatis de ecclesia de N. de cuius advocatione nuper placitum fuit in curia nostra coram iustitiariis etcetera, inter A. querentem et B. custodem C., filii et heredis D., impedientem ratione iuris quod idem B. dicebat eundem C. habere in prædicta advocatione, et unde inter eosdem A. et B. convenit in curia nostra coram iustitiariis nostris, quod uterque illorum consensit in E. cancellarium talem eo quod iudicium procedere non potuit, quia prædictus C., de quo dicitur quod ius habet in prædicta advocatione, ad cartas antecessoris sui vel huiusmodi respondere non potest cum sit infra ætatem: et quia si placitum quod est coram vobis in curia christianitatis procederet,[34] idem[35] C. dum infra ætatem fuerit iacturam advocationis suæ posset incurrere, et placita de advocationibus[36] pertinent ad coronam et dignitatem nostram. Teste etcetera. Est et[37] aliud genus prohibitionis ratione rerum temporalium quæ ad ipsum regem pertinere possent[38] ratione custodiæ archiepiscopatuum et[39] episcopatuum[40] vacantium, et quæ occasionem inducunt prohibendi sicut pro sancto Edmundo[41] archiepiscopo Cantuariensi. Et fit prohibitio in hac forma.

Item si de iis quæ pertinent ad laicum feodum ratione alicuius advocationis, sicut de exenniis vel redditibus quæ pertinere possent ad coronam.

REX priori et conventui Roffensi salutem. Ex quorumdam relatione nuper didicimus[42] quod cum venerabilis pater E. Cantuariensis archiepiscopus habeat custodiam episcopatus Roffensis, nunc vacantis, cum omnibus profectibus[43] et[44] exitibus ad dictum episcopatum spectantibus, vos trahitis in placitum eundem archiepiscopum in curia christianitatis, auctoritate litterarum domini papæ super quibusdam exenniis quæ[45] præstanda sunt de maneriis nostris,[46] et eodem modo consueto[47] quo alii annui redditus

[29] Om., OC, CE, OB, MA. [30-31] nostra, OB, MA, MG. [32] vero, MA, CM. [33] voluit, OA; voluerint, OB, MA, MB, Y. [34] procedere, OA; procedent, OC, CE. [35] eidem, OA, LA, MC, MG, CM; contra eidem, OC, CE. [36] a. ecclesiarum, V, OB, MA. [37] etiam, OC, MG, CE, MB, Y. [38] possunt, OB, MA, OC, CE. [39-40] Om., OB, MA, MG, LA. [41] Eadmundo, OA, OB, MG, Y. [42] accipimus, OB, MA; suscepimus, MB; audivimus, OC, CE. [43] præfectibus, OC, CE; proficuis, V. [43-44] Om., OA, OB, MA, MB, CM; vacantibus, Y. [45] et, OC, MG; a, CE. [46] vestris, MSS. var. [47] consuete, OC, MG, CE.

reddi solent episcopo si viveret, eo quod idem archiepiscopus ea sibi reddi postulat ratione custodiæ eiusdem episcopatus tempore vacationis. Et quoniam si vos in causa illa obtineretis manifestum esset nobis damnum inde incurrere, si contigeret aliquo tempore archiepiscopatum[48] Cantuariensem simul cum episcopatu Roffensi vacare et utrumque[49] in manu nostra existere, vobis prohibemus ne placitum illud sequamini in curia christianitatis, quia hoc esset contra coronam et dignitatem nostram et ad damnum nostrum, et præiudicium libertatis nostræ quam habemus de episcopatibus vacantibus in regno nostro. Teste etcetera. Et fiat aliud f. 404] breve in eadem forma iudicibus ne procedant. Est et[50] aliud genus prohibitionis, ubi quis clericus præsentatus ad ecclesiam per dominum regem propter insufficientiam recusatus fuerit et alius idoneus institutus, si velit inquietare institutum, et tunc fiat prohibitio in hac forma.

Si minus idoneus fuerit recusatus et idoneus admissus, ad querelam breve formatum a iustitiariis.

Rex talibus iudicibus salutem. Satis meminimus nos iam pridem præsentasse venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo A. de N. ad ecclesiam talem tunc vacantem, quem quidem cum idem archiepiscopus minus idoneum invenisset ipsum ad eandem admittere recusavit. Et cum idem archiepiscopus a nobis licentiam obtineret de idonea persona eidem[1] ecclesiæ providenda, illam B. de N. viro provido et honesto et laudabilis conversationis contulit, cuius collationi et ordinationi de eadem factæ regium adhibuimus[2] assensum et favorem. Et cum idem A. iam pristinæ præsentationi ad dictam[3] ecclesiam[4] de persona sua per nos factæ adhæreat,[5] et de qua nihil consequi potuit propter suam insufficientiam, trahit ipsum B. in placitum de eadem ecclesia coram vobis auctoritate litterarum domini papæ, et quoniam iniustum est et contra dignitatem nostram quod idem A. cui fuit propter suam insufficientiam institutio[6] denegata, ipsum B.[7] implacitet[8] et inquietet, qui per ipsum archiepiscopum sicut persona idonea ad eandem admissus et canonice institutus nostro[9] interveniente assensu et favore, vobis prohibemus quod[10] de cetero placitum illud non[11] teneatis. Teste etcetera. Et fiat breve in[12] consimili forma clerico ne procedat. Est et[13] aliud genus prohibitionis, cum ipse rex vel aliquis antecessor suus, ratione vacationis alicuius episcopatus, abbatiæ vel prioratus et

[48] episcopatum, OB, MA. [49] utramque, OA, OC, CE, LA, MB, Y. [50] etiam, OC, MG, CE, CM.

[1] eiusdem, LA, MA. [2] adhibemus, OB, MA, MB, MG, Y. [3-4] ecclesiam illam, OB, MA, MB. [5] adhibeat, OC, MG, CE, CM. [6] in testo., OB, MA, MB, MG. [7] A., OB, MA, MB. [8] placitet, OA, LA, MC, OC, CE, CM. [9] vestro, MSS. var. [10] ne, OB, MA, MB. [11] Om., OB, MA, MB. [12] de, OB, MB; om., Y, CE, OC; om. Et fiat . . . procedat, MA. [13] etiam, OC, MG, CE.

in manu sua existentis, præsentaverit clericum, et qui ad præsentationem suam fuit institutus, et episcopus,[14] abbas vel prior substitutus veniat contra præsentationem regis vel patris sui: tunc fiat prohibitio in hac forma.

Prohibitio iudicibus si clericus ad præsentationem regis vel antecessoris admissus implacitetur in curia christianitatis.

Rex talibus iudicibus salutem. Monstravit nobis A. de N. quod cum teneat ecclesiam talem de donatione Iohannis regis patris nostri, quam ei contulit ratione talis prioratus vacantis et in manu nostra[15] existentis, prior illius loci iam infirmare nititur institutionem illius A. de prædicta ecclesia, quam[16] sic[17] ad præsentationem dicti patris nostri canonice est adeptus, et gravans et inquietans eum multipliciter, trahit eum coram vobis in curiam[18] christianitatis auctoritate litterarum domini papæ de eadem ecclesia. Et quoniam hoc est manifeste in opprobrium et præiudicium regiæ dignitatis si prædictus prior in causa illa obtineat, vobis prohibemus ne in causa illa procedatis, cum vobis[19] et universis de regno nostro notorium sit et esse debeat, quod ecclesiæ vacantes et pertinentes ad collationem episcoporum, abbatum et priorum, sede non vacante dum viverent, pertinere debent ad nos tempore vacationis ratione custodiæ. Teste etcetera. Et quod dictum est de episcopatibus, abbatiis[20] et prioratibus, dici poterit de baroniis et aliis dum fuerint in custodia domini regis.

< *De[21] donationibus quæ pertinent ad[22] regem in[23] vacatione episcopatuum, abbatiarum, prioratuum et huiusmodi.*[24] >

f. 404b] Est etiam inter alias prohibitiones quædem prohibitio, ubi videlicet clericus implacitaverit ballivum domini regis in curia christianitatis aliqua de causa, eo forte quod idem ballivus eum arrestavit pro aliqua transgressione et pro pace domini regis, et de quo petita fuerit curia christianitatis per episcopum. Et forma prohibitionis talis est.

Prohibitio si clericus implacitaverit ballivum vel alium ministrum eo quod arrestavit eum pro pace regis vel pro latrocinio.

Rex talibus iudicibus salutem. Monstravit nobis talis vicecomes, maior, præpositus talis villæ vel ballivus quilibet, quod cum A. clericum tamquam malefactorem et rettatum de roberia et societate latronum, vel inventum tali loco in conventu et societate latronum et certa suspicione notatum, pro officio sui debito et pro pace nostra per legem terræ secundum regni nostri consuetudinem, nuper arrestari fecisset, quem[25] etiam postmodum

[14] e. et, OC, CE, MC: e. vel, MG. [15] *sic*, MSS. gen.; sua, MA. [16-17] quod sic, OC, CE (sit); qui si, CM; quam sit, MG, MC. [18] cur. (= curia?), MSS. [19] nobis, MSS. var. [20] abbatibus, OC, MG, CE. [21-24] *sic*, OA, MC, CM, LA: sim., OC, CE: om., MB, MG. [22-24] Om., OB. [23-24] Om., MA. [25] quoniam, V, MA, CM.

tali episcopo qui ipsum petiit sibi liberari[26] tamquam clericum a[27] carcere et[28] custodia nostra fecimus liberari, idem A.[29] clericus præfatum ballivum nostrum occasione prædicta trahit in placitum coram vobis auctoritate litterarum domini papæ. Et quoniam hoc est manifeste contra coronam et dignitatem nostram et etiam contra pacem nostram, quod aliquis ballivus noster occasione ministerii sui, vel pro aliquo quod ad conservationem pacis nostræ pertineat vel pro iustitia facienda, trahatur in placitum in curia christianitatis, cum eorum facta nostra reputemus in hac parte, vobis prohibemus districte ne placitum illud[30] ulterius tenere præsumatis. Teste etcetera. Et consimile breve fiat clerico qui sequitur, qui[31] potius capi deberet[32] et in[33] prisonam mitti.[34]

Item prohibitio de eo qui dicebat se tenere per legem Angliæ, in[35] curia christianitatis probare[36] voluit pueros suos legitimos qui re vera bastardi fuerunt.[37]

Est etiam breve prohibitionis in casu ubi quis tenere se dicebat per legem Angliæ, et cum disseisitus esset et tulisset[38] breve novæ disseisinæ ad seisinam recuperandam, obiectum esset ei quod recuperare non potuit eo quod pueri[39] ratione quorum ad vitam suam tenere debuit, cum[40] in curia christianitatis illos probare vellet ad legitimos quod facere non debuit, secuta fuit prohibitio in hac forma.

Breve super hoc.

Rex tali episcopo salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quod cum B. in curia nostra etcetera, nuper arramiaverit assisam novæ disseisinæ versus eundem A. de tenemento in tali villa, quod idem B. dicebat se tenuisse per legem Angliæ, et idem A. per considerationem eiusdem curiæ nostræ idem recessit[41] sine die versus eundem B., eo quod pueri quos idem B. in eadem curia nostra produxit et quos habuerat de uxore sua tali, cuius hereditas tenementum illud fuit,[42] et ratione quorum puerorum idem B. clamavit[43] tenementum[44] illud tenendum[45] ad vitam suam per legem Angliæ secundum consuetudinem regni nostri, nati fuerunt ante matrimonium contractum inter ipsum B. et talem uxorem suam, sicut in eadem curia nostra recognitum fuit per confessionem ipsius B. et etiam contra ipsum præsumptum, eo quod idem B. prius fuit in eadem curia nostra cum præfata tali quam nunc dicit uxorem, et cum implacitata[46] esset in eadem

[26] Om., OB, MA, MB, Y. [27] de, OB, MA, MB. [28] et a, OC, CE; et in, MA. [29] Om., OB, MA, MB. [30] Om., MC, LA. [31] et qui, V, OB, MA. [32] debeat, V, OC, CE. [33-34] imprisonari, OC, CE, MG. [35-37] Om., OB. [36-37] Om., MA, MB, OC, CE. [38] tulit, OC, MG, CE. [39] pueri (*sic*) non habuit, OC, CE. [40] ut, OA, Y, OB, MB; om., MA. [41] recessisset, V, MC, LA. [42] fuerat, V; fuerit, MC. [43] clamat, OB, CM; clamet, MG; clam., MSS. var. [44-45] tenere illud tenementum, V. [45] tenendi, MG; tenere, V. [46] in probatione, V; implacitatus, OB, MA.

curia nostra,[47] idem B. venit cum ea[48] sicut serviens et non ut maritus, nec aliqua facta fuit mentio in brevi per quod ipsa placitavit quod virum f. 405] haberet, prædictus B. postmodum ad deceptionem curiæ nostræ et ad infirmandum iudicium in curia nostra factum, trahit ipsum A. in placitum coram vobis in curia christianitatis auctoritate litterarum domini papæ ad prædictos pueros legitimandos, ut sic per aliam viam rehabere possit[1] tenementum quod amisit, et ut pueri sui sic succedere valeant in bonis paternis et maternis. Et cum non possint iudices aliqui de legitimitate cognoscere quoad hereditatem et successionem habendam, nisi fuerit[2] loquela prius per breve incepta in[3] curia nostra et ibi bastardia obiecta, et postea ad curiam christianitatis transmissa, vobis prohibemus quod in placito illo ulterius non procedatis. Nos enim cum prædicti pueri ad nos venerint in[4] curia nostra de prædicto tenemento eis[5] iustitiam exhibebimus[6] secundum consuetudinem regni nostri, ubi[7] si eis bastardia obiecta fuerit, mandabimus ordinario loci ut[8] de[9] ipsorum legitimatione cognoscat, si ad ipsum fuerit in hac parte cognitio demandanda.[10] Est etiam prohibitio huic consimilis et magis aperta de quodam Waltero Muschet,[11] quod non valet cognitio de legitimitate quoad successionem nisi sic fuerit a curia regia demandata. Et est prohibitio talis.

Si quis voluerit in curia christianitatis legitimationem suam probare antequam inquisitio esset iudicibus per curiam regis demandata: de Waltero Muschet.

Rex talibus iudicibus salutem. Ostensum est nobis ex parte A. quod cum in curia nostra coram iustitiariis nostris proximo itinerantibus in tali comitatu, arramiavit quandam assisam mortis antecessoris versus B.[12] de quadam terra in N., idem B.[13] timens sibi posse opponi[14] notam bastardiæ in eadem assisa, et ante prædictum adventum iustitiariorum, et antequam ei bastardia opponatur in curia nostra in eadem assisa, et antequam fuerit per nos ordinario loci inquisitio de legitimitate[15] probanda secundum regni nostri consuetudinem demandata, litteras domini papæ ad vos directas impetravit, ut de legitimitate[16] sua cognoscatis et ad probationem illius testes admittatis, ut per hoc ei[17] remaneat hereditas et successio contra consuetudinem regni nostri quæ hucusque obtinuit, ut approbata et a sede apostolica confirmata, quod in causa successionis et

[47] Om., OA, OB, MA, Y. [48] eam, OC, CE; A., OA, OB, MA, MB, Y.

[1] posset, V, MA, MG. [2] f. ei, OB, MA, MB. [3] Om., MC, LA. [4] in prædicta, V, MB. [5] Om., OB, MA, MB, CM. [6] exhibeamus, V, Y, OA; exhibimus, OC, CE. [7] ut, MC, LA, MA, MG; om., CM. [8] quod, OB, MA, MB, Y. [8-9] Om., OA. [10] demandata, OC, CE, MA. [11] Muset, Musket, Muchet, MSS. var. [12] A., OB, MA, MB. [13] S., OB, MA, MB. [14] o. sibi, OA, CM. [15] libertate, OB, MA. [16] libertate, OB, MA. [17] Om., V, MG.

hereditatis petitione prius moveri debet placitum in curia nostra, et cum ibi obiecta fuerit bastardia, tunc deinde transmitti debeat recordum loquelæ et cognitio bastardiæ ad curiam christianitatis, ut ibi ad mandatum nostrum de legitimitate inquiratur, quod quidem non est in hac parte observatum. Et cum hoc sit manifeste contra consuetudinem regni nostri, quod habita vel habenda inter aliquos[18] contentione de iure successionis, debeatis ad inquisitionem de legitimatione procedere antequam a nobis hoc vobis fuerit demandatum, vobis prohibemus etcetera ut supra.

Si cum petens tenenti vel e converso bastardiam obiceret, et mortuo eo cui fuit obiectum, velit iudex inquirere de legitimatione filii cum hoc non sit ei demandatum.

Est etiam alterius modi prohibitio cum petens tenenti bastardiam obiecerit, et ordinario loci fuerit inquisitio demandata, si mortuo petente vel tenente velit ordinarius sine novo mandato in persona heredis ad inquisitionem procedere. Rex tali ordinario salutem. Ostendit nobis A. filius et heres B. quod cum[19] C. in curia nostra coram iustitiariis ultimo itinerantibus in comitatu tali peteret versus eundem B. tantum terræ etcetera, per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos summonitam, et idem B. obiecerit[20] eidem C. bastardiam in eadem curia, et cognitio vobis esset demandata, et pendente inquisitione illa idem B. diem clausit[21] extremum, vos præfatum A. filium et heredem prædicti B. vocari fecistis in iudicium prædicta occasione, ut in persona heredis defuncti procedat[22] inquisitio[23] sine alio mandato, et quia si contingat quod altera partium inter quas agitur in curia nostra[24] decedat,[25] tota[26] loquela illa[27] cadit et[28] remanet,[29] f. 405b] nec[30] super eodem procedi poterit contra heredem defuncti nisi per breve nostrum de novo contra ipsum impetratum, vobis mandamus quod in cognitione præfatæ causæ[31] contra præfatum A. de cetero non procedatis, donec a nobis aliud[32] habueritis mandatum. Teste etcetera.

Quibus fieri debeat prohibitio.

Quibus fieri debeat inquisitio videndum. Et sciendum quod tam ei qui tenet placitum quam ei qui sequitur, sive plures sint iudices delegati sive subdelegati, sive unus sicut[33] ordinarius quicumque, sive unus qui sequitur sive plures, licet prima facie videatur quod sufficere debeat si tantum iudici fiat prohibitio, quia si iudex procedere noluerit[34] non valebit quamvis querens sequi velit, quia non erit ibi iudicium quasi deficiente iudice. Si

[18] alios, V, CM. [19] Om., OB, MA. [20] obiecit, Y, OB, MA, MB: obiecerit, OA. MC, OC, CE. [21] clauserit, OA, LA, MC, OC, CE. [22] procedas, OB, MA, MB. [23-24] Om, OA, OB, MA, MB, Y. [25] Om., Y, OB, MA, MB, MG; descendere, CM. [26] tunc, OB, MA. [27] Om., OB, OA, MB, Y. [28-29] Om., OB, MA, MB, Y. [30] vero, OA; ut, OC, CE, CM. [31] Om., OC, CE; ecclesiæ, MG. [32] a. inde, V, OB, MA; a. in. CM. [33] sit (sic), OB, MA, CM, MC, MG. [34] voluerit, MSS. var.

autem parti tantum et ipse sequi noluerit,[35] nullum erit iudicium ratione supra dicta, quia non valet si iudex tenere vellet si non sit qui sequatur, et sic non erit iudicium. Melius tamen erit quod omnibus fiat generaliter ne iudices vel querens impune possent[36] procedere. Sed quid si iudices delegati alios sibi subdelegaverit et qui cognoverint de causa? Videndum quibus fieri debeat prohibitio, utrum videlicet principalibus vel subdelegatis, et tunc refert utrum ita subdelegaverint, videlicet ad certum diem, vel sic quod sibi reservaverint principalia iudiciorum, videlicet principium, medium et finem, scilicet contestationem et disputationem super attestationibus et diffinitivam sententiam, quo casu videtur quod locum habere debeat prohibitio cum sic sibi aliquid[37] reservaverint, et ipsæ[38] auctoritatem subdelegatis præstiterint,[39] cum ipse facere videatur cuius auctoritate fit. Si autem se ad totam causam excusaverint et nihil sibi retinuerint, tunc refert utrum hoc fecerint ante prohibitionem vel post. Si autem ante prohibitionem, non credentes aliquam intervenire posse prohibitionem, tunc sufficit si prohibitio fiat subdelegatis. Si vero post prohibitionem, tunc præsumi poterit quod hoc fecerint per fraudem. Et ideo tenebit prohibitio facta in personis eorum quasi nulla facta subdelegatione.

Si iudices prohibitionem admittere recusaverint et superveniat alia prohibitio, æstimare debent an eorum sit iurisdictio, et si dubitaverint, debent consulere iustitiarios, et de huiusmodi consulationibus dicatur.

Proposita sic exceptione contra iurisdictionem ut prædictum est et cum illam admittere recusaverint, superveniat[40] prohibitio, et facta examinatione an eorum sit iurisdictio vel non, decreverit supersedendum,[41] tunc remaneat querentis prosecutio.[42] Si autem dubitaverint utrum supersedendum[43] sit vel non, solent iudices aliquando iustitiarios consulere utrum procedere possent vel necesse haberent supersedere, et utrum ad eos pertineret[44] cognitio vel non pertineret,[45] et quo casu fuit eorum consultationibus per iudices multis modis responsum, secundum quod prohibitio locum habere deberet vel non habere. Et fit[46] breve huiusmodi de responsione facienda sub nomine iusticiariorum.

Breve ad respondendum consultationi iudicum.[47]

Viris venerabilibus vel[48] dilectis sibi in Christo tali et coniudicibus suis salutem. Litteras vestras suscepi continentes quod cum quædam causa quæ vertitur coram vobis, inter A. priorem et conventum talem et B.

[35] voluerit, MSS. var.; om., MA. [36] posset, V; possit, MA; possint, OB, MB. [37] aliud, OB, OC, CE. [38] i. sibi, OB, MA, MB; ipsi, V, MC, LA. [39] præstiterit, OC, MG, CE. [40] subveniat, OB, MA, MB, Y. [41] supersedentem, OC. CE; subdeg., MG. [42] persecutio, LA, MA; protestatio, CM. [43] supersedentem, OC, CE; feodo, MG. [44] pertinet, V, MA, CM. [45] pertinet, V, CM; om., OB, MA. [46] sit, MSS. var. [47] i. per iustitiarios de nova garba, MSS. var. [48] et, OB, MA, MB, Y.

talem clericum vel laicum, facta vobis editione ut dicitis super nova garba f. 406] terræ ipsius[49] B. prædictis A. priori et conventui quondam in perpetuam elemosinam collata, auctoritate litterarum domini papæ examini vestro sit commissa, et cum ex earundem auctoritate litterarum in eadem causa iam inceperitis procedere, idem B. ne de laico feodo suo in curia christianitatis procedatis vobis litteras domini regis prohibitorias porrexit, unde a nobis consilium requiritis vel petitis utrum in causa illa procedendum sit vel supersedendum. Ad quod vobis vel consultationi vestræ duximus respondendum. Vel aliter: Desiderio igitur vestro satisfacere cupientes vel volentes consultationi vestræ in hac parte sic duximus respondendum, quod si prædicti A. prior et conventus novam garbam illam aliquo tempore perceperunt,[1] et inde in possessione pacifica fuerunt[2] per aliquod tempus et inde spoliati iniuste, super restitutione illius novæ garbæ, si vobis hoc constiterit in veritate, in foro ecclesiastico secure potestis procedere non obstante regia prohibitione. Si autem in possessione non fuerint nec inde recenter spoliati iniuste,[3] tunc magis expedit vobis supersedere quam[4] procedere,[5] quia si procederetis[6] hoc esset in præiudicium regiæ dignitatis. Fit quandoque responsio consultationi[7] sub nomine regis, quandoque sub nomine iustitiarii.[8] Brevius tamen et recisius[9] poterit consultationibus responderi examinata iudicum[10] consultatione hoc modo: Talibus iudicibus salutem. Inspectis litteris vestris quas nobis transmisistis et plenius intellectis, sine præiudicio melioris sententiæ, consultationi vestræ duximus respondendum, quod si res ita se habet sicut in consultatione vestra nobis exposuistis, videtur nobis quod in causa illa bene potestis procedere non obstante regia prohibitione. Est et[11] alius modus consultationis et responsionis per Martinum de Pateshilla quod prohibitio locum non habet inter ecclesiasticas personas, ut si viri religiosi teneantur alicui clerico in annuo redditu per cartam et sub præstatione sacramenti, si clericus velit agere in foro ecclesiastico.

Aliud breve et alterius modi si clericus clericum de eodem.

TALI N. et coniudicibus suis talibus salutem. Litteras consultationis vestras benigne[12] suscepi[13] et qua decuit diligentia inspexi, et[14] quibus inspectis et intellectis vobis et consultationi vestræ sic duxi respondendum: quod

[49] illius, OB, MA, MB.

[1] receperunt, OB, MA; præceperint, OA, MB, LA. [2] fuerint, LA, MG. [3] Om., OC, MG, CE, CM, LA, MC. [4-5] Om., OC, CE, MA. [6] procederitis, MB, CM; procedetis, OC, CE; procedatis, OB, MA; procederent, MG. [7] consultationibus, V, OB, MA. [8] iustitiarum, LA; iudicis, CM; iustitit., MSS. gen. [9] resciscius, rescisius, restitius, rescicius, recissius, MSS. var.; securius, MA; plenius, CM; rectius, V. [10] iudicium, OA, MC, LA; inde, MG. [11] etiam, V, OC, MG, CE. [12] nuper, OB, MA, MB. [13] recepi, OB, MA, MB. [14] Om., OB, MA, MB.

cum iuri canonico sit contrarium quod si clericus clericum et maxime viros religiosos conveniat[15] coram iudice ecclesiastico, quod iidem[16] religiosi quasi religionis suæ immemores et de ecclesia, salva pace eorum, male sentientes,[17] ut[18] negotii processum impediant et iudicium ecclesiasticum subterfugiant, et maxime super annuo redditu per eorundem[19] cartam et iuramento obligati, ad prohibitionem regiam malitiose recurrant, advertat discretio vestra quod in casu proposito non obstat regia prohibitio, et procedatis[20] secure ne subterfugiendi perniciosa detur occasio, quia si ipsi convenirentur in seculari iudicio se ibi[21] tuerentur fori privilegio, quia forte dicerent quod clerici essent et ideo quod non tenerentur respondere in[22] foro seculari[23] ratione ordinis clericalis et personæ suæ, et sic videtur quod causa secularis et res trahitur ad forum ecclesiasticum propter privilegium personæ ecclesiasticæ, quod esse non deberet[24] ut videtur, quia si illud privilegium haberet pro se ne responderet in foro seculari, merito illud contra se habere[25] deberet[26] ne ei in eodem foro[27] responderetur. Nec etiam valere deberet ut videtur quod[28] superius dictum est, quod propter recentem spoliationem mutari[29] debeat iurisdictio de re temporali, non f. 406b] magis de redditu quam de laico feodo, ubi[30] remedium haberi[31] posset in foro seculari per assisam novæ disseisinæ vel huiusmodi, secundum quod redditus fuerit talis vel talis.

Item aliud de eodem videndum, ubi et quando et de quibus rebus habeat locum prohibitio.

Ut autem consultationibus iudicum melius possit responderi, videre non est inutile ubi et quando locum habere debeat prohibitio et de quibus rebus, et quando non. Et si non in toto, in parte tamen per exemplum.[32] Et sciendum quod locum habet prohibitio ne iudicium procedat in foro ecclesiastico, quandoque ratione personarum et rei de qua agitur et ubi cognitio mere pertinet ad coronam et dignitatem regiam, ut si laicus laicum implacitaverit coram iudice ecclesiastico de aliquo laico feodo vel de aliquo quod ad laicum feodum pertineat, quia iurisdictionem regiam in hac parte mutare non poterit aliquod privilegium, sicut privilegium cruce signatorum vel alicuius alterius, etiam[33] etsi[34] rex hoc vellet, dissimulat[35] tamen hoc

[15] conveniant, OC, MG, CE; convenerit, V. [16] hii, OC, CE; idem, Y, OB, MA, MB; hisdem, LA. [17] scientes, V; intelligent, MG. [18] ubi, OC, CE; nisi, MG. [19] eorum, Y, OB, MA, MB, MG; om., CM. [20] procedant, OC, MG, CE; procedatur, MC. [21] non, Y, OB, MA, MB; om., CM. [22] nisi in, OC, MG, CE. [23] *sic*, Y, OB, MA, MB; ecclesiastico, OA, LA, MC, OC, MG, CE, CM. [24] debet, OB, MA, MB; debeat, Y. [25-26] haberet, V, MG; deberet, MA, MB; debent, OB. [27] Om., OB, MA, MB. [28] secundum quod, OB, MA. [29] mutare, OC, CE, MB; mut., OB, MA. [30] ut, OC, CE; nisi, MG. [31] habere, V, CM. [32] exceptionem, V; exm., OB, MA, MB, OC, CE, CM; *sic*, OA, LA, MC, MG, Y. [33-34] et etiam si, MB, CM; etsi, OB, MG; si, MA. [35] dissimulant, OC, CE, MA; -atur, MG.

quandoque quamvis hoc sit contra privilegium coronæ et dignitatis suæ. Item iurisdictionem suam non mutat fidei interpositio, sacramentum præstitum nec spontanea renuntiatio partium, quamvis sibi ipsis in hac parte præiudicent per consensum. Et illud idem dicendum erit de debitis et catallis quæ non sunt de testamento vel matrimonio vel eorum sequelis.[36]

Item locum habet prohibitio ratione personarum et rei.

ITEM locum habet prohibitio ratione personæ[37] et[38] rei, ut si clericus laicum vel laicus clericum in foro ecclesiastico in causam traxerit[39] de aliquo prædictorum. Item ratione rei tantum, ut si de aliquo prædictorum clericus in foro ecclesiastico clericum traxerit[40] in placitum, quia si iudex ecclesiasticus inter tales iudicaverit,[41] iudicium suum executioni mandare non poterit. Quia non est vicecomes vel[42] alius minister qui in executione facienda ei obtemperet, et si ipse exequi voluerit, locum habebit contra ipsum assisa novæ disseisinæ et contra eum qui prosequitur.[43] De laico feodo dico ad differentiam liberæ elemosinæ, quæ magis proprie dicitur libera cum sit quasi deo dedicata, sicut terra data ecclesiæ nomine dotis tempore dedicationis, quæ magis privilegiata est et cuius cognitio ad forum spectat ecclesiasticum, quam sit libera elemosina et pura data ecclesiis et viris religiosis, et de qua iurisdictio et cognitio pertinent ad forum seculare.[44] Item locum habet prohibitio ratione rei, sicut de laico feodo quod alicui descendit ex causa successionis, ut si iudex ecclesiasticus cognoscere vellet de successione, ad querelam clerici vel laici locum habebit[45] prohibitio ratione rei.

Item ratione contractus.

ITEM et[46] eodem modo ratione contractus, ut si clericus contrahat[47] cum laico in causa alicuius emptionis et venditionis de aliqua re seculari, de qua cognitio pertineat ad forum seculare.[48]

Item ratione delicti.

ITEM et[49] eodem modo locum habet prohibitio ratione delicti, ut si clericus delinquat contra clericum vel laicum, vel laicus contra laicum, in re temporali, ratione delicti in re temporali facti[50] pertinet cognitio ad forum seculare,[51] tam in actione iniuriarum quam criminis, dum tamen civiliter agatur, et in quibus casibus omnibus iudex secularis habet cognitionem, f. 407] iurisdictionem[52] et cœrtionem, et iudex ecclesiasticus non nisi per dissimulationem. Si autem criminaliter agatur et super crimine, iudex

[36] sequela, V, MG, CM; sequel., MSS. var. [37] personarum, V, CM. [38] vel, V, MA. [39] traxit, OC, MG, CE, CM; trahit, MA. [40] traxit, OC, CE; trahit, MA; traherit, OA; om., MG. [41] iudicavit, OC, CE; induxerit, MG. [42] nec, OB, MA, MB, MG. [43] sequitur, V, OB, MA. [44] secularem, OA, OC, MG, CE, Y. [45] habet, V, OB, MA. [46] Om., OC, MG, CE. [47] trahat, OC, CE, MA. [48] secularem, OA, OC, CE, MB, Y. [49] Om., OC, MG, CE. [50] vel facti, OB, MA, MB, Y. [51] secularem, OA, OC, CE, MB, Y. [52] Om., OB, MA, MB, CM, Y.

ecclesiasticus non habet iure cognitionem licet habere debeat iudicii executionem. In causa enim sanguinis iudicare non potest nec debet ne committat irregularitatem. Pertinet igitur ut videtur ad iudicem secularem cognitio et ad iudicem ecclesiasticum iudicii executio, quia iudex secularis degradare non potest non magis quam ad ordines promovere, sicut superius in parte dictum est.

Quando et in quibus locum non habet prohibitio.

QUANDO et in quibus locum non habeat prohibitio dicendum. Et sciendum quod locum non habebit prohibitio in curia christianitatis de aliquo spirituali vel spiritualibus annexo, sive agatur inter clericos sive inter clericum et laicum, vel ubi[1] agatur ex causa testamentaria vel matrimoniali, vel de aliquo de quo sit pænitentia iniungenda pro peccato. Item non habebit locum prohibitio si in curia christianitatis agatur de aliquo tenemento quod sit[2] sacrum et per pontifices deo dedicatum, sicut sunt abbatiæ, prioratus et[3] monasteria et eorum cimiteria. Item quasi sacra quia spiritualitati annexa,[4] sicut sunt[5] terræ datæ ecclesiis tempore dedicationis cum ædificiis in eadem contentis et in pertinentiis eorum. Unde et[6] si monasterium vel ecclesia de huiusmodi terra in dotem data vel de euis pertinentiis sicut de communa pasturæ et huiusmodi fuerit[7] spoliata, si in foro ecclesiastico de restitutione agatur locum non habebit prohibitio, quod quidem non est intellegendum de libera elemosina quamvis sit pura. Et de hac materia habetis de termino Paschæ anno regis Henrici quinto decimo comitatu Somersetiæ, de Ricardo persona de Lideford. Et ad hoc facit expresse quod habetis de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici septimo comitatu Bedefordiæ, de Gilberto persona de Denum.[8] Item nec[9] locum habet prohibitio si in foro ecclesiastico agatur et hoc ratione personarum, sicut de catallis clericorum eis violenter ablatis, ut de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici octavo comitatu Cornubiæ de Everwyno[10] de la Launde.[11] Item locum non habebit prohibitio si de decimis agatur vel[12] si erratum sit in forma prohibitionis, ut si fiat prohibitio de debitis ubi fieri deberet de catallis vel e converso. Ut de termino Sancti Hillari anno regis Henrici sexto comitatu Warrewickiæ, de quodam præcentore Lincolniæ. Sed contra de decimis quod[13] locum habeat[14] prohibitio si decimæ petantur vel earum pretium ex venditione: ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo comitatu Eboraci, de Ricardo persona Mapeltona. Sed hoc solvitur sic, quod in primo casu con-

[1] *sic*, OB, MA, MB; e converso, MSS. gen. [2] si, V, OA, MA. [3] Om., OB, MA, MB, Y. [4-5] sunt annexa sicut, OB, MA, MB. [6] Om., V, OC, CE; ut, OB, MA. [7] fuerint, OC, MG, CE. [8] Dehum, Den., Dem., MSS. var. [9] non, OC, MG, CE, CM. [10] Erwyno, Eurwino, MSS. var. [11] Lunde, Lande, MSS. var. [12] et, OB, MA; om., MB. [13] quam, OA; om., MA. [14] habebit, OB, MA.

ventus fuit primus et principalis debitor, ubi locum non[15] tenuit prohibitio, et in[16] secundo casu conventi fuerunt[17] fideiussores et implacitati cum ipse principalis debitor solvendo esset, et ubi post prohibitionem iudicatum fuit in foro seculari quod persona se caperet ad principalem debitorem qui solvendo fuit, et fideiussores inde quieti. Et unde videtur quod si[18] princi-
f. 407b] palis debitor solvendo non esset, quod persona agere posset in foro ecclesiastico contra fideiussores non obstante prohibitione. Item locum non habebit prohibitio in causa testamentaria vel matrimoniali, quia huiusmodi genera placitorum specialiter excipiuntur, cum sint quasi[19] spiritualia vel spiritualibus annexa. Item nec de aliquibus quæ sint[20] eis accessoria[21] vel annexa. Accessoria[22] dico sicut est obligatio fideiussionis, ut in venditione decimarum de qua superius dictum est. Item de promissionibus factis de[23] pecunia danda ob causam matrimonii in initio contractus nomine maritagii. Secus autem si tenementum promittatur. Et quod huiusmodi pecunia peti possit non obstante prohibitione, inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quarto decimo incipiente quinto decimo comitatu Suffolciæ, de Hugone de Monte Canisio.[24] Ad idem facit quod habetis de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quinto decimo comitatu Oxoniæ, et unde prior de Berncestre[25] fuit iudex. Et semper videndum erit propter quid aliquid factum sit vel promittatur.[26]

Item non habet locum prohibitio ratione accessionis.

Item ratione accessionis in causa testamentaria non habet locum prohibitio si pecunia legetur et petatur ut debitum in foro ecclesiastico ex causa testamentaria. Item nec locum habebit prohibitio si testator pecuniam sibi debitam legaverit,[27] dum tamen debitum in vita testatoris recognitum sit et probatum, quia huiusmodi pecunia inter bona testatoris connumeratur[28] et pertinet ad executores. Si autem petatur debitum per executores de quo debitores in vita testatoris confessi non fuerint nec convicti, vel nec post mortem gratis recognoverint, huiusmodi debitum[29] inter bona testatoris non connumeratur,[30] et si ab[31] executoribus[32] vel ab herede in foro ecclesiastico petatur locum habebit prohibitio, et[33] in foro seculari oportebit agere. Huiusmodi enim actiones hereditariæ sunt et pertinent ad heredes,[34] et

[15] nisi, OA; om., OB, MA, MB, Y. [16] ibi, OA, OB, MB. [17] fuerint, OC, MG, CE, MC. [18] Om., OA, OC, CE. [19] Om., V, Y, OB, MA, MB. [20] sunt, V, OC, MG, CE, CM. [21, 22] antecessoria, OC, CE, MA. [23] pro, OB, MA. [24] Caniso, CM; Canis., MSS. gen. [25] *sic*, OA, Y, LA, MC; Burnecestr., Burecestr., Barat., descre., MSS. var. [26] permittatur, OB, MA. [27] legavit, OB, MA, MB. [28] connuerat, OA; connueratur, MC, LA, Y. [29] debita, OB, MA, CM; debit., MSS. var.; om. debitum inter, MG. [30] connuer-, MSS. var.; -antur, MSS. var. [31-32] a testatoribus, OA, Y, MC, LA, MB; a successoribus, MA; accessoribus, OB. [33] etiam, OA, OB, OC, CE, CM, MB, Y. [34] heredem, OC, MG, CE, MA.

ideo legari non possunt, et sicut dantur heredibus contra debitores et non executoribus, ita dantur actiones creditoribus contra heredes[35] et non contra executores.

Quod actiones legari non possunt.

Et quod actiones legari non possunt nec iudices ecclesiastici inde cognoscere, nec executores petere debitum[36] quod in vita testatoris non est recognitum, probatur de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici sexto comitatu Norhamtoniæ, de Radulfo persona de Irtlinburgo.[37] Et quod actiones legari non possunt nec inter bona testatoris connumerantur,[38] maxime de antiquo debito, probatur de termino Paschæ anno regis Henrici quinto decimo comitatu Essexiæ, de Gervasio de Aldermannebiry.[39] Ad idem facit quod habetis de termino Paschæ anno regis Henrici sexto decimo comitatu Suthamtoniæ, de Engelardo de Cygoyny.

Item non in causa testamentaria.

Item nec[40] locum habet prohibitio in causa testamentaria, si catalla legentur[41] et inde agatur in foro ecclesiastico. Item nec si in civitatibus et burgis legentur domus vel ædificia quæ habuit[42] testator de perquisito, cum sint quasi catalla[43] testatoris. Secus tamen est in quibusdam locis si perveniant[44] ex descensu antecessoris, in quibusdam locis sicut in civitate Londoniæ, ubi locum habet prohibitio si inde agatur. Item locum non habet prohibitio si legetur ususfructus alicuius terræ, ut si testator aliquam terram tenuerit ad terminum annorum et usumfructum legaverit, quia ususfructus inter catalla connumeratur,[45] tenemento in suo statu duraturo sicut laicum feodum. Sed cum terra ita[46] ad terminum data fuerit alicui, refert utrum testatori tantum vel testatori et heredibus suis. Si autem testatori tantum, tunc poterit testator in vita dare et in morte legare sine f. 408] præiudicio heredum.[47] Si autem sibi et heredibus suius, non sic nisi in vita dederit, ubi[1] heredes tenentur ad warantiam. Et eodem modo si legaverit expresse. Si autem nullam mentionem inde fecerit, tunc transit ususfructus ad heredes.

Si de facto suo effectus sit alterius iurisdictionis.

Item locum non habet prohibitio ubi quis de facto et consensu suo proprio effectus est alterius iurisdictionis, scilicet quantum ad se[2] ipsum sed non quantum ad[3] regem ad quem pertinet iurisdictio, secundum quod superius

[35] heredem, MG, CE; hered., OC. [36] debent, MA, OC, CE. [37] Irchinburk., Irchnburg., Inglingburgh., Irchingburgh., Utthubur., MSS. var. [38] connuer-, MSS. var.; -rentur, CM; om., MB. [39] Ald(t)ermannebir.(ia?), Adermanbir., Aldermanib., Aldeimanbur., Aldinanub., MSS. var. [40] non, OC, CE, CM, Y. [41] legantur, OC, CE, CM, MA. [42] habuerit, OB, MA, MB, CM. [43] catallum, OA, OB, MB, MC, LA, Y. [44] perveniat, MB, CM; proveniat, MC, LA; proveniant, Y. [45] connuer-, MSS. var. [46] illa, MB; ia., OB, OC, CE, CM. [47] heredis, CM; hered., MSS. var.

[1] nec, OC, CE; ubi, MG. [2-3] Om., OA, OB, MA, MB, Y.

dictum est: et ibi[4] iudicium de renuntiatione quod non potest quis in alterius præiudicium renuntiare. Factum tamen fuit contrarium, ut in rotulo de termino Paschæ anno regis Henrici sexto decimo comitatu Devoniæ, de Thoma de Butiller archidiacono Tottone,[5] quod renuntiatio aliis præiudicat quam[6] renuntianti.[7] Item et eodem modo non habebit locum prohibitio si quis effectus fuerit de alterius iurisdictione de facto suo proprio per appellationem, ut si implacitatus fuerit coram iudice ecclesiastico et non suo appellaverit ad alium iudicem non suum, si ad prohibitionem regiam convolaverit[8] ratione rei secularis quæ petitur, quantum ad personam suam audiri non debet, licet non quantum ad personam regis ut supra dictum est, quia quos[9] semel approbavit postmodum reprobare non potest.

Item locum non habebit de recenti spoliatione.

ITEM locum non habebit prohibitio de recenti spoliatione, ut si clericus clericum spoliaverit de decimis vel[10] aliis de quibus cognitio pertinet ad forum ecclesiasticum, quia de huiusmodi restitutione non generatur præiudicium patronis quantum ad ius advocationis.

Item in causa restitutionis.

ITEM nec locum habet[11] prohibitio in causa restitutionis, cum ecclesia recenter spoliata fuerit de aliqua libertate quæ ei concessa fuerit tempore dedicationis, sicut habendi rationabile estoverium in bosco patroni, sicut ad husbote, heybote et ad ardendum et huiusmodi. Item habendi communam pasturæ ratione terræ datæ ecclesiæ in dotem: recenter dicitur, quia si non recenter aliter erit.

Item propter negligentiam prosecutionis.

ITEM nec locum habebit[12] prohibitio ubi quis negligens et iuris sui contemptor tardius sibi prospexit[13] quam deberet, quia tunc primo tulit prohibitionem cum perventum esset ad sententiam[14] ferendam, vel forte cum lata esset sententia, quia extunc non fuit[15] qui sequeretur placitum quod prius fuit placitatum vel iudex qui placitum teneret, quod post prohibitionem non fuit secutum, quod quidem querens propriæ imputare poterit negligentiæ, quod si tempestive fecisset non esset ei[16] imputandum. Et quod iudicibus non sit negligentia querentis imputanda, habetis de termino

[4] ita, OB, MA. [5] Tocton., Totten., Totonen., Torhton., Wotton., MSS. var. [6] quod, MA, OC, CE. [7] renuntiati, OC, CE, MB; renuntiat, MA; renuntiant, OB. [8] convaluerit, OB, MB, MG; convolverit, OA; convoluerit, OC, CE, CM. [9] quod, OB, MA, MB, OC, CE; quem quis, CM. [10] et, MA, MB; vel de, MG. [11] habebit, OB, MA, MB, Y. [12] habet, OB, MA, MB. [13] prospexerit, OA, OB, Y, MG; perspexit, LA; protexit, CM. [14] s. diffinitivam, Y, MA, MB; s. differentiam, OB. [15] fuerit, OB, MA, MB. [16] sibi, MG; om., LA, CM.

Sancti Hillarii anno regis Henrici decimo comitatu Norfolciæ, de Ricardo Olive.

De iudicibus qui fraudulenter simul faciunt suas commonitiones ut facilius procedant ad excommunicationem.

SUNT re vera iudices qui cum citatus comparuerit de re ad cognitionem suam non pertinente,[17] ut prohibitionem evadere possint facta editione sine[18] scriptis, et[19] denegato ei beneficio deliberationis, faciant[20] ei tres commonitiones quamlibet post aliam primo die litis, et nisi[21] satisfecerit eorum voluntati innodant eum vinculo excommunicationis, et pendente prohibitione, cum talis[22] in huiusmodi excommunicatione perstiterit per f. 408b] quadraginta dies, ut prohibitionis prosecutionem[23] evadant,[24] ad impetrationem eorundem iudicum[25] significat[26] ordinarius regi[27] quod talis in excommunicatione extitit[28] per tantum tempus, et procurat captionem per hoc breve.

De capiendo excommunicatum domino regi per episcopum directum.

EXCELLENTISSIMO domino suo Henrico dei gratia etcetera, talis N. divina miseratione Exoniensis[29] episcopus salutem in eo qui dat salutem regibus. Serenitati regiæ præsentibus intimamus quod A. de N. propter ipsius contumaciam manifestam excommunicationis innodatus vinculo per quadraginta dies et amplius, in excommunicatione perseverans[30] ecclesiasticæ negligit parere censuræ claves ecclesiæ contemnendo. Quia vero[31] regia maiestas eorum insolentiam[32] reprimere consuevit qui ecclesiasticis præceptis obedire negligunt[33] et mandatis, celsitudinis vestræ brachium invocamus, rogantes attentius quatenus dei et honoris[34] ecclesiæ intuitu quod minus valet ecclesia in hac parte dignetur regia supplere maiestas. Conservet vos altissimus. Si autem sit qui conqueratur domino regi quod ordinarius iudex vel delegatus ita malitiose procuraverit captionem quo minus sequi possit suam prohibitionem, statim fiat breve vicecomiti de non capiendo talem in hac forma.

Si episcopus vel alius ordinarius fraudulenter procuravit captionem.

REX vicecomiti salutem. Ostendit nobis A. quod cum B. persona de tali loco implacitasset eum in curia christianitatis coram archidiacono tali et officiali tali, de quodam prato vel aliquo tali quod est laicum feodum

[17] pertinentem, MA, MB. [18] in, OB, MA, MB, Y. [19] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [20] faciat, OA, MC; -ient, MB; fiant, CM; faciunt, LA. [21] ubi, V, OB. [22] clericus, OB, MA (-cis). [23] persecutionem, MA, OC, CE; executionem, MG. [24] evadent, MA, MB; evaderet, OB. [25] iudicium, OA, MC; iudm., OB, MA; iudic., OC, CE, CM. [26] signat, OB, MA, MB, MG; signant, CM. [27] rei, MA, MB. [28] extiterit, OB, MA, MB, MG. [29] Oxon., CM; Lincollni, MG. [30] perseverantis, OC, CE; perseverat, CM; perseverant, MG. [31] non, OC, MG, CE. [32] solertiam, V; malitiam, CM; insolertiam, MC, LA, MA, OC, CE. [33] negligit, OC, CE, MB. [34] honore, OC, MG, CE (—ro).

ipsius A., et idem A. tulisset eidem archidiacono et officiali suo breve nostrum de prohibitione ne placitum illud tenerent, et eidem B. personæ aliud breve nostrum ne illud sequeretur, et postmodum quia desistere[35] noluerunt,[36] tulisset breve nostrum de attachiando eos,[37] ipse archidiaconus et officialis et persona, ut processum prohibitionis nostræ quam idem A. secutus est fraudulenter impedirent, suggesserunt episcopo tali quod idem A. excommunicatus fuit, et per quadraginta dies et amplius in excommunicatione illa contumaciter perseveravit.[38] Ad quorum fraudulentam suggestionem idem episcopus impetravit a nobis breve nostrum de capiendo ipsum A. prædicta occasione. Et quia non debet alicui fraus sua patrocinari nec valere, tibi præcipimus quod ipsum A. occasione brevis nostri quod tibi venit de capiendo eum non capias, quo magis impediatur in causæ suæ prosecutione, et si occasione prædicta captus fuerit, ipsum sine dilatione facias deliberari. Et si prædicti[39] archidiaconus, officialis et persona laicum feodum habuerint in balliva tua, et idem A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc illos ponas per vadium et salvos plegios quod sint coram nobis tali loco, tali die inde responsuri. Et habeas ibi etcetera. Teste etcetera.

Cum quis iuste fuerit excommunicatus.

Cum autem quis meritis suis exigentibus iuste excommunicatus fuerit[40] et ad mandatum ordinarii captus et imprisonatus, non erit per dominum regem nec per alium deliberandus antequam deo et ecclesiæ satisfecerit competenter. Sed si[41] cum[42] hoc fecerit vel cautionem præstiterit de parendo iuri et satisfaciendo competenter, et ordinarius ipsum malitiose ulterius in prisona detineri fecerit, extunc pertinebit ad regem deliberatio propter[43] malitiam, dum tamen præcedat[44] satisfactio vel sufficiens cautio de satisfaciendo, quod prius fieri non deberet nisi tunc demum cum ipse rex litteras ordinarii de satisfactione reciperet. Et in hoc casu fiat breve vicecomiti in hac forma.

Cum iuste excommunicatus paratus sit satisfacere deo et ecclesiæ, ad deliberandum eum cum captus fuerit.

Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte A. qui[45] meritis suis exigentibus vel propter manifestam contumaciam suam excommunicatus fuit, et[46] ad præceptum nostrum captus et in prisona nostra detentus, eo quod per quadraginta dies et amplius in excommunicatione illa
f. 409] contumaciter perseveravit, donec deo et ecclesiæ satisfecerit

[35] resistere, V; dimittere, CM; quia dies iste, MG. [36] voluerit, voluerunt, noluerint, MSS. var. [37] Om., OB, MA, MB, Y. [38] —averit, MA, MB; —averat, OC, CE. [39] prædictus, V, CM. [40] fuit, OA, LA, MB. [41-42] sicut, MA, MB, CM. [43] post, OB, MA, MB. [44] procedat, V, OC, CE. [45] quod, OB, MA, MB, MC, MG. [46] Om., OB, MA, MB, Y.

competenter, paratus sit deo et ecclesiæ satisfacere, talis ordinarius facit eum malitiose in prisona detineri ad gravamen et damnum ipsius A. non modicum. Et quoniam in hac parte propter malitiam ipsius ordinarii ad nos pertinet deliberatio, tibi præcipimus quod si idem A. eidem ordinario tali sufficientem fecerit securitatem de parendo iuri et satisfaciendo competenter deo et ecclesiæ, tunc[1] illum sine dilatione facias deliberari. Et si ordinarius hoc recusaverit, tunc tu ipse vice nostra capta securitate ut prædictum est illum sine dilatione facias deliberari. Cum[2] autem[3] ad prohibitionem iudices supersedere noluerint[4] nec ille qui sequitur[5] a prosecutione[6] desistere, tunc[7] attachientur omnes quod sint coram rege vel iustitiariis suis de[8] banco vel itinerantibus per tale breve ad repondendum quare etcetera.

De iudicibus attachiandis si procedant contra prohibitionem.

Rex vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc ponas per vadium et salvos plegios B. talem ordinarium, quod sit coram nobis vel iustitiariis nostris apud Westmonasterium vel coram[9] iustitiariis nostris[10] ad primam assisam cum in partes illas venerint, ostensurus quare tenuit[11] placitum in curia christianitatis de laico feodo ipsius A. in tali villa contra prohibitionem nostram, vel de advocatione talis ecclesiæ, vel de debitis et catallis quæ non sunt[12] de testamento vel matrimonio et huiusmodi. Pone etiam[13] per vadium et salvos plegios C. quod tunc sit ibi ostensurus quare secutus est idem[14] placitum in eadem curia christianitatis contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste etcetera. Et ita fiant brevia de attachiamentis quæ conveniant brevibus de prohibitione. Si autem fieri debeat attachiamentum[15] de iudicibus delegatis vel subdelegatis, tunc fiat breve in hac forma.

De iudicibus attachiandis si auctoritate litterarum domini papæ.

Rex vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc pone per vadium et salvos plegios B., C., D., nominibus propriis expressis, videlicet B. episcopum vel abbatem vel priorem talem, C. archidiaconum talem et D. officialem talem, quod sint coram nobis vel iustitiariis nostris etcetera ut supra, ostensuri quare tenuerunt[16] placitum in curia christianitatis de laico feodo et huiusmodi etcetera ut supra, auctoritate litterarum domini papæ et[17] huiusmodi,[18] contra prohibitionem

[1] extunc, OB, MA. [2-3] cumque, OA, OC, MG, CE. [4] voluerint, MSS. var. [5] prosequitur, V, OB, MB, Y. [6] prosequatione, LA, OC, CE. [7] Om., V, OB, MA, MG. [8] in, OA, MC. [9-10] Om., MC, LA. [11] tenuerit, OB, MA, MG, Y. [12] Om., OC, MG, CE. [13] Om., OB, MA, MG. [14] illud, OA, MA; dictum, CM; om., OB; ipsam curiam vel idem, MC, LA (om. vel). [15] breve de a., OA, MG. [16] tenuerint, OC, MG, CE. [17-18] Om., OA, MG.

nostram. Pone etiam per vadium et salvos plegios E.[19] quod tunc sit ibi ostensurus quare secutus est idem[20] placitum in eadem[21] curia christianitatis contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi etcetera ut supra. Et ita fiant attachiamenta si iudices et ille qui sequitur manentes fuerint in eodem comitatu. Si autem in diversis, tunc fiant brevia diversa singulis vicecomitibus per se.

Si per meliores plegios.

Si autem ad diem non venerint,[22] tunc aut vicecomes mandat quod attachiati sunt, et quo casu attachientur per meliores[23] plegios[24] quod sint ad alium diem, et observetur ordo attachiamentorum sicut observatur in aliis actionibus personalibus. Si autem mandaverit vicecomes quod clerici sunt[25] et plegios invenire noluerint[26] nec laicum feodum habuerint[27] per quod possunt[28] distringi, tunc mandetur ordinariis[29] et episcopo quod faciant eos venire sicut alibi in actionibus personalibus observatur. f. 490b] <Regulariter verum est quod iudex ecclesiasticus cognitionem non habet de laico feodo alicuius. Sed quid dicatur[30] de tenementis quæ sunt in civitatibus, burgis et villis quæ legari possunt sicut catalla sive tenementa quæ[31] aliquis habet[32] de perquisito, vel hereditas descendens, an locum habeat prohibitio? Videtur quod non, quia de voluntate testatoris qui legare potest huiusmodi res[33] de iure communi, effecta sunt huiusmodi tenementa quasi catalla testatoris, et ideo non habet locum prohibitio. Item de hoc quod dicit de laico feodo talis, oportet quod ille qui queritur doceat laicum tenementum illud esse suum. Et unde si quis teneatur alicui domino suo ad redditum aliquem, tenens prohibitionem non habebit quia redditus est[34] ipsius domini, non tenentis. Si autem de iis[35] fiat prohibitio de[36] huiusmodi catallis, cum sint quasi catalla vel de pecunia promissa ob causam matrimonii, non habet locum prohibitio cum illud quod principale est trahat ad se debitum et catalla quasi accessoria testamento vel matrimonio. Item si fiat prohibitio ut de laico feodo, non valet de iure nec quantum ad petentem redditum nec quantum ad tenentem tenementum de quo provenit, quia laicum feodum versum est in catallum ex causa testamentaria, et cum legatarius ex tali causa obtinuerit, iterum[37] incipit tale tenementum esse laicum feodum et non ante, quod non erit de decimis, cum semel efficiantur laicum feodum numquam

[19] C., MSS. var. [20] Om., MC, LA; illud, OA. [21] Om., V, OB, MA. [22] venerunt, OA, OB. [23-24] vadium etc., OA, MG. [25] sint, OC, MG, CE, OB, MA. [26] noluerunt, MC, LA; nolunt, OA. [27] habuerunt, MC, LA; habent, OA. [28] possint, V, OB, MA, Y. [29] ordinario, OB, MA, MB; ordinar., MSS. var. [30] dicitur, V, OC, CE; dicetur, MM. [31-32] habet, LA; sic, OC, CE; sint, CM, MM. [33] Om., V, CM. [34] erit, V; idem, MC, LA. [35] hi. (hiis? huiusmodi?), MSS. [35-36] Om., MC. [37] item, V; item tunc, OC, CE; item non, MM.

reincipient[38] esse decima. Et hæc vera sunt secundum R.[39] et alios. Sed contra de termino Sancti Michælis anno regis Henrici filii regis Iohannis secundo incipiente tertio comitatu Cantiæ, de Matillide[40] filia Simonis quæ attachiata fuit quia secuta fuit placitum, et abbas Sancti Augustini et prior Sanctæ Trinitatis Cantuariensis et prior Sancti Gregorii iudices, quia tenuerunt placitum de quadam domo quam Matillis petiit ex causa testamentaria in Londonia. Et unde Simon filius Simonis questus fuit quod laico feodo suo ibi defenderunt omnes, et adiudicatæ[41] fuerunt leges[42] sed remissæ cum[43] misericordiis[44] ad petitionem[45] legati,[46] et iudices securitatem præstiterunt quod ulterius non procederent.[47] Sed quale remedium habebit legatarius in foro laicali? Et sciendum quod semper locum habet prohibitio quousque discussum fuerit in curia regis utrum res[48] sic legata[49] fuerit vel non. Et tunc primo procedant iudices de licentia, quia ipsi non possunt æstimare[50] ab initio. >

Cum partes comparuerint in iudicio.

Cum autem partes in iudicio comparuerint, tam querens quam ille de quo queritur et iudices vel quidam illorum, proponat querens intentionem suam contra[51] eos[52] in hunc modum: Ego A. conqueror[53] de B. quod me iniuste vexavit et gravavit trahendo me in placitum in curia christianitatis de laico feodo meo, scilicet tali. Et exprimat qualitatem terræ vel[54] alterius tenementi, vel si de debitis et catallis quæ non sunt etcetera,[55] tunc exprimat cuiusmodi debita et cuiusmodi[56] catalla[57] de quibus implacitatus
f. 410] fuerit, et quod hoc fecerit contra prohibitionem, et unde damnum habet[1] ad valentiam etcetera.

De probatione intentionis.

Et ad intentionem suam firmandam et[2] iuvandam[3] proferat editionem ei factam in iudicio et in scriptis redactam[4] si possit, et dicat quod porrexit eis[5] prohibitionem domini regis tali loco,[6] tali die in pleno consistorio tali, et ipsi nihilominus processerunt ad prosecutionem ipsius de quo queritur, ita quod admiserunt probationes testium et[7] huiusmodi, vel quia ipse querens noluit obtemperare iudicatis excommunicaverunt eum non

[38] reincipiunt, CM, MM; recipient, LA. [39] R. (= regem?), MSS. gen.; Biastos, V. [40] Matild. (a?), MSS. var. [41] —to, LA; —ti, OC, CE. [42] plegii, CE, OC (corr.). [43] Om., OC, CE. [43-46] Om., MC, LA. [44] misericordii, OC, CE; maneriis, CM. [45] legatur, CM, MM. [47] procedent, LA, MM; procedunt, MC; procedant, V. [48-49] factus sit legatus, MC, LA (delegatus), MM (f. sit legato); sic legat., CM. [50] essoniare, OC, CE. [51-52] Om., V, OB, MA, Y. [53] queror, OA; quero, MG. [54] vel huiusmodi vel, V, OB. [55] de testamento vel matrimonio, MC, LA. [56] cuius, OA, MG. [57] terra, OA; causa, MG.

[1] Om., V, OB, MA, MB, Y. [2-3] Om., OA, LA, OC, MG, CE. [4] redactum, OB, MA, MB, Y. [5] ei, V, OB, MA. [6] l. de intentione querentis, OA, MG. [7] vel, OA, MG.

obstante prohibitione, et inde statim producat[8] sectam sufficientem, duos ad minus vel tres vel[9] plures, si possit, qui[10] si de veritate dubitetur, examinentur diligenter de die et loco et aliis circumstantiis secundum quod observatur[11] de[12] testibus, qui si in examinatione facienda inventi fuerint discordes, perinde erit ac si nullam sectam produxerit, et unde quasi[13] ad simplicem vocem querentis non habent necesse iudices neque pars de qua queritur defendere se per legem. Sed quoniam deficere poterit probatio licet ius non deficiat, cum tales fuerint[14] absoluti forte pro defectu probationis, dicatur eis quod quidquid actum fuerit non procedant de aliquo placito quod[15] pertinet ad coronam et dignitatem regis. Si autem in omnibus inveniantur concordes, audire debent iustitiarii[16] responsiones iudicum et partis.[17] Respondere itaque[18] poterunt multis modis, vel quod locum habere non potuit[19] prohibitio[20] quia res de qua actum est mere[21] spiritualis vel spiritualitati annexa, et hoc docere poterunt per editionem factam, ut si causa fuerit testamentaria vel matrimonialis,[22] et[23] quo casu in nullo præsumptum est contra regiam dignitatem, et sic absolvi poterunt ab observatione iudicii. Si vero per editionem vel per[24] confessionem constiterit quod res de qua actum fuerit mere fuerit[25] temporalis ita quod cognitio pertineat[26] ad regem, bene poterunt[27] defendere contra querentem et sectam suam quod numquam secuti fuerunt post prohibitionem, si[28] quam inde habuerint,[29] vel quod nullam habuerint[30] omnino prohibitionem.[31] Et quo casu vadiet[32] legem quilibet se[33] duodecima manu, qua vadiata et plegiis inventis de lege facienda, dabitur eis dies ad legem faciendam, ad quem[34] si voluerint[35] se possunt essoniare et habebunt alium diem per essoniatores[36] suos.[37] Et si ad diem sibi datum non venerint neque[38] se essoniaverint, pro[39] convictis habebuntur[40] et damna querenti restituent. Cum autem comparuerint[41] producant compurgatores suos quamvis familiares et amicos, secundum quod secta producta fuerit de

[8] produxit, OA; producit, MG. [9] ad, MC, LA [10] et, V, Y, OB, MA; quod, MB; quo, CM. [11] observetur, OA, MG. [12] Om., MC, LA, OC, CE, CM. [13] Om., V, Y, OB, MA, MB; quam, MC. [14] sint, OA, MG; fuerit, OC, CE; fuerunt, MB. [15] et, OA, MG. [16] Om., OA; iudic., OC, CE. [17] partes, OC, MG, CE. [18] ita quod, OC, MG, CE; om., MC. [19-20] poterunt prohibitiones, OA, OC, MG, CE. [21] nunc, OA, MG; om., CM. [22] matrimonio, LA; matrimonialia, OC, CE; mrimol., OA, MG, MC. [23] in, V, OB, MA, MB, Y. [24] Om., OA, OB, MA, MB, Y. [25] fuit, V, MB; sit, OA, MG. [26] pertinet, V, LA. [27] poterit, OA, OC, MG, CE, Y. [28-31] Om., OA. [29] habuerunt, MC, LA, OC, CE, Y. [30] habuerunt, MC, LA, OC, CE, Y. [32] vadiant, MG, OA (—eant); vadiabit, MA; vadiat, CM; vad., MSS. var. [33] Om., MA; per se, MB, OC, CE; pro se, CM. [34] quam, OA, MG. [35] voluerunt, OA, MG. [36-37] esson. (= essonium?), OA; essoni, MG. [38] nec, OA, MG, MB. [39-40] habebunt, OB; convincantur, MA; p.c. habebunt, OC, CE. [40] h. iudicium habebunt, V. [41] comparuerunt, OA, OC, CE; pervenerunt, LA.

familiaribus et amicis. Facilius enim admittuntur compurgatores alicuius[42] ad legem et defensionem propriam quam recognitores ad recognitionem. Et non est necesse quod omnes sint eiusdem[43] ordinis,[44] condicionis vel dignitatis cuius est ille qui legem vadiaverit.[45] Sufficit enim si fideles sint et bonæ opinionis, ut si episcopus,[46] abbas vel prior ad legem[47] teneatur, non oportebit quod compurgatores omnes sint episcopi, abbates vel priores, nec si clerici fuerint[48] ordinati, milites[49] vel[50] coniugati, dum tamen alio modo sint idonei ut prædictum est.

Qualiter formantur verba legis.

FORMANTUR autem verba legis secundum formam[51] recordi sicut in omnibus aliis legibus faciendis observatur, in qua si quis eorum defecerit si laicus fuerit,[52] pro convicto habeatur de eo quod ei[53] imponitur, et gaolæ[54] committatur sicut præsumptor[55] contra regiam dignitatem ac si crimen læsæ maiestatis commisisset. Si autem clericus, aliquando cum[56] eo[57] f. 410b] mitius agitur de gratia ob reverentiam ordinis clericalis. Si autem convicti, damna restituent querenti, adhibita tamen aliquando taxatione debita[58] secundum quod iustitiariis visum fuerit iustum.

Refert quis eorum se prius purgaverit.

REFERT quis eorum secundum quosdam prius se purgaverit, iudex vel ille de quo queritur. Dicunt quidam quod si iudex prius purgaverit, unus vel plures, quod ille qui secutus est non propter hoc liberatur,[59] et quod quilibet in hoc casu defendat causam propriam, licet videatur prima facie quod non est qui sequatur cum non sit qui teneat placitum,[60] quod[61] non est verum secundum quosdam. Sed vice versa si ille qui sequi debeat se purgaverit iudices per hoc liberantur, cum non sit qui teneat placitum[62] cum non sit qui sequatur,[63] quod non est in primo[64] casu, ubi quis sequi poterit de facto suo et voluntate licet iudex[65] procedere[66] recusaverit. Item esto quod iudex in purgatione defecerit, ille qui sequitur non est propter hoc condemnatus, nec eodem modo si unus ex pluribus iudicibus, quia quilibet eorum in hoc casu defendet causam suam propriam, secundum quod legitur ff.[67] ad legem Iuliam de adulteriis, l.[68] denuntiasse, C.[69] queritur, ubi dicitur quod expectabit mulier sententiam de adultero[70]

[42] Om., OA, MG; et, OC, CE. [43-44] ordinar., OA, MG. [45] vadiavit, OB, MA, Y. [46] e. vel, MC, LA. [47] hoc, OA, MG. [48] sint, V, OB, MA, MB. [49] Om., OA; sil., MG. [50] vero, OB, MA, MB, Y. [51] formam leg., OA, MG. [52] Om., OA, MG. [53] Om., V, OB, MA, MB. [54] regi, OA, MG. [55] præsumptores, OA, MG. [56-57] Om., OA, MG. [58] Om., OA, MG. [59] liberabitur, V, OB, MB, Y. [60] Om., MC, LA, OC, MG, CE, CM. [61-62] Om., OA, OB. [63] sequitur, OC, MG, CE. [64] ipso, V, OB, MA, Y. [65-66] inde recedere, OA, MG. [67] Om., OA, MG. [68] lege ult., V; ul. (vel?), OC, CE, OB, MB; id est de, CM. [69] *sic*, MSS. gen.; § MG; om., MC, OA, LA. [70] adulterio, OA, OB, MB, MG, CM.

prolatam,[71] qui[72] si absolutus fuerit, mulier per eum vincet[73] nec ultra accusari poterit. Si autem condemnatus fuerit, mulier non est condemnata sed aget causam suam, fortassis[74] obtinere vel[75] gratia vel iustitia[76] vel legis auxilio potest.[77] Quid[78] enim[79] si adulter ab inimicis oppressus sit aut falsis[80] argumentis testibusque[81] subornatis apud præsidem gravatus, quia aut noluit[82] aut non potuit[83] provocare? Mulier vero[84] iudicem religiosum sortita pudicitiam[85] suam[86] defendet,[87] sed hoc antequam fuerit condemnata. Quod quidem ut[88] videtur melius esset observare in omnibus casibus supra dictis, quod[89] si unus iudex se purgaverit, quod hoc prodesse debeat coniudicibus suis et parti. Si autem in purgatione defecerit, quod[90] hoc aliis non noceat quin se defendere possint[91] et causam suam.

De responsione iudicum.

Item[92] respondere poterunt[93] iudices secundum quod superius in parte dictum est, quod quamvis res de qua agitur[94] temporalis sit et cognitio pertineat ad forum seculare,[95] ipse querens expresse renuntiavit privilegio fori in scriptura et regiæ prohibitioni,[96] et quod conveniri possit ubicumque creditor vellet et in quocumque foro, et ideo quod ipse querens audiri non deberet[97] propter renuntiationem, ex quo gratis trahi voluit ad forum vetitum et iudicem non suum. Et cum iudices super hoc et creditor instrumentum protulerint[98] de renuntiatione quod[99] querens dedicere non possit, statim ante omnia in iudicio seculari compellatur ipse querens quod reddat quod[100] debet[101] vel faciat quod convenit, et sit[102] in misericordia pro iniusta detentione versus suum creditorem, etiam sine alio brevi sicut supra dictum est, propter dolum et malitiam suam, quia per se reversus est ad iudicium regium cui prius renuntiavit in ipsius regis præiudicium. Et iis ita peractis, tunc demum procedatur in causa prohibitionis, et[103] si convictum sit quod aliquando gratis processit in foro ecclesiastico, tunc prosecutione et renuntiatione concurrentibus aggravetur pœna propter multiplicem iniuriam, et debitor in causa prohibitionis[104] puniatur propter renuntiationem cum pœna præcedenti propter iniustam detentionem, et

[71] probatam, OA, MA. [72] qua, OB, MA, MB, Y. [73] veniet, OA, MG. [74] et f., V; si f., OA, MG. [75] poterit vel, OA, MG; scilicet, OC, CE. [76] i. poterit, V, OB, MA, MB. [77] *sic*, MC, LA, OC, MG, CE. [78-79] potest enim quidam, OA; quid. (em?) enim, MG. [80] similibus, V, Y, OB, MB; si liberet, MA. [81] testibus quod, OC, CE; testibus quia, MC; testium quod, OA, MG (quia). [82] voluit, nolit, MSS. var. [83] p. mulier, V, OB, MA, MB. [84] non, OA, OC, MG, CE. [85-86] pudicitia sua, OA, MG. [87] defendat, V, OB, MA, MB. [88] mihi, OA, MG; ubi, MC, LA. [89] ut, V, OB, MA, MB. [90] per, OA, MG. [91] possit, V, MG. [92] tunc, MC, LA; om., OA, MG. [93] poterint, OC, CE; possunt, V, OB, MA, MB, Y. [94] queritur, OA, MG. [95] secularem, OB, MB, OC, CE, Y. [96] prohibitione, CE; —onem, OB; —nis, CM. [97] debet, OA, MA, MC, MG; debent, OB. [98] protulerunt, V, OC, CE, MG. [99] et, MC, LA. [100-101] Om., OA, MG. [102] sic, MSS. var. [103-104] Om., OA, MA, MG.

propter fraudem veniendo contra factum proprium. Iudices vero puniantur f. 411] quia tenuerunt placitum in præiudicium regis.[1] <Et similiter creditor quia debitorem traxit ad forum vetitum.> <Et secundum quod dicitur quod laicus non poterit renuntiare[2] foro seculari in præiudicium regiæ dignitatis, eodem modo videtur quod nec clericus si velit in causa criminali, vel alia cuius cognitio pertineat ad dignitatem ecclesiasticam et ordinem clericalem, et est fere eadem ratio hinc[3] inde. Iudex vero ecclesiasticus si iudicaverit de laico feodo non poterit sententiam demandare executioni, quia si illam demandaverit vicecomiti exequendam non erit ei parendum. Si autem illam per se ipsum vel suos exequatur locus erit novæ disseisinæ. Eodem modo videtur quod si laicus cognoverit in causa criminali de clerico ubi sequitur degradatio, si iudicium faciat contra clericum sive se gratis posuerit in inquisitionem sive non, quod non valebit quod actum erit,[4] quia episcopus numquam ad mandatum iudicis secularis sine rege procedet ad degradationem. Igitur alia convictione opus erit in foro ecclesiastico, ut ipse cognoscat et iudicet qui poterit iudicium demandare executioni. Igitur quandoque[5] petatur clericus in tali actione ab episcopo erit illi liberandus, quia non habet rex prisonam de eo quem iudicare non poterit. In causis vero civilibus ubi non agitur ad degradationem, videtur quod clerici se tueri non possint,[6] quin respondeant in foro seculari in placitis quæ pertinent ad coronam et dignitatem regis, quia rex poterit iudicium demandare executioni sine præiudicio ecclesiasticæ dignitatis, maxime si voluerit[7] quod clericis in huiusmodi actionibus civilibus in foro seculari respondeatur, quod huiusmodi placita pertinent ad dignitatem et coronam regiam ratione rei et ratione delicti.>

Qualiter excipiendum sit contra iurisdictionem alicuius iustitiarii superioris.

Superius dictum est qualiter revocatur iurisdictio cum quis tractus[8] fuerit in[9] placitum[10] ad iudicium vetitum et iudicem non suum,[11] scilicet ad forum ecclesiasticum in placitis et actionibus quarum cognitio pertinet ad coronam[12] et[13] dignitatem regiam, per exceptionem oppositam[14] contra iurisdictionem. Nunc autem videndum[15] qualiter excipiendum[16] sit contra iurisdictionem alicuius iustitiarii[17] qui se facit iudicem in placitis et actionibus quæ pertinent ad coronam et dignitatem regiam cum quis tractus fuerit[18] in placitum coram eo. Et sciendum quod imprimis ad hoc quod

[1] domini r., V, OA, MG. [2] renuntiari, MC, LA. [3] habita, V; habet, MC. [4] est, V, MC. [5] quandocumque, V; quantumcumque, MC, LA. [6] possunt, V; possit, OC. [7] voluerint, MC, LA. [8] contractus, OB, MB, MG; tractatus, Y, CM; convictus, MA. [9-10] Om., OA, MG. [11] s. contra iurisdictionem, OA, MG. [12-13] Om., OA, MG. [14] positam, OA, OC, MG, CE. [15] dicendum, V, OB, MA, CM. [16] examinandum, OA, MG. [17] iudicis, V, OB, MA, MB, Y. [18] sit, MC, LA.

rata sint iudicia, videre oportet an iustitiarius warantum habeat a rege quod iudicare[19] possit, quia si warantum non habuerit,[20] non valebit quod coram eo actum erit,[21] quasi coram non suo iudice, quia primo[22] legi debet breve originale et postmodum breve per quod iustitiarius constitutus est, et si nullum omnino habuerit vel si habuerit tamen non ad manum, non erit ei parendum, nisi forte ita sit quod[23] breve originale de iustitiaria sua faciat mentionem. Item nec[24] est[25] ei parendum si contra iurisdictionem suam excipiatur, si[26] fuerit[27] ab eo subdelegatus[28] qui iudicem dare non possit,[29] ut si iustitiarius sub se fecerit iustitiarium ad totam causam, non magis quam si[30] procurator faceret procuratorem. Item nec[31] erit ei
f. 411b] obtemperandum cum excipiatur contra ipsum licet warantum ostenderit,[32] ubi[33] per ipsum qui delegavit translata fuerit iurisdictio et cognitio ad alium, quia si quis diversis temporibus duos dederit iudices, posteriorem dando videtur prohibuisse priori. Item non est[34] ei[35] parendum[36] si excipiatur licet delegatus[37] fuerit et warantum habuerit, si sub prætextu unius placiti velit cognoscere de aliis ad quæ non extenditur sua iurisdictio, vel si[38] cum[39] habeat iurisdictionem ad vetitum[40] placitum, fines mandati excesserit[41] et iurisdictionem extendat ad alia quæ sequuntur assisam post captionem assisæ, cum sit functus officio suo sicut ad certificationem et convictionem,[42] cum generalem non habeat iurisdictionem sibi delegatam, sicut habent iustitiarii itinerantes in comitatibus[43] ad omnia placita, vel sicut iustitiarius[44] capitalis.[45]

Item contra iurisdictionem inferioris iustitiarii.

Item[46] excipitur[47] contra iurisdictionem inferioris[48] iustitiarii[49] ubi præfertur iurisdictio iurisdictioni, ut si quis implacitatus fuerit de una et eadem re ab uno vel diversis in diversis curiis, sicut in curia domini regis et[50] in curia baronis vel alicuius alterius inferioris, quo casu maius[51] auditorium præferri debet minori. Et si in maiori curia ostenderit tenens quod de eadem re in minori curia fuerit implacitatus, prohibebitur[52] ex parte regis quod in placito illo in inferiori curia non procedatur. Et quamvis

[19] iudicari, OA, MG. [20] habuit, OA, MG. [21] fuerit, OA, OB, MA. [22] prius, OA, MG. [23] per, OA, MG. [24-25] non, OA, MG. [26-27] quod fuit, OB, MA, MB, Y. [28] sit delegatus, LA; sic delegatus, OC, CE; ut del-, MG. [29] posset, V, OB, MA; potest, OA. [30] Om., OA, MG. [31] non, OA, MG. [32] ostendit, OB, MA, MB; ostendat, OA, MG, CM. [33] nisi, MSS. var.; ut, OA, MG. [34] Om., OA, MG. [35] Om., OB, MA, CM. [36] p. sit, OA, MG. [37] legatus, V, OB, MA, MB, Y. [38-39] sicut, OB, MA, MB, CM. [40] unum, V, OB, MA, MB, Y. [41] excedat, V, OB, MA, MB, Y. [42] coniunctionem, OB, LA; convinctionem, MC; convocationem, OC, CE; cognitionem, OA, MG; iurisdictionem, CM. [43] comitatu, V; com., MSS. var. [44-45] iustitiarii capitales, V, MG. [46-47] Excipitur quandoque, OA, MG. [48-49] inferiorum iust., OA, MG. [50] vel, OA; om., OB, MA, Y. [51] magis, OA, MA, MG, CE. [52] prohibetur, MA, CM.

processum fuerit quandocumque[53] sive prohibitio intervenerit sive non, omnia quæ acta sunt in minori curia revocabuntur. Item datur exceptio contra iurisdictionem propter privilegium implacitati, ut si quis respondere non debeat de aliquo placito nisi coram ipso rege vel capitali iustitiario suo, quale[54] habent Hospitalarii,[55] Templarii et plures alii. Item datur exceptio contra iurisdictionem propter privilegium proveniens ex concessa libertate, ut si universitas vel communitas civitatis alicuius, sicut Londoniæ, respondere non teneatur de aliquo placito extra civitatem,[56] quale habent barones civitatis Londoniæ, qui de nullo respondebunt[57] extra civitatem nisi tantum de tenuris forinsecis. Item datur exceptio contra iurisdictionem propter libertatem alicuius universitatis quæ de nullo placito respondebit nisi certo loco, quale[58] habent barones de quinque portubus[59] qui non respondebunt de aliquo nisi apud Schipweye. Item datur exceptio contra iurisdictionem propter utilitatem[60] alicuius universitatis, scilicet ne trahantur[61] extra comitatum ad faciendum assisam novæ dissesinæ et mortis antecessoris. Item datur exceptio contra iurisdictionem sicut in curiis[62] baronum[63] qui placitum de recto tenere nolunt[64] vel non possunt, vel si iurisdictionem remiserint[65] et[66] curiam suam[67] et ea[68] velint postmodum repetere. Item datur exceptio contra iurisdictionem ratione contractus, ratione delicti et ratione renuntiationis, de quibus superius dictum est.

De exceptione contra personam iustitiarii et de causa recusationis.

DICTUM est de exceptionibus quæ competunt contra iurisdictionem. Nunc videndum si sit aliqua quæ competere possit contra personam iustitiarii, ut si aliqua ratione habeatur suspectus timore, odio[69] vel amore: et non video[70] quare[71] debeat recusari, quia si male iudicaverit ex certa scientia litem suam facit, et tenebitur ad restitutionem damnorum cum de hoc f. 412] per superiorem fuerit convictus. Si autem per imperitiam non sic,[1] sed summoneri poterit quod veniat et faciat recordum, ut ea quæ correctione indigent corrigantur et in[2] statum debitum reformentur. Melius tamen est[3] ut videtur, in tempore occurrere quam post causam

[53] quandoque, OB, MA, MB; om., OA, MG. [54] quæ OA; qualia, MG. [55] hospitel-, hospitul-, MSS. var. [56] c. Lond., OA, OC, CE, MC, MG, LA, CM (Londoniens.). [57] responderunt, LA; respondere habent, MC. [58] qualem, Y, CM; quali., MG. [59] portibus, OA, OC, CE, MC, LA; om. Item datur . . . Schipweye, MA. [60] libertatem, MC, LA. [61] trahuntur, OA, MG. [62-63] cur. baronis, Y, OB, MA; cur. baron., MSS. var. [64] noluerunt, OC, CE; -rint, CM. [65] remiserunt, MB, OA. [66] in, MC, OC, CE. [66-67] in curia sua, Y, OB; in cur., MA. [68] eam, OB, MA, MB. [69] odio favore, OA, MG. [70] vides, MC; videt, OB, MA, MB, Y; iudicio, OC, CE, LA. [71] qualiter, OA, OC, MG, CE; quare non, OB, MB, MA (quia).

[1] sit, OC, CE, MC, LA. [2] Om., OB, MA; actum in, OC, CE. [3] esset, OA, OC, MG, CE.

vulneratam remedium quærere, ut[4] suspectus amoveatur[5] et ei substituatur non suspectus, cum nihil gratius detur inimico quam si detur ei quis adiudicandus[6] quem[7] damnificare intendit, et valde meticulosa res est sub iustitiario litigare suspecto, quia sæpius tristissimum sortitur eventum. Causa vero recusationis unica[8] est, scilicet[9] suspicio, quæ consurgit multis ex causis, scilicet si iustitiarius sit consanguineus petentis, homo vel subditus, parens vel amicus, vel inimicus tenentis, affinis,[10] familiaris vel commensalis, consiliarius, vel narrator suus extiterit in causa illa vel alia[11] et huiusmodi.

De iurisdictione maiorum et minorum iudicum.

In fine notandum de iurisdictione maiorum et minorum. Et imprimis quod[12] sicut dominus papa in spiritualibus super omnes ordinariam habet iurisdictionem, ita habet rex in regno suo ordinariam[13] in temporalibus, et pares non habent[14] neque[15] superiores. Et sunt qui sub eis ordinariam habent in multis, sed non ita meram sicut papa vel rex. Et pares esse[16] poterunt illi[17] qui inferiores sunt in iurisdictione sua multis rationibus, sed par[18] in parem[19] non habebit iurisdictionem non magis quam imperium, et multo fortius nec in superiorem. Item sicut a papa poterit quis habere iurisdictionem delegatam in spiritualibus, ita poterit quis a rege in temporalibus, sicut iustitiarii maiores vel minores vel illi[20] qui sunt quasi iustitiarii, videlicet quibus rex concesserit[21] libertates aliquas quæ pertinent ad coronam[22] et[23] dignitatem[24] suam. Et[25] quamvis in temporalibus sicut in spiritualibus æstimare deberet[26] rex[27] vel iustitiarius suus[28] an sua sit iurisdictio vel[29] non, ut sciri possit an[30] summonitus venire debeat an non, tamen[31] si iudex ecclesiasticus falcem[32] ponens in messem[33] alienam aliquid[34] præsumpserit contra coronam et dignitatem regiam,[35] sicut de laico feodo vel de catallis, cum prohibitione a rege susceperit, supersedere debet in omni casu, saltem donec constiterit in curia regia[36] ad quem pertineat iurisdictio, quia si iudex ecclesiasticus æstimare posset an sua

[4] ut si, MC, LA. [5] summoneatur, OB, MA, MB, Y. [6] adiudicandum, MC, LA, MG. [7] quam, OB, OC, CE, CM, Y. [8] multiplex, OA, MG; iniusta, OC, CE; iuncta, LA. [9] Om., OB, MA, MB, Y. [10] a. vel, OB, MA, MB. [11] in alia, OB, MA, MB, Y. [12] Om., OB, MA; quia, MB. [13] o. iurisdictionem, MG, OA (ordinare). [14] *sic*, MSS. gen.; habet, OA, MA. Cf. vol. 1, 163 n.1. [15] Om., OB, MB; in, MC. [16] Om., MB; erit, OB; e. non, MA. [17] Om., MG; illis, MA, Y; illas, MB; ill., OB. [18] Om., OA, MG. [19] partem, MC, MG; tempore, OA. [20] alii, V, OB, MA, MB, Y. [21] concessit, V, OB, MA, Y. [22-23] Om., OA, OC, MG, CE. [24] libertatem, V, OB, MA, MB, Y. [25] et ideo, V, OB, MA, MB, Y. [26] debet, V, CM; debent, MB. [27-28] Om., OA, MG. [29] an, V, OB, MA, MB. [30] utrum, V, Y, OB, MB; om., MA. [31] Om., OA, OB, MG. [32] saltem, OA, MG, CE. [33] messam, MC, LA. [34] aliud, OA, OC, MG, CE. [35] R. (= regis?), OA, OC, CE. [36] R. (= regis?), OA, OC, CE, CM; reg., MG.

esset iurisdictio, sic[37] in omni casu indifferenter procederet non obstante regia prohibitione. Debet igitur vel omnino supersedere vel cum attachiatus fuerit venire vel mittere, quod[38] examinato placito in curia regia[39] de[40] consilio curiæ[41] supersedeat vel procedat, quod si non fecerit, pœna debita[42] puniatur ut supra.

Mutatur quandoque iurisdictio de iurisdictione in iurisdictionem et quandoque de persona in personam, mutato nomine rerum.

Mutatur quandoque iurisdictio de iurisdictione in iurisdictionem mutatis rerum nominibus, ut si de laico catallo[43] fiat spirituale, ut cum res fuerint decimatæ fiunt de laico catallo res spirituales, et sic mutatur iurisdictio secularis in spiritualem. Et[44] iterum[45] e converso cum decimæ vel res decimatæ venditæ fuerint[46] et ad[47] alium translatæ, reincipiunt iterum esse laicum catallum. Eodem modo dici poterit de laico feodo, quod f. 412b] mutato nomine ex[48] causa testamentaria fit laicum feodum quasi res spiritualis secundum quosdam, sicut videri poterit in domibus, terris, tenementis[49] legatis in civitatibus, burgis et[50] villis, et iterum redeunt in laicum feodum executo testamento. <Sed re vera locum habet prohibitio, quia si in burgo domus vel prædium legatum fuerit in foro seculari terminabitur negotium, sicut de assignatione fieri oportet. Et si legatarius fuerit in seisina, habebit exceptionem contra heredem et assisam novæ disseisinæ[51] si fuerit eiectus.[52] Si autem extra seisinam, tunc habebit actionem in foro seculari per modum donationis versus omnes.> Eodem modo fieri deberet ut videtur de rebus datis vel promissis ob causam matrimonii principaliter,[53] et illud idem de rebus quæ accedunt[54] matrimonio, ut si pecunia promissa fuerit ob causam matrimonii.[55] Et quia eiusdem iuris, id est iurisdictionis, esse debet accessorium cuius iuris[56] fuerit principale. Et quamvis prædictorum pertineat cognitio ad iudicem et forum ecclesiasticum, tamen ad prohibitionem regiam[57] erit supersedendum.

An privatorum consensus mutare possit iurisdictionem.

Item[58] videndum[59] an privatorum consensus mutare possit regiam iurisdictionem in contractibus privatis, ut si quis sic consentiat alterius[60] iurisdictioni[61] ad vetitum examen convolando[62] non obstante prohibitione,

[37] sed, OB, MA, MB, OC, CE; om., V, Y. [38] quia, OA, OC, MG, CE. [39] R. (= regis?), OA, CM; reg., MC. [40-41] vel consimili cur., OA, MG. [42] prædicta, OA, MG. [43] feodo, OA, MG. [44-45] Item, V, OB, MA. [46] fuerant, OA; fuerunt, OC, CE. [47] in, OA, MG; om., OB, MA, MB. [48] in V, OB, MA. [49] et t., V, OB, MA. [50] Om., OB, MA, MB. [51] Om., MC, LA, OC, CE. [52] obiectus, MC, LA. [53-55] Om., OB, MB. [54] accidunt, MG, CM, MA (a. de), V (a. de). [56] Om., MA, OA. [57] R. (= regis?), MSS. var. [58-59] videndum est, OA, MG. [60-61] in a. iurisdictionem, OB, MA, MB, Y, V (ad a.i.). [62] convalendo, OA, MG; convolendo, OC, CE.

et[63] verum[64] est quod non, quia imponi non potest[65] necessitas regi quod iurisdictionem suam mutet,[66] secundum quod superius dictum est in parte. Item nec[67] mutari poterit per modum donationis sive per conventionem privatorum, licet ipse qui modum imposuerit sibi et suis præiudicet, ut si privata persona bastardo dederit et heredibus suis, et[68] cui dare vel assignare voluerit, si[69] heredes non haberet[70] reversura esset terra ad donatorem. Sed quia donator[71] modum adicit quod donare possit et[72] assignare, valebit donatio et assignatio quæ alias non valerent.[73] Eodem modo videtur quod adicere possit quod bastardus legare possit, sed per huiusmodi modum[74] adiectum non mutatur iurisdictio regia, sed in curia regis terminabitur negotium si legatarius fuerit extra seisinam et per tale breve: Præcipe etcetera. Et quæ ad talem reverti debet[75] per modum donationis quam talis ei fecit, quod illam dare potuit assignare et legare, quia eadem ratione qua[76] bastardus per modum donationis dare potest et[77] assignare, licet heredes non habuerit, eadem ratione poterit legare, et ita quod res data nec[78] ad ipsum[79] nec ad heredes suos reverti poterit, quia nulla ex hoc fit eis iniuria quia donator hoc voluit, et nihilominus tenentur heredes factum illud warantizare legatario[80] licet heredes bastardi defecerint. Et quod dicitur de bastardo idem observari poterit in[81] legitimo, quia poterit in persona omnium lex imponi et modus, sive donatarius liber sit vel[82] servus, legitimus vel bastardus, quia oportet utrumque tam donatorem quam donatarium facere quod convenit, ex quo uterque ab initio hoc voluit. Item mutat aliquando iurisdictionem contractus et aliquando delictum. Ut si clericus contraxerit aliquando[83] cum laico, conveniendus est ubi contraxit[84] et aliquando ubi deliquit, dum tamen civiliter agatur et non ad pœnam corporalem infligendam, nisi[85] degradatio vel alia capitis diminutio. Item mutat aliquando iurisdictionem privilegium[86] f. 413] ordinis clericalis, ut si[87] clericus clericum convenerit[1] in actione iniuriarum,[2] vel de rebus spiritualibus sicut de decimus et[3] huiusmodi vel aliis rebus mobilibus clericorum, sicut de catallis et debitis, ubi ad vetitum

[63] Om., OA, MG. [64] quoniam ita, OB, MA, MB, Y, CM (om. ita). [65] possit, OC, CE; posset, MB. [66] amittat, OB, MA, V (-tet); mittet, MC, LA. [67] vero, OA, OC, MG, CE. [68] vel, OA, OB, MA, MG. [69] et si, V, OB, MB, Y; ut si, MA. [70] habuerit, V, OA; haberent, MG. [71] donationis, OA, MG. [72] vel, OA, MG. [73] valuerit, OA, MG; valeret, OC, CE. [74] Om., OA, OC, MG, CE, CM. [75] debent, V, OB; deberet, MA; *sic*, MSS. gen. [76] quam, OA, OC, MG, CE; quia, MC. [77] vel, OA, MG. [78] Om., OA, MG. [79] se, V, OB, MA, MB. [80] legatorio, OC, CM, LA; legario., CE, MB; legatare, MG; legare, OA. [81] de, V, MA, OA. [82] sive, OA, MG; ut, LA. [83] aliquo modo, OB, MA, MB, Y; om, OA, MG. [84] contraxerit, OB, CM, MC, LA, Y. [85] ubi, MSS. var.; ut. Y. [86] et p., OC, CE, LA. [87] Om., OA, MG.

[1] conveniat, OA; conveniet, MG; convenit, OC, CE. [2] iniuriæ, V, OB; iniur., MB. [3] vel, OB, MA.

examen convolare[4] non debent. Si autem de laico feodo agatur aliud erit, nisi[5] fuerit dedicatum et deo sacratum et efficiatur res sacra, quæ quidem dici non poterit de re in liberam et perpetuam elemosinam data.

De exceptione contra breve et ubi cadere debet et ubi non.

CONFIRMATA sic iurisdictione iudicis, consequenter audiatur breve per quod expediri et exponi debet ius actionis, quo audito perpendere poterit tenens an ex ipso brevi[6] ei competere possit[7] exceptio, quia multæ sunt exceptiones quæ competunt tenenti contra breve. Oportet quidem quod breve conveniat actioni et quod in suo casu impetratum sit, alioquin non valebit. Verbi gratia: si magnum breve de recto patens impetratum fuerit ubi parvum breve clausum impetrari deberet[8] in dominicis[9] domini regis secundum consuetudinem manerii, et sic cadit breve[10] licet actio non cadat vel[11] e converso.[12] Et nihilominus redire poterit ad aliud breve de recto quod competit casui,[13] non obstante eo quod prius egerit cum brevi quod[14] non competiit,[15] quod[16] pro nullo reputatur. <Ut de itinere Rogeri[17] de Turkelbi[18] anno regis Henrici vicensimo[19] nono[20] in[21] comitatu Notinghamiæ.> Item si ordo brevium non[22] observetur[23] ubi alicui plures competunt[24] actiones, et primo[25] agere inceperit[26] per breve de[27] recto[28] super ipsa proprietate, videlicet[29] super ipso iure et possessione simul,[30] non poterit postmodum descendere ad inferiores actiones de ipsa possessione,[31] quod si fecerit, cadit actio de ipsa possessione simul cum brevi. Sed licet processum sit per breve de recto quousque visus petatur, ex pænitentia poterit petens[32] reverti[33] ad inferiora placita sicut ad assisam novæ disseisinæ et mortis antecessoris et alia placita.[34] Ut[35] de termino Paschæ anno regis[36] Henrici duodecimo comitatu Berkeriæ de Henrico de Scaccario,[37] quia ibi descensum est ad assisam novæ disseisinæ post[38] breve de recto.[39] <De ordine brevium satis[40] perpendi poterit per ea quæ supra dicta sunt.> Item cadit breve si super modo et qualitate alicuius facti impetratum fuerit breve ubi[41] impetrari[42] deberet super ipso

[4] convalere, MB, OA; convolaverit, MA. [5] nisi, MSS. var. [6] Om. OB, MA. [7] poterit, MC, LA, V. [8] debet, OA, MG; debent, OB. [9] dominico, OA, MG; curia, OC, CE. [10] Om., OA, MG. [11-12] Om., MC, LA. [13] ei, OA, MG. [14] Om., OA, MG. [15] competenti, OA, MG; competit, CM. [16] et, OA, MG. [17-18] W. de Ralegha, V, OB, MA, MB, Y. [18] Turkeby, Thurkeby, Kirkeby, MSS. var. [19-20] tricensimo, V, OB, MA, MB, Y. [21] Om., MSS. var. [22-23] observatur, OB, MA. [24] competant, V, OB, MA, MB. [25] prius, OA, MG. [26] incepit, V, OB, Y; incipit, MA. [27-28] Om., OB, MA. [29] vel., V; scilicet, OA; videtur, OB; om., MG. [30-31] Om., OA, LA. [32] tenens, OA, OC, CE. [33] descendere, OB, MA, MB, Y. [34] plura, V; pla., MSS. var. [35-39] Om., OA, MG. [36] regni r., V, OC, CE, Y. [37] Siccario, Succario, Siccarit, Sutar., MSS. var. [38] per, OC, CE, CM. [40] Om., OA, MG; et cum, CM. [41] nisi, OB, MB. [42] impetrare, OA, MG.

facto, per quod terminari posset[43] utrum[44] tam ipsum factum quam modus et qualitas, quia semper debet prius terminari principale cum quo terminari[45] poterit[46] accessorium. Verbi gratia: si quis disseisitus fuerit de aliquo tenemento cum violentia et armis et[47] impetraverit[48] breve quare vi et armis, valere non debet breve[49] quia per hoc agitur de[50] qualitate[51] disseisinæ[52] et non de ipsa re, videlicet de[53] tenemento pro quo fit violentia, nec adquirit querens aliquid de ipso tenemento. Sed si plura brevia impetrata fuerint de uno[54] facto[55] contra aliquem[56] quod sub se plures contineat actiones sicut plures disseisinas,[57] et[58] uno brevi et[59] una actione terminari possint, si[60] sic agatur, tamen[61] propter hoc[62] alia[63] brevia non cadunt neque actiones sed terminantur, et extunc erunt huiusmodi brevia supervacua. Et notandum quod esse poterit exceptio peremptoria brevis f. 413b] et non iuris, quia quandoque vertitur una actione in aliam propter privilegium heredum ad rem consequendam, et cadit omnino breve super ipsa possessione et retorquetur[64] ad ipsum ius, sicut[65] assisa mortis antecessoris non iacet inter coheredes et personas sanguine coniunctas, sed breve de recto. Item peremptoria esse poterit tam brevis quam ipsius iuris per exceptionem rei iudicatæ, recognitionis[66], remissionis et quietæ clamantiæ. Et in omni casu ubi perimitur actio perimitur et breve, sed non e converso ut prædictum est.

Quid sit breve, et quæ originalia et quæ magistralia.

Breve quidem, cum sit formatum ad similitudinem regulæ iuris, quia[67] breviter et paucis verbis intentionem proferentis exponit et explanat, sicut regula iuris, rem[68] quæ est breviter ennarat. Non tamen ita breve esse debet quin rationem et vim intentionis contineat. Et sunt quædam brevia formata super certis casibus et de cursu et de[69] consilio totius regni concessa et approbata, quæ quidem nullatenus mutari poterunt[70] absque consensu[71] eorundem[72] et[73] voluntate. Sunt etiam[74] brevia ex eis sequentia quæ dicuntur iudicialia, et sæpius variantur secundum varietatem placi-

[43] potest, V, MA, OB; possit, OC, CE, CM, MC, LA. [44] utrumque, OC, CE, CM, Y. [45] terminare, OA, OC, CE. [46] possit, OA, MG; non possit, OB; posset, MB, Y. [47] Om., OA, OC, MG, CE. [48] impetravit, OA, MC, LA. [49] Om., OB, MA, MB, Y. [50-51] ad qualitatem, OA, MG. [52] disseisitorum, OA, MG. [53] de ipso, V, MG; de illo, OB, MA. [54-55] vi facta, OA, MG. [56] aliquam, OB, OC, CE. [57] disseisitores, MG; disseisinæ, CM; disseisitorum, OA. [58] et in, V, OB, OC, CE, MA, MB, Y; in, CM. [59] et in, OB, MA. [60] et, OA, LA; om., OC, CE. [61] tunc, OA, MG. [62] Om., OA, MG. [63] aliqua, MSS. var. [64] extorquetur, OB, MA, MB. [65] si, OA, MG; fit, MC. [66] r. et, MSS. var. [67] quæ, OA, MG. [68] ratione, OA, MG. [69] de communi, V; om., MB, MG. [70] possunt, MA, MG; poterit, MC, LA; poterint, V. [71] consensu de, OB; communi, CM. [71-73] contraria, OA, OC, MG, CE, MC, LA. [72] eorum, V, MA, CM. [74] Om., OC, CE; in, OA.

torum proponentis et respondentis, petentis et excipientis, secundum[75] varietatem responsionum. Sunt etiam quædam quæ dicuntur magistralia, et sæpius variantur secundum varietatem[76] casuum,[77] factorum et querelarum. Et[78] quorum quædam sunt personalia, quædam[79] realia, quædam[80] mixta,[81] secundum quod sunt actiones diversæ et variæ,[82] quia tot erunt formulæ brevium quot sunt genera actionum, quia non potest quis sine brevi agere, cum non teneatur alius sine brevi respondere nisi gratis voluerit, et ex hoc ei non iniuriatur, cum volenti et scienti non fiat[83] iniuria. Item cum de eadem re alicui plures competunt[84] actiones, eodem modo competunt ei plura brevia, sed uno oportet experiri sicut una actione, ordine tamen ut convenit observato. Breve quidem domini regis in se nullam continere debet falsitatem. Item nullum errorem. Apparere etiam[85] debet in prima sui figura maxime si fuerit patens sive[86] apertum, quia originalium quædam aperta et[87] quædam clausa, et sive clausa sive aperta apparere debent non abrasa, non abolita, et si inveniatur abrasio, tunc refert quo loco et a quo et quando. Quo loco, utrum videlicet in narratione facti vel iuris. Si autem in narratione facti, cadit breve quasi suspectum: facta enim et nomina mutari non debent, sed iura ubique scribi possunt. Item a quo, utrum[88] videlicet per ipsum cancellarium vel ausu temerario per alium, sicut per clericum iustitiarii vel vicecomitis ad procurationem alicuius partis, ubi omnes tam agentes quam consentientes de omnibus bonis suis sunt in misericordia et[89] voluntate[90] domini regis, et ipsi tamquam falsarii nihilominus puniantur. Et quod tales argui possunt falsitatis[91] probatur de termino Sancti Michælis anno regis[92] Henrici[93] quarto incipiente[94] quinto[95] comitatu Herefordiæ de Radulfo Harange. Item[96] quando, videlicet utrum hoc fiat antequam breve fuerit in curia recitatum[97] et[98] publicatum vel post. Et sic breve suspectum et cadit si hoc fuerit a petente impetratum. Item cadit breve si in se contineat talem falsitatem quod signum appositum sit adulterinum[99] ipsius[100] domini regis, sive omnino falsum sive verum, falso tamen appositum per industriam falsariorum. Et quo casu committitur crimen læsæ maiestatis, et puniuntur tales ultimo supplicio si laici fuerint, si vero clerici pœnam degradationis

[75] et s., OC, MG, CE, CM, MC, LA. [76] diversitatem, OC, CE, MC, LA, Y. [77] Om., OB, MA, MB. [78] Om., OC, MG, CE. [79] et q., OA, MB, CM. [80] et q., MG, Y. [81] mixtæ, OB, MB, MC, LA, CE, CM, Y, OC (corr.). [82] v. quædam, MC, LA. [83] fit, MSS. var. [84] competant, OB, MA, MB, Y. [85] Om., OA, OC, MG, CE, CM. [86] seu, OA; siu, OC, CE; sui, MG; s. non. CM. [87] Om., V, OA, MG. [88] Om., OA, MG. [89-90] Om., OA, MG. [91] de falsitate, V; falsitas, LA; falsitates, OA, CM; falsit., MG. [92-93] Om., MC, LA. [94-95] Om., OA, MA, MG. [96] etc., OA, MG. [97] perpetratum, OA, MG. [98] vel, OB, MC, LA; om., OC, CE. [99] adulterium, OB, MA, LA; adulterum, Y; ad ultim., MB. [100] Om., OA, OB, MA, MB, MG.

f. 414] sustinebunt cum perpetua infamia nisi warantum habuerint,[1] secundum quod inveniri poterit in itinere Martini de Pateshilla in[2] comitatu Eboraci anno regis Henrici decimo, de Rogero de Farnburne[3] et Agnete uxore eius qui protulerunt quoddam breve de[4] recto[5] cui signum verum appensum fuit falso brevi per[6] industriam falsarii, et ubi ipse Rogerus suspensus fuit quia warantum non habuit, sed uxor sua liberata sive conscia sceleris sive non, quia fuit sub virga viri sui. Item cadit breve simul cum actione ad damnum ipsius impetrantis, quod[7] impetratum fuerit[8] per falsi[9] suggestionem vel[10] per veri suppressionem. Per falsi suggestionem,[11] ut si dicat quis se esse heredem cum non sit, ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis[12] Henrici[13] quarto comitatu Middelsexiæ de Hamone de[14] Bronde.[15] Idem[16] erit si quis dicat se tenere in feodo cum non[17] teneat nisi ad terminum et huiusmodi, vel si mulier cum[18] dotem petierit et partem dotis habuerit, dicat se nihil habere et sic breve de dote impetraverit[19] et huiusmodi. Item per veri suppressionem, ut si quis dicat se habere ingressum per alium quam per illum per quem[20] ingressus fuerit. Item cui talis dimiserit qui numquam dimisit, eo quod inde nullam seisinam habuerit,[21] vel si aliquem gradum[22] impetrando omiserit. Et de hac materia inveniri poterit inter placita quæ sequuntur dominum[23] regem Henricum[24] anno tricensimo primo, inter Michælem[25] abbatem[26] Glastoniensem[27] et Rogerum episcopum Bathoniensem. Et unde idem abbas dixit quod[28] episcopus Rogerus[29] non habuit[30] ingressum nisi per episcopum I. cui prior Eustachius terras[31] illas[32] dimisit, qui numquam inde seisinam habuit. Et illud idem dici poterit in[33] brevi[34] de warantia cartæ ubi impetrator impetrando dixerit se tenere terram quam non tenuerit, et sic impetraverit quo expresso non impetrasset et huiusmodi. Et cum breve ita in se fuerit vitiosum in aliqua parte, in[35] nulla parte valebit quantum ad unam[36] actionem: secus erit si plures sint ibi actiones ratione plurium tenentium. Ut si unus petat per unum breve feodum unius militis in[37] una villa, et versus alium in eodem brevi feodum alterius

[1] habuerit, OA, MA, OC, CE; -runt, MC, LA. [2] Om., OB, MA, MB. [3] Farnburn-(ia?), Farnburg., Franburn, Farumbur., Fariburne, Farinburn., Famburne, MSS. var. [4-5] Om., OB, OC, CE. [6] et per, V, OA, OB. [7] quia, OA, OC, MG, CE, MG; et, CM. [8] fuit, MSS. var. [9] falsam, OA, OC, MG, CE. [10-11] Om., OA, OC, CE, MA. [12-13] Om., MC, LA, MG. [14] Om., MC, LA, MG, CM, Y. [15] Brond, Brondone, Nebrandum, MSS. var. [16] Item, OC, CE, MB. [17] Om., OA, MG. [18] Om., OA, OC, CE. [19] impetravit, V, OA, OB, MG (corr.); -verat, MB. [20] quam, OA, OC, CE. [21] habuit, OB, MB, MC, LA. [22] g. in, MC, LA. [23] Om., OA, OC, MG, CE, MA. [24] Om., OA, MA. [25] Om., MC, LA. [26] a. de, MA, MG; de, OA. [27] Glascon., Glaston., Glastonie, MSS. var. [28] q. idem R., OA, MG. [29] Om., OA, MG; M., OC, CE; Bath., CM. [30] habuerit, OB, OC, CE. [31-32] terram illam, MC, LA. [33-34] Om., OB, MA, MB. [35] Om., MSS. var. [36] unicam, OA, MG, CM; vitam, OC, CE. [37] cum, OB, MB; et, MG, CE; et in, OA.

militis in[38] eadem villa vel[39] diversis, quamvis cadat breve de feodo unius militis,[40] nihilominus stabit de feodo alterius militis versus[41] eundem,[42] quia ibi sunt diversæ actiones propter diversitates[43] tenementorum quamvis breve unicum. Et eodem modo erunt diversæ[44] actiones[45] ratione diversarum personarum et rerum ubi plures sunt tenentes. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici octavo comitatu Herefordiæ, de Ricardo filio Godefridi. Et sic vel cadit breve omnino vel stabit quantum ad quosdam et cadet[46] quantum ad alios. Item cadit breve per mortem unius partis sive petentis sive tenentis simul cum actione. Item si plures sint petentes[47] vel plures[48] tenentes qui sunt coheredes et participes et unum ius habentes, morte unius vel plurium cadit breve sed non actio, quia[49] quandoque cadit breve sed non actio,[50] et quandoque stat breve simul cum actione, sed corrigitur post errorem vel defectum, quandoque cadit breve simul cum actione, quia ubi cadit actio ibi cadit breve. Item quandoque tenet breve et differtur[51] actio, quia ubicumque tenet actio et breve, licet quandoque corrigatur propter errorem. Item quandoque cadit breve sed mutatur petitio in aliam actionem de eadem re sed per aliud breve, secundum quod superius dicitur in parte super possessione et proprietate. De hoc autem quod dicitur[52] f. 414b] quod quandoque stat[53] breve simul cum actione, sed corrigitur[54] propter errorem vel defectum de errore impetrantis, videndum. Et sciendum quod error multiplex esse poterit, scilicet in personis et in nominibus et[55] cognominibus[56] personarum. Item in rebus et[57] in[58] locis, sicut in comitatibus et[59] villis et eorum nominibus, secundum quod superius dicitur in tractatu de disseisinis. Sed[60] esto quod aliquis[61] summoneatur in alio[62] comitatu quam in quo res est de qua[63] agitur, et ubi summonitus nullum tenementum habet[64] nec feodum, in actione reali, licet vicecomes[65] præsit[66] duobus comitatibus sicut dici poterit de vicecomite Essexiæ et[67] Herefordiæ, et nominatur in brevi tantum vicecomes Essexiæ[68] et res petita fuerit in comitatu Herefordiæ, cadit breve. Si autem uterque comitatus nominatur[69] valet. Si autem actio fuerit personalis, videtur tamen adhuc quod valere debeat, licet summonitus

38-40 Om., OA, MG. 39 vel in, V, OB. 41-42 Om., OA, MG. 43 diversitatem, OA, OC, MG, CE, MA. 44-45 actiones plures, V, OB, MA, MB, Y. 46 cadit, MC, LA, OC, CE. 47-48 Om., OA, MG. 49 50 Om., OA, OB, MB, MG. 51 defertur, OC, MG, CE; deffertur, OA; differt, MA. 52 dicit, OA, MG, MC, LA, CM, Y. 53 stet, MA; fiat, MC; om., OA, MG. 54 corrigatur, OB, MA, V. 55 et in, MC, LA, Y. 56 cognitionibus, OA, OB, LA, MG. 57 Om., OA, MC, MG, CM, LA, Y. 58 Om., OB, OC, CE. 59 Om., OA, MA, MB. 60 Item., OC, CE, MA. 61 quis, V, OB, MA, MB. 62 aliquo, MB, MC, LA, CM. 63 quo, MA, OC, CE. 64 habeat, MC, LA; habuit, MA. 65 autem, OA, MG. 66 possit, MA, MB, CM; præsumpserit, OA. 67-68 Om., OA, MA, LA. 69 nominetur, OB, MA, MB, Y; -antur, OC, CE; om., CM.

terram non habeat in comitatu expresso. Item cadit breve si impetratum fuerit contra ius et regni consuetudinem, et maxime contra cartam libertatis, sicut breve quod vocatur præcipe, per quod liber homo posset[70] curiam[71] amittere. Si autem præter ius fuerit impetratum, dum tamen rationi[72] consonum et[73] non iuri contrarium, erit sustinendum, dum tamen a rege concessum et a[74] consilio suo approbatum. Sed esse debet personale, sed non debet concedi nisi de gratia speciali. Nec refert utrum magnates[75] expresse præbuerint[76] assensum, dum tamen expresse non dissenserint,[77] ostensa ratione sufficienti quare valere non debeat. Pertinet enim ad regem ad[78] quamlibet[79] iniuriam compescendam[80] remedium competens adhibere. Brevia tamen communia inter omnes pro iure generaliter debent observari, cum sint originalia et actionibus originem præstent. Item cadit breve si tenens minus teneat quam petens petat, secus tamen si plus. Item cadit breve si tempore impetrationis nulla subfuit[81] causa impetrandi, quia tempore datæ[82] et[83] impetrationis nulla petenti competiit[84] actio nec causa petendi. Item nec causa conquerendi,[85] quia tunc nulla facta[86] fuit[87] disseisina nec alia iniuria. Item nec valet breve quia ille qui nunc tenet tempore impetrationis non fuit in seisina de re petita tota[88] vel aliqua eius[89] parte, et[90] licet[91] statim visum petierit cum nihil teneat vel non totum, tamen propter hoc non amittit[92] exceptionem contra breve. Et hæc vera sunt licet post impetrationem incipiat[93] tenens totum possidere, quamvis videatur quod actio pervenerit in eum casum a quo incipere potuit.[94] Item cadit breve si cui[95] plures competant actiones de eadem re et plura brevia, et una actione agere[96] inceperit[97] facta electione et per unum breve, si pendente actione et[98] brevi illo ad aliam actionem convolaverit,[99] cadit breve posterius impetratum, quia a primo non est recessum, ut[100] de placitis quæ sequuntur regem anno tricensimo primo, in loquela inter Petrum de

[70] possit, MA, OC, CE, CM. [71] c. suam, MB, MC, CM, LA, Y. [72] ratione, OA, MG, CE, OC (corr.). [73] Om., OA, OC, MG, CE. [74] Om., OA, OC, MG, CE. [75] magnatos, OA, OC, CE. [76] -erunt, MA, MC, LA, Y; prohibuerint, MG. [77] dissentiverint nec, V; discesserunt, OA; dissenserunt, MG. [78] et ad, MC, OB, OC, CE. [79] quemlibet, OC, CE; qualibet, LA. [80] compescendum, V; compescend., MSS. var. [81] subfuerit, OC, MG, CE; obfuerit, OA; obfuit, MA. [82] Om., MA, OC, CE. [83] Om., OA, OC, CE, MB. [84] competit, OA, MA, MB. [85] conquerenti, OC, CE; querendi, LA, MA. [86] Om., MA, MB. [87] Om., OA, MG, Y. [88] Om., V, OB, MA, MB. [89] Om., OB, MA, MB, Y. [90] Om., OA, OC, MG, CE. [91] l. petens, MC, LA (pet.); l. tenens, OC, CE; l. post, CM. [92] amittet, OB, MA, MB. [93] incipiet, MC, LA. [94] poterit, V, OB; posset, OA; poterunt, OC, CE. [95] cum, OB, MA, MB; om., MC, LA. [96-97] parit, OA, MG. [97] incipiat, OB, MA, MB; incipit, Y. [98] in, V, MA, MB, Y. [99] convaluerit, OA, OB, MC, LA; convaluerint, MB. [100] et, OB, MB.

Solandia[101] et abbatem de Rivallis[102] de forgiis in foresta de Glasdale.[103] Et hoc verum est si tempestive se retraxerit ante iudicium, post iudicium vero non poterit. Sed[104] quæritur an quis possit[105] se retrahere de[106] quibusdam articulis brevis et de quibusdam non. Sed videndum utrum ita sint connexi quod unus sine altero terminari[107] possit vel non,[108] et[109] secundum hoc procedatur vel non.[110] Item cadit breve mortuo eo qui impetravit, vel deposito si forte episcopus fuerit,[111] abbas vel prior vel huiusmodi, sed non e converso si episcopus, abbas vel prior tenentes fuerint, quia dependet f. 415] actio cum brevi donec fuerit alius ei substitutus, maxime si actio fuerit civilis et[1] non pœnalis. Et[2] si[3] civilis sit et pœnalis,[4] durabit actio quantum ad pœnam et quantum ad restitutionem quamdiu depositus vixerit. Si autem depositus mortuus fuerit vel ante depositionem, extinguitur pœna cum persona sed durabit in persona substituti quoad restitutionem, sed tamen per aliud breve. Item cadit breve sed non actio per mortem tenentis in actione personali sive mortuus fuerit morte civili vel naturali, dum tamen per fraudem se non dimiserit post impetrationem, si mortuus fuerit morte civili. Item cadit breve mortuo eo qui[5] mandavit vel præcepit re integra. Item si quis pro eadem re duo brevia impetraverit, et utroque simul et semel agere inceperit tam super iure quam super possessione, differtur[6] actio super ipso iure et pendet breve donec discussum fuerit super possessione, ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto[7] decimo comitatu Surreiæ, de priore de Novo Loco. Et hoc sive brevia impetrata fuerint ab uno vel duobus vel pluribus. Idem erit si mulier dotem petat per breve de dote aliquam[8] partem[9] et alius petat totum[10] in actione proprietatis, suspenditur actio dotis donec de proprietate constiterit. Item si duo unum de eadem re implacitaverint[11] una et eadem actione et eodem[12] brevi, ille præfertur qui prius[13] incepit agere, et aliud breve simul cum actione in suspenso remanebit sive hoc sit in eadem curia sive in diversis, excepta curia domini regis ubi nulla attenditur prioritas propter maioritatem et dignitatem suam, et ubi[14] fallit regula *Qui*[15] *prius incepit agere aliis*[16] *præferatur*, ut[17] supra[18] de actionibus. Item cadit breve ubi quis clamat tenere de rege et alius ab

[101] Solundia, Sabaudia, Salandia, Selandia, Molandia, MSS. var. [102] Rivallia, Ryvaus, Ravallis, MSS. var. [103] Glastoll., Glastall., Glastellis, Glastale, MSS. var. [104] si, OB, MB. [105] posset, MB, CM. [106] a, V, OB. [107] t. non, OA, MG, MC, Y. [108] n. debet, OA, MG. [109-110] Om., OB, MA, MB. [111] fuit, OA, MG, MA, Y.

[1] vel, OA, OC, MG, CE, MB. [2-3] Si autem, V, OB, MA, MB, Y. [2-4] Om., MC, LA. [5] quod, MC, LA. [6] et d., V, OB, MB; defertur, MSS. var. [7] tertio, OA, MA. [8-9] Om., OB, MA, MB. [10] Om., LA, MB. [11] -verit, OB, LA, MG; -verunt, OC, CE. [12] uno, MC, LA. [13] primus, OB, MB. [14] ibi, OA, MG. [15] quæ, OA, MG. [16] ille, OB, MA, MB, Y; alii, CM; ille aliis, V. [17-18] et sequitur, OA, MG.

alio[19] quam a rege. Et eodem modo si duo tenere clamaverint de rege per certum servitium, quorum unus per minus servitium et[20] alius per maius,[21] breve illius cadit qui per minus servitium propter regis utilitatem. Item cadit breve si quis impetraverit super certa re et certa actione, et postmodum se retraxerit et in alio iudicio velit agere de eodum. Item quædam exceptio contra breve substantiam capit ex tempore. Sunt quædam[22] brevia limitata infra certa tempora, sicut sunt actiones ultra[23] quæ[24] non extenditur breve non magis quam actio propter defectum probationis, secundum quod actio fuerit[25] prodita super possessione vel super proprietate, sicut assisa novæ disseisinæ, mortis antecessoris, assisa utrum, breve de ingressu an[26] breve de recto, ut supra.[27] Item cadit breve si[28] quis per narrationem in iudicio factam recesserit de brevi suo, excedendo virtutem[29] et naturam brevis, ut si agatur in causa possessionis super[30] breve de consanguinitate, et petens in narratione sua[31] mentionem fecerit de ipso iure, vel si unum ore petat et[32] per[33] breve diversum, nisi[34] ita sit cum dicat diversum[35] quod dicat quod tantundem valet.[36] Et fere omnes exceptiones quæ competunt alicui vel contra aliquem, connumerari poterunt[37] inter exceptiones contra[38] breve,[39] quia ubi[40] terminatur actio finitur breve, et ubi cadit actio cadit et breve, et ubi differtur actio vel suspenditur vel mutatur,[41] ita et breve. Cum autem plures competant[42] exceptiones[43] contra breve, bene possunt secundum quosdam proponi temporibus diversis, sed in potestate iudicis erit artandi tenentem quod simul et semel et[44] una die proponat omnes exceptiones competentes f. 415b] contra breve, et sic præcludi poterit via proponendi ulterius exceptiones contra breve. Sed cum tenens unam proposuerit quod[45] rem petitam totam non tenuerit sed alius, illa terminata non redibit ulterius ad[46] consimilem, ut[47] infra[48] dicetur plenius. Et notandum quod[49] cum breve ceciderit per defectum et errorem, si erigatur[50] consimile sed[51] correctum, eadem erit actio quæ prius et idem breve sed correctum, licet[52] aliud pergamenum et aliud incaustum. Et ideo nec[53] mutari debet narratio

[19] aliquo, LA; aliquo alio, MC; illo, MA. [20] Om., MC, LA. [21] magis, OC, MG, CE. [22] quidem, OB, MC, LA. [23] vel, OC, CE; om., CM. [23-24] ultraque, OB, MC. [25] fuit, OB, MA, MB. [26] *sic*, MSS. gen.; aut, V, OA, MG; om., CM. [27] sequitur, OA, MG. [28] ut si, V, OA, OB, MA, MB, Y. [29] veritatem, OA, MG. [30] per, V, OB, MA, MB, Y; si, CM. [31] Om., OA, MG. [32] Om., OB, MA, MB. [33] Om., OA, OC, MG, CE, LA. [34] cum n., MG, OA (c. ubi). [34-35] Om., OB, MA, MB. [36] valeat, OA, MG, MC, LA, CM. [37] Om., OB, MA, MB. [38-39] Om., OA, MG. [40] cum, V, OB, MA, MB. [41] mutat, OB, MB. [42] petant, MG; competunt, MC. [43] actiones, OA, MC, MG, CM, LA, OC (corr.). [44] Om., V, Y; in, OB, CE. [45] et quod, OA, MG. [46] ut, OA, MG. [47] Om., OA, LA. [48] ita, OB, MC. [49] Om., MG, CM, LA. [50] corrigatur, V, OB, MA, MB, Y. [51] et, OA; erit, V; sit, MB, Y; si, OB; fit, MA. [52] sed, OA, MG. [53] non, OC, CE; om., MA.

prius facta in iudicio nec attornatus qui prius factus fuerit, cum eadem sit sit hinc[54] inde[55] actio et breve idem.

Si competat exceptio ex persona petentis unde quædam dilatoria et quædam peremptoria multis rationibus.

Cum autem nihil sit quod excipi possit contra breve, tunc videndum[56] si sit exceptio quæ competat[57] tenenti ex persona ipsius petentis, quod omnino[58] petere non poterit vel non nisi post[59] tempus omnino, ut si petens servus fuerit vel bastardus, sæculo[60] mortuus, sicut ille qui habitum religionis assumpserit.[61] Item propter defectum scientiæ, ut si furiosus et non sane mentis. Item propter defectum sensuum, ut si fuerit naturaliter surdus et[62] mutus. Item propter morbem incurabilem, ut si leprosus fuerit et a communione gentium[63] separatus. Item quod[64] ei[65] non competit[66] actio cum sit amotibilis, sicut monachus vel canonicus non perpetuus. Item propter feloniam propriam vel antecessorum. Item[67] si non nisi post tempus,[68] quia minor et[69] infra ætatem[70] in causa proprietatis, licet agere possit in causa possessionis, et hoc propter defectum scientiæ, cum non multum distet[71] a furioso nec[72] furiosus a[73] bruto.[74] Item propter dubium rei eventum, ut si quis fuerit in statu dubio[75] dignitatis vel corporis, et sic in pendenti donec quid fiat vel non fiat. Ut[76] si quis appellatus fuerit de vita et membris in causa criminali, in[77] civili causa agere non poterit antequam defenderit[78] se in criminali,[79] non magis quam tenens respondere tenetur in consimili dignitate, ut[80] si abbas vel prior vel alius a dignitate depositus ad[81] tuitionem status sui superiorem appellaverit, quia si cum talibus ageretur vel ipsi agerent contra alios, sic possent[82] iudicia esse delusoria,[83] cum a[84] casu possent[85] omnia revocari. Item competit exceptio tenenti ex persona petentis propter defectum nationis, ut si petens se copulaverit inimicis domini regis, ut si fuerit ad fidem regis Franciæ, saltem donec terræ et regna communia extiterint,[86] actio talibus denegatur. Item competit exceptio tenenti propter lepram animæ[87] petentis, ut si fuerit excommunicatus nominatim sed non in genere, quia sicut lepra esse poterit in corpore sic et[88] in anima, et sicut

[54-55] Om., OA, MG. [56] v. est, MC, LA. [57] competit, MA, MB, MC, LA. [58] omnia, OA, MG. [59] Om., OB, MA, MB. [60] vel s., V, OA, MG. [61] assumpsit, V, OB, MA, MB; sumpserit, CM. [62] vel, V, OB, MA, MB. [63] hominum, V, OB, MA, MB. [64] quia, OA, OC, MG, CE, MC, LA. [65] Om., OA, MA, MG. [66] competat, V, OB. [67-68] Om., MC, LA, CM. [69] Om., V, OB, MA, MB, Y. [70] a. agere non potest, V, OB, MA, MB, Y. [71] distat, MC, LA; differt, OA, OC, MG, CE. [72-73] et, OA, MG. [73-74] furorem habendo, OB, MA, MB, Y. [75] Om., OB, MA, MB, Y. [76] vel, OA, MG. [77-79] Om., OB, MA, MB, Y. [78] defendere, MC, LA. [80] Om., OA, MG. [81] et ad, V, OA, MG. [82] poterint, MC, LA. [83] derisoria, CM; iuriosa, OC, CE. [84] a tali, V, CM. [85] possint, OB, MA, MB; possunt, MC, LA. [86] constiterint, OB, MA; constiterunt, MC, LA. [87] Om., OA, MB, MG. [88] exceptio, OA, MG; etiam, MB; om., CM.

leproso interdicitur communio gentium, sic et excommunicato, et quod plus est omnis actus legitimus. Item competit tenenti exceptio non tantum ex persona petentis, sed ratione coheredum et participum sine quibus agere non poterit, cum tantundem iuris habent quantum[89] ille qui petit, vel aliunde quia ille qui petit nihil iuris habet sed alius, vel cum alius plus iuris habeat, et sic quod petens sine aliis agere non potest f. 416] vel omnino non. Item competit exceptio tenenti ratione petentis[1] vel[2] ratione[3] adiuncti, ut si vir agere velit de re uxoria sine[4] uxore,[5] et quo casu non magis audietur uxor[6] sine viro: sed non cadit breve si vir sine uxore, quia vocare poterit uxorem ad warantum, sed non e converso. Item competit exceptio tenenti contra petentem ratione superioris quem[7] res tangit in aliquo, sicut sunt priores perpetui et quandoque amotibiles sine abbate et[8] priore, clerici vel[9] canonici sine episcopo et patrono. Item fratres alicuius domus sine curatore domus, et aliquando nec[10] sanctimoniales sive sorores sicut[11] sorores[12] de Boclande[13] sine priore hospitalis: et quo casu vocandi sunt curatores ad sequendum sine quibus fratres et sorores sequi non poterunt.[14] De[15] exceptione[16] vero[17] servitutis proposita contra petentem, satis perpendi poterit quid fieri oporteat[18] tam in causa possessionis quam proprietatis, per ea quæ superius dicta sunt in tractatu de[19] assisa[20] novæ disseisinæ ubi respondetur contra assisam.

Exceptio contra petentem ex persona petentis.[21]

ITEM competit exceptio tenenti contra petentem ex persona ipsius petentis peremptoria, ut excludat eum ab actione imperpetuum eo quod nihil iuris habeat cum sit bastardus, et aliquando opponitur in modum exceptionis secundum quod hic[22] dicitur, et cum proponatur a tenente, quandoque cedit[23] loco actionis quando[24] proponitur[25] a petente contra tenentem, ut[26] a[27] possessione[28] amoveatur. Et unde videndum imprimis qualiter opponi debeat, et cui et a quo et in qua actione, et qualiter contra exceptionem illam[29] respondeatur[30] cum fuerit opposita.[31] Item qualiter pro-

[89] sicut, OB, MA, MB.

[1-3] Om., OB, MA, MB, Y. [2] Om., MC, LA; et, OA, MG; scilicet, OC, CE. [4-5] Om., OA, MG. [6] *sic*, MSS. gen.; quam uxor, OA, OC, MG, CE. [7] quam, OA, OC, MG, CE. [8] vel, MSS. var. [9] et, OA, MA, MG. [10] Om., OA, OC, MG, CE. [11-12] Om., MC, LA. [13] Boklande, Boklond., Bokeland., Bocelondo, MSS. var. [14] poterit, MC, LA. [15] Om., OB, MA, MB, MG. [16] exceptio, MA; exceptiones, MB. [17] Om., OA, CE, CM. [18] oportet, OC, CE, MA. [19-20] Om. OB, MA, MB; ass., CM. [21] tenentis, MSS. var. [22] superius, OA, MG. [23] cadit, V, OB, MB; om., MA; dedit, CM. [24] quasi, V, OB, MB, Y; om., MA; quandoque, OA, MG, CE, MC. [25] proponatur, OC, CE; ponitur, MG; om., MA. [26] ut ita, V, OA, MG. [27-28] appello, MA, MB, OB (in a.); appellatio, Y. [29] illa, OA, MG, MC; om., OB, MA, MB. [30] habeatur, OA, OC, MG, CE. [31] proposita, MC, LA.

bari[32] debeat et ubi opponi et ubi terminari et ad quem sequi pertineat.[33] Et quod sit officium iudicis ecclesiastici et quod sit officium iudicis[34] secularis. Item quis legitimus dici debeat et quis bastardus quoad successionem secundum legem et consuetudinem Anglicanam.[35] Item quid iuris si uterque bastardus tam petens quam tenens. Item quid iuris si cum legitimatio probata fuerit, moriatur ille qui probaverit antequam ad curiam regiam pervenerit cum probatione.

De exceptione bastardiæ in causis bastardiarum, quia nulla bastardia simplex sed quælibet causam habet certam.

Qualiter opponi debeat bastardia imprimis videndum. Proponi[36] quidem[37] solet aliquando cum adiectione causæ quare[38] bastardus sit,[39] et quandoque[40] sine causa. Sed quoniam ubi causa non adicitur sub tali responsione poterit[41] esse obscuritas et incertitudo, quia cum sciri non poterit ad quod[42] forum pertinere debeat cognitio, non refert utrum quis omnino non respondeat <sicut non refert utrum non sit omnino edita[43] vel obscure vel minus plene, et ita erit[44] dicendum de exceptione quod dicitur de actione, quod[45] proponi debet non obscure nec minus plene, quin sciri possit cuiusmodi sit bastardia adiecta causa,> vel obscure. Ut si dicat tenens simpliciter quod petens nihil iuris habeat in re petita f. 416b] quia bastardus est,[46] et paratus sit[47] probare bastardiam ubi et quando debuerit,[48] si probatio ex tali responsione[49] statim[50] mittatur ad curiam christianitatis, ita poterit quælibet probatio indifferenter fieri in curia christianitatis, quæ in quibusdam contraria est legi et consuetudini Angliæ,[51] quod esse non debet, cum nihil aliud sit sub tali obscuritate transmittere inquisitionem de bastardia facienda[52] ad curiam christianitatis, quam venire contra legem et consuetudinem Angliæ.[53] Ad talem igitur errorem tollendum[54] necesse est causam adicere: ut si dicat tenens, *Frater nihil iuris[55] habes in terra petita quia bastardus es, quia pater tuus numquam desponsavit matrem tuam*, talis cognitio bastardiæ recte pertinet ad iudicem ecclesiasticum ex quo præcise dedictum est matrimonium, quia non pertinet ad iudicem secularem discussio[56] utrum sit ibi matrimonium vel non cum ipse cui obicitur dicat contrarium. Idem erit si dicat,

[32] Om., OA, MG. [33] debeat, OA, MG. [34] Om., OB, MA, MB, Y. [35] *sic*, MC, LA, OC, CE, CM, Y; Angliæ, MB, MG; Angl., OA, OB, MA. [36-37] opponi, OA, OC, MG, CE. [38] qualiter, OA, MG; quale, OC, CE. [39] Om., OC, CE, CM, MC, LA, Y. [40] quando, OB, MA, MB; quandocumque, MG. [41] possit, OA, MG. [42] quem, OB, MB, Y, MC, LA; quam, OC, CE. [43] dedita, MC; dedicta, OC, CE. [44] erat, MC, LA. [45] vel, MC, LA. [46] Om., OA, MG. [47] est, Y, OB, MA, MB. [48] debuit, OA, OC, MG, CE. [49-50] responsione, OB, MA, MB. [51] Anglicanæ, OC, CE, CM, MC, LA. [52] faciendam, Y, MC, LA; faciend., MSS. var. [53] Anglicanam, MC, LA, Y, OC, CE. [54] tollendam, MG; tollend., MSS. var. [55] Om., OB, MA, MB. [56] discutio, OA, OC, CE, MC, LA.

Frater nihil iuris habes in terra illa licet matrimonium intervenerit, quia matrimonium inter patrem tuum et matrem tuam contractum fuit illegitimum, ex quo prius contraxit cum[57] *alia*[58] *quæ vixit tempore*[59] *quo*[60] *contraxit cum matre tua.* Est[61] igitur ad curiam christianitatis inquisitio[62] in hoc casu transmittenda, quia ad iudicem secularem non pertinet discussio[63] quæ illarum sit uxor legitima et quæ non. Item poterit opponi bastardia cum adiectione causæ ut supra, sed non erit ad curiam christianitatis inquisitio[64] demandanda,[65] quia nihil pertinet ad iudicem ecclesiasticum de[66] prioritate vel posterioritate nativitatis eius[67] cui opponitur bastardia, cum sponsalia vel matrimonium hinc inde concessa[68] sint,[69] non magis quam si quis ita diceret, *Frater nihil iuris habes in terra illa, et si ius haberes petere non potes, quia petis de tempore Henrici regis senis vel ulterius quod omnem excludit actionem.* Ut[70] si dicat tenens, *Frater nihil iuris habes in*[71] *terra petita quia bastardus es, et ita bastardus*[72] *quia*[73] *natus fuisti*[74] *per tantum tempus antequam sponsalia vel matrimonium contractum esset*[75] *inter patrem tuum et matrem tuam.* Et quia hinc[76] inde[77] conceditur matrimonium, bene poterit[78] rex in curia sua inquirere[79] sine alicuius præiudicio utrum talis cui obicitur natus sit[80] ante matrimonium vel post, sicut inquirere poterit in aliis casibus utrum natus esset[81] tempore regis Henrici vel regis Iohannis, et maxime in defectum episcoporum qui[82] contrarii sunt[83] legibus et consuetudinibus[84] Angliæ:[85] nec etiam magis iniuriosum[86] quam si rex in placito dotis in curia sua fieri faceret[87] inquisitionem utrum mulier dotem petens dotata sit ad ostium ecclesiæ vel alibi, vel utrum sponsalia vel matrimonium publicum sit vel clandestinum. Et cum in curia domini[88] regis aliquando[89] anno regni sui vicensimo in crastino Sancti Vincentii apud Mertonam coram venerabili patre E. tunc[90] Cantuariensi archiepiscopo, et coram suffraganeis suis omnibus, et coram maiori parte comitum et baronum Angliæ tunc[91] ibi[92] existentium pro coronatione regis et reginæ pro quo[93] omnes vocati fuerunt, generaliter

[57-58] Om., OB, MA, MB. [59] Om., OB, MA, MB, Y. [60] quando, V, Y. [61] Om., OA, MG. [62] Om., OB, MA, MB. [63] d. quis eorum vel, OA, MG, V (et). [64] Om., OA, MG. [65] demandata, MB, CE; demandandum, MG. [66] cognoscere de, V, OB, MA, MB, Y. [67] Om., OB, MA, MB. [68-69] concessum sit, OA, OC, MG, CE, CM, MC, LA. [70] vel, V, OA, MG, OC, CE. [71] de, MC, LA. [72] b. es, OA, MG. [73] quod, OB, MA, MB, OA, MG. [74] Om., OA, MG. [75] fuit, OB, MA, MB, Y; fuisset, CM. [76-77] in tantum, OA, MG. [78] potest, OA, MG. [79] *sic*, V, OA, MG, CM; om., MSS. gen. [80] fuit, MA, OA, MG. [81] in, V, OB, MA, MB. [82] quia, V, OB, MA, MB, Y. [83] Om., OB, MA, MB, Y. [84] consuetudini, OB, MA, Y. [85] Anglicanæ, OB, Y; Anglicani, OC, CE; Angl., MSS. var. [86] i. est. OB, MA, Y. [87] faciat, OB; facit, OC, CE; fecerit, OA, MG. [88] Om., OA, MG, MB, Y. [89] Om., OB, MA, CM, Y.; aliquando contingit, OA, MG. [90] Om., OC, CE, CM, MB. [91] Om., OA, MG. [92] ibidem, OB, MA, OA, MG; idem, MB. [93] *sic*, MSS. gen.; qua, MA.

tractatum esset[94] de communi utilitate totius regni super pluribus articulis regem et regnum[95] tangentibus, inter alia tractatum fuisset[96] de huiusmodi obiectione bastardiæ, utrum videlicet quis natus ante sponsalia vel matrimonium haberi posset[97] pro legitimo sicut ille qui post matrimonium natus fuit. Ad quod omnes episcopi dixerunt quod omnes illi qui nati fuerunt ante sponsalia vel matrimonium ita erunt[98] legitimi sicut illi
f. 417] qui nati fuerunt post matrimonium, quoad deum et quoad ecclesiam, nec voluerunt nec potuerunt sine præiudicio ecclesiasticæ dignitatis respondere ad breve super huiusmodi inquisitione facienda de bastardia sic obiecta, rescribere[1] domino regi videlicet utrum ante vel post, quia hoc esset in[2] præiudicium sanctæ[3] ecclesiæ ut dicebant, sed rogabant regem et magnates quod ad hoc consensum[4] præberent, quod nati ante matrimonium quoad omnia legitimi esse possent sicut illi qui post. Et omnes comites et[5] barones quotquot fuerunt una voce responderunt quod noluerunt leges Angliæ mutare, quæ usque ad tempus illud usitatæ fuerunt et approbatæ. Postea vero die Iovis proxima post festum Sancti Dionisii anno eodem coram ipso domino rege[6] et subscriptis, convocato consilio provisum fuit[7] et concessum ab ipso domino rege coram venerabili patre E. Cantuariensi archiepiscopo, R. Cicestrensi episcopo[8] domini regis cancellario, R. Dunolmensi episcopo, H. Elyensi episcopo, episcopo Norwicensi, episcopo Londoniensi, episcopo Bathoniensi, episcopo Exoniensi, episcopo Karleolensi, episcopo Herefordensi et episcopo Roffensi. Item coram comitibus subscriptis, R. comite Cornubiæ et Pictaviæ, G. comite marescallo, I. comite Lincolniæ, W. comite Warenne, I. comite Cestriæ, W. comite de Ferrers, T. comite Warrewickiæ, H. comite Cantiæ, H. de Ver comite Oxoniæ, H. comite Herefordiæ, S. de Monte Forti comite Leycestriæ. Item coram baronibus subscriptis, Radulfo de Tony, Philippo de Albaniaco, Radulfo filio Nicholai, Herberto filio Mathei, Iohanne Marescallo, Galfrido de Lucy, Ricardo de Argenten, Hugone Dispensatore, Willelmo de Say, Willelmo Bardolf, Willelmo de Cantilupo seniore et Willelmo iuniore, Ricardo Siward, Godefrido de Craucumba Almarico de Sancto Amando, Bertramo de Curiel, Engelardo de Sygoyny, Roberto de Mucegros, Baldewyno de Pauntona, Galfrido de Lucy, Ricardo filio Hugonis, et aliis pluribus tunc ibidem præsentibus,[8] quod

[94] fuit, OA, MG. [95] reginam, V, OB, MB. [96] fuit, OA, MG, CM, MC, LA. [97] possit, OB, MA, MB; debet, CM. [98] erant, OA, OC, MG, CE, CM.

[1] nec r., OA, MG. [2] Om., OB, MA, MB. [3] Om., MC, LA, CM. [4] assensum, OA, MA; concessum, OB. [5] Om., MC, LA, CM. [6] rege Angliæ, MC, LA. [7] Om., OB, MA, MB. [8] In the MSS. there is considerable variation in the spelling of the names which follow. The list of names from this point on is omitted in OA, MG. [8] existentibus, OA, OC, MG, CE, CM, MA.

de cetero cum bastardia obiecta fuerit alicui ex tali causa in curia domini regis quod bastardus sit, et ideo bastardus quia natus[9] ante sponsalia sive[10] matrimonium contractum inter patrem suum et matrem suam, mittatur loquela ad ordinarium loci et fiat inquisitio per hæc verba, utrum videlicet[11] talis natus fuerit[12] ante sponsalia sive matrimonium vel post, et ordinarius rescribat domino regi per eadem verba sine aliqua[13] palliatione.[14] Et[15] inquisitione illa facienda cesset omnis appellatio sicut in omni alia inquisitione de bastardia, de qua inquisitio demandata[16] fuerit[17] alicui ordinario facienda, et maxime quod nulla fiat appellatio extra regnum si de necessitate contingat appellare.[18] Et tunc præceptum fuit quod ita teneretur et observaretur[19] in futuro tam de illis de quibus iudicium extunc faciendum esset in curia domini regis, tam de placitis inceptis quam incipiendis, cum huiusmodi bastardia obiciatur et[20] ex tali causa. <Et quod assisa mortis antecessoris processit in curia domini regis super huiusmodi bastardia et infra ætatem petentium, et ubi iurati dixerunt quod non fuerunt heredes propinquiores quia nati fuerunt in adulterio ante matrimonium, probatur de itinere Martini de Pateshilla in comitatu Cantiæ anno regis Henrici filii regis Iohannis, assisa mortis antecessoris si Henricus Panforer[21] de tenemento in Northtona.> Rationibus igitur supra dictis et[22] ex tali communi consensu, in electione domini regis esse poterit utrum velit inquisitionem illam faciendam demandare ordinariis vel illam[23] facere in curia sua, quia si illam in curia sua fecerit, cum exceptio ita[24] clara[25] fuerit et aperta et ex certa causa, responsio non debet esse obscura, sed sicut opponitur exceptio quod bastardus est f. 417b] secundum leges et consuetudines Angliæ[26] eo quod natus[27] ante sponsalia vel matrimonium, et sicut[28] ex tali causa replicare debet petens et dicere quod legitimus est ex causa contraria, quia natus est[29] post sponsalia sive matrimonium, et sic contradicere intentioni tenentis, quia non contradicit si[30] dicat[31] simpliciter quod legitimus sit et paratus[32] probare se legitimum ubi debuerit, quia ad causam quare[33] non respondet. Debet igitur dicere causam, quod[34] legitimus[35] quia[36] post sponsalia vel

[9] n. fuerit, MC, LA (fuit). [10] vel, V, MA, MG. [11] scilicet, OA, MG. [12] fuit, MA, CM; fuerat, OA. [13] alia, MSS. var. [14] appellatione, OA, MA, LA, MC, MG; pallatione, OB, MB; fallacia, OC, CE. [15] Om., OA, MA; in, MB; et in, OB. [16] demandanda, V, Y, OB, MA; demand., OA. [17] fuit, MC, LA. [18] appellari, V; *sic*, MSS. gen. [19] observetur, V, OB, MA, MB. [20] Om., V, OB, MA, MB. [21] Paynfurre, Fanteford, Panf., MSS. var. [22] Om., OB, MA, MB. [23] ipsam, MC, LA. [24-25] ei data, OB, MA, MB. [26] anglicanas, OC, CE, LA, Y; Angl., MSS. var. [27] n. est, OA, MA. [28] sic, V, CM, MA, Y (om., et). [29] Om., OB, MA, MB, Y. [30] sed, V, OB, MA, MB, CM, OC; et, OA. [31] dicit, V, MA, MB, CM; dicitur, OB. [32] p. sit, MC, LA, OA. [33] *sic*, MSS. gen.; om., OB, MA, MB, Y. [34] quare, OA, MC, MG. [35] l. est, OA, MG, CM, MC. [36] q. natus, V, OB, MA, MB, Y.

matrimonium. Si autem ex tali obscura responsione mittatur ad curiam christianitatis[37] et rescribatur obscure quod legitimus, vel si causa obiecta fuerit et[38] non rescribatur[39] per eadem verba sed quod legitimus sit, in defectum curiæ christianitatis fiat inquisitio in curia domini regis utrum ante matrimonium vel post, quia videri[40] poterit[41] per hoc quod ibi poterit esse fallacia, et verum rescribitur et falsum sed diversis respectibus, quia poterit esse legitimus secundum statuta ecclesiæ quantum ad ordines et dignitates, et quantum ad leges et consuetudines Angliæ[42] bastardus quantum ad successiones, quia ante[43] licet[44] legitimus[45] quantum[46] ad prædicta sive ante sive post. Et cum taliter[47] obiecta[48] fuerit bastardia ex causa tali, si petens obscure respondeat, denegetur ei actio ac si nihil respondisset et tenens[49] teneat in pace. Si autem tenenti obiecta fuerit et sic obscure responderit, quasi indefensus rem possessam amittat, quia omnino non respondere vel[50] obscure ad paria iudicantur. <Et ideo in nullo casu valet obiectio bastardiæ sine causæ adiectione, quia[51] si simpliciter obiciatur sine causæ adiectione[52] simplex erit[53] responsio ordinarii,[54] et sub hac obscuritate decipi poterit curia regia ad[55] præiudicium[56] suum, quia nisi causa adiciatur non poterit rescribi utrum ante vel post matrimonium vel sponsalia, vel per quantum tempus post humationem[57] patris.> Ad papam et ad[58] sacerdotium quidem[59] pertinent ea quæ spiritualia sunt. Ad regem vero[60] et ad[61] regnum ea quæ sunt temporalia iuxta illud, *Cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum.* Et unde ad papam nihil pertinet ut[62] de temporalibus disponat[63] vel ordinet, non[64] magis quam rex vel princeps de spiritualibus, ne quis eorum[65] falcem ponat[66] in messem alienam. Et sicut papa ordinare potest in spiritualibus ad[67] ordines et dignitates, ita potest rex in temporalibus de hereditatibus dandis et[68] heredibus instituendis secundum consuetudinem regni sui. Habet enim quodlibet regnum suas consuetudines et diversas. Poterit enim esse una consuetudo in regno Angliæ et alia in regno Franciæ quantum ad successiones. Et notandum quod si quis opponendo bastardiam

[37] christianam, MC, LA; -ani, MG, OA. [38] et quia, OA, OC, MG, CE. [39] scribatur, OA, OC, MG, CE. [40-41] videtur, OB., MA, MB. [42] anglicanas, OC, CE, LA, MB, OB (-nes); Angl., MSS. var. [43] *sic*, (= an.), MSS. gen. (= au.?). [43-44] quilibet, OA, MG. [45] l. est, OA, MG. [46] Om., V, OB, MA, MB. [47] aliter, OB, CM. [48] Om., OB, MA, MB. [49] t. se, OB, MA, MB, Y. [50] et, OB, MB; om., MA. [51-52] Om., MC, LA, OA, MG. [53] fuerit, OA, MG. [54] Ins. (addicio infra), Item si inquiratur . . . sit filium talis, OA, MG. [55-56] in privilegium, OA, MG. [57] humanationem, OC, CE; limitationem, OA, MG. [58] Om., OC, CE, MB. [59] Om., OA, MG. [60] Om., OC, CE, MB. [61] Om., OA, OC, MG, CE, LA. [62] Om., OA, CM. [63] disponet, OA, MG, MA, MC, LA. [64] nec, OA, MG. [65] eo, MA, OB; enim, MB. [66] imponat, MC, LA; ponet, MG; mittet, MB; mittat, OB, MA, Y. [67] quoad, V, OB, MA, MB. [68] vel, V, OA, MG, CM.

mentionem non faciat[69] de hac dictione bastardus, amittet[70] per iudicium: ut si dicat, *Frater nihil iuris habes in terra illa quia natus fuisti ante matrimonium* <vel *nihil iuris quia mater tua numquam fuit desponsata patri tuo* et[71] huiusmodi[72]>, nulla facta mentione de bastardia. Ut in itinere Willelmi de Ralegha comitatu Warrewickiæ, assisa mortis[73] antecessoris si Willelmus de Muneworthe[74] pater[75] Thomæ.[76] Opponi etiam poterit bastardia multis de causis, aliquando in iudicio[77] instituta actione, aliquando ad querelam eius qui dicit se esse verum heredem, et[78] de quibus non oportet loquelam transmittere ad curiam christianitatis vel inquisitionem: ut si partus nascatur post mortem patris,[79] qui dicitur postumus, per tantum tempus quod non sit verisimile quod possit esse defuncti filius, et hoc probato talis dici poterit bastardus. Item[80] dici poterit bastardus[81] et illegitimus partus alienus falso suppositus et nutritus ad exheredationem veri heredis, ubi[82] mater[83] fecerit se prægnantem cum non sit. <Item si inquiratur per quantum tempus natus fuerit post humationem patris cuius filius esse debuit, ita quod non possit esse veri-
f. 418] simile quod sit filius talis.> Item dici poterit bastardus partus suppositus mortuo vero herede sub custodia, ut supra de qualitate et differentia heredum[1] de partu supposito. Item dici poterit bastardus ab alio quam a patre progenitus, ubi non sit verisimile aliqua ratione quod possit esse heres mariti, et maxime si maritus eum deadvocaverit[2] omnino, nisi præsumptio faciat[3] contra ipsum[4] quod partus possit esse heres ut supra, et ibi de hac materia ubi perpendi poterit quis[5] legitimus et quis bastardus. <Ut si pater fuerit per longum tempus in Terra Sancta, quod veritas vincere possit præsumptionem. Sed aliud erit si vir in patria vel extra patriam prope[6] quod accessum habere possit ad uxorem occulte.[7]> Et sciendum[8] quod liberorum quidam[9] possunt esse legitimi et quidam bastardi, et aliquando omnes legitimi et aliquando omnes bastardi, vel[10] unus ex pluribus legitimus et alii omnes bastardi[11] et e converso, ut supra perpendi poterit de qualitate heredum. Item notandum quod cum quis partum suppositum semel advocaverit, non poterit illum ulterius deadvocare si hoc probari possit,[12] et erit talis filius et heres de quocumque antecessore tenuerit. Et cum capitales domini vel[13] quidam illorum heredita-

[69] faciens, OA, MG; fecerit, MA; facit, CM. [70] amittit, OA, OC, MG, CE, CM; -at, MA. [71-72] Om., OA, MG. [73] Om., MC, LA. [74] le Mumewerh., Monteworthe, Monworth., Munnewith., MSS. var. [75-76] Om., MA, CM; etc., OA, MG. [77] iudicium, OA, MG. [78] Om., OA, OC, MG, CE. [79] Om., OA, MG. [80-81] Om., MC, LA. [82] ut si, OB, MA, MB, Y. [83] mulier, V, OA, MA, MB.

[1] heredis, MA, MG; hered., MSS. var. [2] deadvocavit, OA, OC, MG, CE. [3] fiat, OA, OC, MG, CE, CM, MA. [4] eum, OA, MG. [5] quis sit, OA, MG. [6] Om., MC, LA. [7] occulto, MC, LA. [8] notandum, OA, MG. [9] quidem, OB, OC, MB; quid., OA, MA, CE, CM. [10-11] Om., OA, MG. [12] poterit, OB, MA, MB. [13] vel si, OA, MG.

tem tali restituerint[14] et quidam restituere contradixerint,[15] opposita bastardia non valet contradictio, nec erit in hoc casu inquisitio demandanda vel[16] mittenda ad curiam christianitatis.[17] Ut de itinere R. de Lexintona de quodam Ada de Astona, qui in tali casu voluit[18] transmittere loquelam ad curiam christianitatis, quod quidem revocatum fuit et correctum per Martinum de Pateshilla.

Quis bastardiam opponere possit.

ITEM[19] videndum quis bastardiam opponere possit. Et sciendum quod ab eo ad quem hoc pertinet, sicut a vero herede contra eum qui se facit[20] heredem cum non sit, sive petens sit qui opponit sive tenens. Item ille qui loco[21] heredis est, sicut dominus capitalis cum fuerit in seisina hereditatis sicut de eschæta sua pro[22] defectu[23] heredis[24] tenentis sui, cum non sit alius nisi ille qui petit et sit bastardus. Si autem plures sint qui se faciant[25] heredes, tunc non pertinebit ad[26] dominum capitalem bastardiam obicere, quia quamvis competat[27] contra heredem, tamen non pertinet[28] ad dominum capitalem ut[29] illam opponat. <Et[30] quod ad capitalem dominum non pertineat[31] probari poterit de termino Paschæ anno regis Henrici duodecimo comitatu Berkeriæ, de Roberto Achard:[32] nisi[33] terra debeat esse eschaeta sua, ut de itinere Martini de Pateshilla comitatu Eboraci anno regis Henrici decimo,[34] assisa mortis antecessoris si Radulfus de Bulli.[35] Sed cum capitalis dominus bastardum semel recognoverit[36] ad heredem, vel si reddiderit ei aliquam partem[37] hereditatis[38] ut legitimo, si postmodum velit ei bastardiam obicere[39] non audietur: ut de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici quarto[40] decimo comitatu Middelsexiæ, de abbate Sancti Albani et Willelmo filio Radulfi.> Quia[41] competit[42] vero heredi contra fratrem et alium qui se facit heredem cum sit bastardus,[43] sive unus sit[44] heres sive plures legitimi, vel unus vel plures bastardi qui se faciunt heredes, sive tenentes sint sive petentes. Et si uterque bastardus fuerit tam petens quam tenens et petens bastardiam obiecerit tenenti, si tenens replicando dixerit petentem esse bastardum, oportet petentem se docere legitimum alioquin nihil capiet,[45] cum melior sit in hoc

[14] restituerunt, OA, OC, CE, MG. [15] contradixerunt, OA, OC, MG, CE. [16-17] ad forum ecclesiasticum, OB, MA, MB; a.f.e.v.m.a.c.c., V. [18] noluit, MSS. var. [19] Om., OA, MG. [20] faciat, OB, MA, MB. [21] in loco, MA, MB. [22-23] propter defectum, V, OA, MG. [24] heredum, V, MB, CM; hered., MSS. var. [25] faciunt, CM, MA. [26-28] Om., MA, CM. [27] Om., OB, MB. [29-31] ut, OA, MG. [30] Item, MC, LA. [32] Hakard, Hachard., Achard., archidi., MSS. var. [33] ubi, MSS. var. [34] quarto, OC, MG, CE. [35] Sully, Pully, Ralli, de Rall., MSS. var. [36] cognoverit, V, CM. [37-38] hereditatem, OA, MG. [39] opponere, OA, MG. [40] tertio, MC, LA, OA. [41] sed, V, OB, MA, MB; si, Y. [42] competat, OA, OB, MB, Y. [43] b. cum non sit, MC, LA. [44] Om., MC, LA; eorum sit, V, OA, MG. [45] capiat, V, CM; capit, MG.

f. 418b] casu condicio possidentis: et tunc capitalis dominus petat et pertinet ad ipsum exceptio.

Item contra quem.

ITEM contra quem competat. Et sciendum quod contra quemlibet tam masculum quam feminam, tam contra minorem quam contra maiorem, dum tamen si infra ætatem fuerit minor cui opponitur non procedat inquisitio de bastardia ante ætatem, dum tamen minor tenens fuerit, quia non magis tenetur respondere ad exceptionem de bastardia ante ætatem quam ad assisam, cum exceptio bastardiæ tam in causa possessionis quam proprietatis terminet[46] negotium. Ut de itinere Martini de Pateshilla comitatu Cantiæ ad festum Sancti Michælis anno regis Henrici undecimo[47] incipiente duodecimo, assisa mortis antecessoris si Willelmus de Herst, ubi assisa venit super custodem qui dixit quod nihil habuit[48] nisi nomine custodiæ cum quodam qui fuit infra ætatem, et de quo responsum fuit quod bastardus erat. Si autem a maiore contra minorem petentem procedat assisa: ut in eodem itinere, assisa mortis antecessoris si Henricus Panfurere,[49] quibus petentibus obiecta fuit bastardia, et de quibus iuratores dixerunt quod bastardi fuerunt quia nati ante matrimonium, et processit assisa mortis antecessoris in curia regis.

Item inter quas personas locum habet.

ITEM non competit exceptio bastardiæ nec locum habet inter coniunctas personas, sed inter extraneas, in causa possessionis nec in[50] placito de[51] consanguinitate[52] non magis quam in assisa mortis antecessoris, quia ubi eadem ratio ibi erit idem ius: inter tales personas agitur de ipso iure et non de aliqua possessione si fuerit hereditas descendens a communi stipite, quia si[53] inter eos teneret[54] huiusmodi exceptio, sic[55] terminari posset proprietas ipsa in placito possessionis, licet obici posset[56] quod bastardus sit tamquam extraneus quantum ad verum heredem. Sed tamen inter eos non procedit[57] ista exceptio non magis quam assisa, quia adhuc in pendenti est utrum ille cui bastardia obicitur se probare possit[58] legitimum vel non.

Cum obiecta fuerit cum causa, oportet quod sequatur probatio.

CUM autem sic obiecta fuerit bastardia adiecta causa, non[59] valeat[60] exceptio nisi probetur cum tenens dicat petentem esse bastardum et idem[61] petens replicando dicat se esse legitimum, vel e converso. Videndum ad[62]

[46] mutat, OA, MG (-et). [47] sexto, MB; nono, OC, CE; decimo, MA. [48] habuerit, OA, MG, MA. [49] Pansurere, Pansur., Panfure, Fansour., Panserere, MSS. var. Cf. f. 417, n. 21. [50] de, MC, LA. [51-52] consanguinitatis, OA, MG. [53] Om., OA, MG. [54] teneretur, OB, MA, MB, Y; tenet, OC, CE. [55] quia si, OC, CE; si, OA, MG. [56] possit, OB, MA, MB, Y. [57] procedat, OB, MB, Y; -et, MA. [58] posset, V, OB, MB; om., MA. [59] nec, MC, LA, Y. [60] valet, V, OA, OC, MG, CE, MA. [61] ipse, OA, MG. [62] est, OA, MG.

quem[63] illorum pertineat probatio bastardiæ vel legitimationis. Et videtur quod ad ipsum pertinebit in omni casu qui est extra seisinam, cum ille qui in seisina est non habeat[64] necesse probare neque exceptionem si ipse exceperit de bastardia neque replicationem de legitimitate[65] si bastardia obiecta fuerit contra ipsum, propter commodum[66] possessionis, quia cum tenens obiecerit exceptionem bastardiæ contra petentem, petens artetur ad probationem legitimitatis,[67] tenens ad probationem bastardiæ procedat excipiendo, oportebit petentem se docere esse legitimum replicando, alioquin cadet[68] a[69] causa et tenenti remanebit possessio. Si autem e converso a petente tenenti opponatur bastardia, et quod nihil iuris habeat[70] in terra quam tenet quia bastardus, responderi poterit a tenente quod ipse est in seisina sicut heres legitimus, unde oportebit petentem[71] replicare quod bastardus, et sic replicando probare bastardiam, et sic oportet petentem sequi quia tenens numquam sequeretur. Et sic in utroque casu incumbit probatio replicationis ipsi petenti, vel[72] quod probet se legitimum sicut in primo casu, vel quod tenentem probet bastardum sicut in secundo casu.

Mittitur inquisitio bastardiæ ad curiam christianitatis per breve.

Cum igitur[73] in suo casu aliquando transmittenda sit loquela ad curiam christianitatis in[74] casu licito[75] et debito, quod[76] cognitio et inquisitio bas-
f. 419] tardiæ fieri debeat in curia christianitatis, tunc fiat breve ordinario loci[1] sub hac forma, ex parte regis infra regnum si ordinarius fuerit de[2] potestate regis. Si autem extra regnum fuerit ordinarius qui cognoscere debuit[3] et non sub[4] potestate regis, et[5] non teneatur obedire[6] nisi velit nec inquirere possit nisi fuerit ei demandatum, cadere[7] poterit[8] actio petentis propter defectum probationis. Et notandum quod antequam loquela et inquisitio bastardiæ transmittatur ad curiam christianitatis, oportebit quod visus fiat de terra quæ petitur, quia cum per inquisitionem sic factam tota causa decidatur, et nihil supersit[9] post inquisitionem nisi[10] iudicium reddendum in curia domini regis, præpostere ageretur si tunc primo[11] visus peteretur. Et ideo necesse est quod prius fiat visus, ut iustitiarius de re certa certum dare possit iudicium. Et cum remissa fuerit inquisitio ab

[63] cui, OA, MG. [64] habet, OA, OB, MA, MB, CM. [65] legitimatione, OA, OC, MG, CE, CM. [66] modum, OC, CE, CM. [67] legitimationis et, OA, MG, CM (om. et). [68] cadit, OA, OC, CE, CM. [69] Om., OC, CE, CM. [70] habet, OA, OB, MA, MB, Y. [71] tenentem, OA, MG, MB, MC, LA, CM. [72] et, OA, MG. [73] autem, OB, MA, MB. [74-75] modo consueto, OA, MG; i.c.l.m.c., V. [76] quia, V, OA, MG, MB.

[1] Om., OA, MG. [2] sub, V, OB, MA, MB. [3] debuerit, OC, MG, CE, CM. [4] Om., OB, MB; in, MA. [5] Om., OA, OC, MG, CE, LA. [6] respondere, OA, MG. [7-8] eadem p. esse, OA, MG. [9] super hiis sit, OB, MA, MB. [10] nisi post, MC, LA. [11] Om., OA, MG; post, OC, CE, CM.

ordinario domino[12] regi,[13] non erit ulterius aliqua[14] exceptio opponenda pro qua minus procedat[15] iudicium.

Forma brevis.

Henricus[16] dei gratia[17] venerabili patri in[18] Christo[19] A. eadem[20] gratia[21] Londoniensi episcopo salutem. Sciatis quod cum A. in curia nostra coram nobis vel coram iustitiariis[22] nostris[23] peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa, idem B. venit in eadem curia[24] coram etcetera et obiecit eidem A. quod nullum ius habuit in terra illa eo quod bastardus est, quia natus antequam talis pater ipsius[25] A.[26] desponsasset[27] matrem ipsius A. Et ideo vobis mandamus quod convocatis coram vobis convocandis rei veritatem diligenter inde[28] inquiratis, videlicet utrum prædictus A. natus fuit antequam prædictus talis desponsasset[29] talem matrem ipsius A. vel post. Et inquisitionem quam inde feceritis[30] scire faciatis[31] nobis vel iustitiariis nostris talibus per litteras vestras patentes. Teste etcetera. Et cum in voluntate regis sit transmittendi huiusmodi inquisitionem ad curiam christianitatis vel non, non[32] dicatur in brevi, et quoniam[33] huiusmodi cognitio pertinet ad forum ecclesiasticum <sicut in aliis casibus sequentibus ubi pertinet ad forum ecclesiasticum> et[34] non ad forum seculare,[35] et[36] in hoc casu cum a tenente proponatur exceptio bastardiæ versus petentem, oportet[37] quod petens sequatur et probet se legitimum replicando contra exceptionem bastardiæ. Item[38] aliud breve de eadem materia.[39]

Oportet quod ille cui opponitur bastardia probet se esse legitimum.

Henricus[40] dei gratia etcetera, venerabili etcetera vel[41] tali officiali salutem.[42] Sciatis quod cum[43] A. de N. in curia nostra[44] etcetera, peteret versus B. et C. uxorem eius tantam terram cum pertinentiis in tali villa, per assisam mortis antecessoris inde ibi inter eos summonitam, et prædicta C. diceret se esse[45] propinquiorem heredem D. de cuius morte A. tulit assisam illam, idem A. obiecit eidem C. quod nullum ius habere[46] potuit[47] in terra illa eo quod bastarda est, quia nata antequam pater suus desponsasset matrem suam. Et ideo vobis mandamus etcetera ut supra. Et in hoc casu

[12-13] domini regis, OC, MG, CE, CM, LA, MB. [14] Om., OB, MA, MB. [15] procedatur, OA, MG. [16-17] Rex etc., MG, OA (om. etc). [18-19] Om., OA, MG. [20-21] Om., OA, MG. [22-23] etc., OA, MG. [24] c. nostra, OA, OC, MG, CE, OB, MB. [25-26] suus, OA, MG. [27] *sic* (des-, dis-), MC, LA, OA, OC, MG, CE, CM; de(i)sponsavit, OB, MA, MB, Y. [28] Om., OA, MG, CM, MA. [29] desponsavit, OB, MA, MB. [30] feceris, V, OA, OC, MG, CE. [31] facias, V; fac., OA, OC, MG, CE, MA. [32] Om., OA, MG. [33] quam, OB, MB; quod, MA; quia, CM. [34] sicut in aliis casibus sequentibus, MC, LA. [35] secularem, OB, OC, MB, CE, Y. [36] Om., OB, MA, MB, Y. [37] oportebit, V, OB, MA, MB. [38-39] Om., OA, MG, CM; item aliud breve, OB; aliud breve, OC, CE; *rubrica*, MA. [40-41] Rex etc., OA, MG. [42] etc. OA, MG. [43] Om., OB, MA, MB. [44] n. coram, MA, Y; n. etc. coram, OB, MB. [45] Om., OA, MG. [46-47] habuit, MC, LA.

quia petens opponit exceptionem bastardiæ versus C. quæ[48] tenet replicando contra eam, quæ dicit se esse legitimam et heredem et[49] in seisina esse excipiendo, oportebit petentem probare bastardiam replicando illam esse bastardam. Et quod dictum est supra de bastardia eius qui natus est ante sponsalia, idem dici poterit de eo qui natus est post mortem antecessoris sui per tantum tempus quod non possit esse verisimile[50] quod possit esse[51] filius et heres. Item aliud breve consimile[52] de eodem contra f. 419b] tenentem masculum vel feminam qui natus est de illegitimo[53] matrimonio sicut de adultera, scilicet ubi quis duas habuit[54] uxores, unam videlicet de iure et aliam de facto, et ille partus qui de illegitimo[55] fuerit in seisina: et huiusmodi cognitio pertinet ad forum ecclesiasticum et non ad forum seculare.[56]

Breve quando opponitur ei bastardia qui est in seisina.

Rex tali[57] episcopo salutem. Sciatis quod cum A. peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius suum, et[58] idem B. veniret[59] in eadem curia et diceret[60] quod fuit in seisina de[61] eadem terra sicut de illa quæ ei hereditarie descendit de quodam C. patre suo, cuius heres ipse est ut dicit, idem A. obiecit eidem B. in curia nostra quod nihil iuris habere poterit in terra illa quia bastardus est et natus de adultera, asserens se esse filium legitimum ipsius C. et heredem, et quoniam huiusmodi cognitio ad forum pertinet ecclesiasticum, vobis mandamus quod convocatis convocandis etcetera ut[62] supra.[63] Est etiam alia exceptio bastardiæ quæ ad curiam christianitatis transmittenda est[64] et non terminanda in curia regia,[65] sive proponatur a petente tenenti vel a tenente petenti, adiecta tali causa quod pater talis numquam desponsavit matrem talis petentis vel tenentis, et tunc fiat tale breve.

Quod pater numquam desponsavit matrem talis.

Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod cum A. in curia nostra coram etcetera peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius suum, idem B. venit in eadem curia[66] et dixit quod prædictus A. nihil iuris clamare potuit[67] in terra illa quia bastardus est, eo quod C. pater suus cuius heredem se facit numquam desponsavit[68] matrem suam. Et quoniam huiusmodi cognitio de tali bastardia obiecta ad forum pertinet ecclesiasticum, vobis mandamus quod convocatis convocandis coram vobis etcetera

[48] qui, OC, CE, MG, MA, MC. [49] Om., OA, MG, MC, LA. [50-51] Om., OB, MA, MB. [52] et c., MC, LA, Y; simile, OB, MA, MB. [53] non legitimo, OA, MG. [54] habuerit, OC, CE, CM, MB. [55] legitimo, OB, MA, MB, Y. [56] secularem, OB, OC, CE, CM, MB, Y. [57] Om., OA, MG. [58] Om., OC, CE, CM. [59] venit, OA, MG, MC, LA. [60] dicebat, OA, MG. [61] in, OA, MG. [62-63] Om., MC, LA. [64] Om., MA, OA. [65] R. (= regis?), OC, CE, CM. [66] c. nostra, OA, MG. [67] poterit, OA, OC, MG, CE, CM. [68] d. D., OC, CE, CM, MC, LA.

ut[69] supra.[70] Item si quis crediderit alium esse bastardum eo quod natus fuerit[71] tempore interdicti, adhibita solemnitate quæ tunc potuit adhiberi, sive in facie ecclesiæ solemnitas adhibita fuerit sive non, talis cognitio transmittenda est ad forum ecclesiasticum per tale breve.

Breve quod natus ante matrimonium.

Rex tali episcopo salutem. Sciatis quod cum A. in curia nostra etcetera peteret versus B. tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius suum, idem B. venit in eadem curia et obiecit eidem A. quod nihil iuris habuit in terra illa quia bastardus est, eo quod natus fuit per tantum tempus ante matrimonium solemniter contractum in facie ecclesiæ inter talem patrem ipsius A. et talem[72] matrem ipsius A.,[73] responsum fuit a prædicto A. quod legitimus est et natus post matrimonium contractum inter patrem et matrem suam tempore[74] interdicti, adhibita omni solemnitate quæ tunc potuit adhiberi. Et quoniam huiusmodi cognitio etcetera[75] ut supra.

Cum loquela transmissa fuerit ad curiam christianitatis, remaneat placitum in curia regis donec veniat inquisitio.

Cum autem loquela et huiusmodi inquisitio transmissa fuerit ad curiam christianitatis,[76] remanebit placitum in curia domini regis sine die quousque venerit[77] inquisitio ad curiam, postquam discussum fuerit de bastardia in curia christianitatis.[78]

De officio ordinarii.

Officium vero ordinarii erit[79] quod convocatis partibus, in earum[80] præsentia si interesse voluerint[81] fiat diligens et summaria inquisitio secundum formam brevis, et si sponsalia vel matrimonium[82] sint[83] vel omnino nullum, vel si matrimonium tamen illegitimum, videndum igitur erit de[84] matrimonio[85] de quo supra dictum est in tractatu, quis heres sit legitimus, et ubi dicitur quod heres legitimus est quem iustæ nuptiæ demonstrant, sive clandestinum fuerit matrimonium sive publicum, sive per verba de præ- f. 420] senti sive per[86] verba[1] de futuro, sive sub condicione contractum, dum tamen dissolvi non possit[2] nec in vita contrahentium fuerit dissolutum, cum sponsalia sive matrimonium sit coniunctio maris et feminæ individuam vitæ retinens consuetudinem. Et per hoc de facili perpendi poterit quis legitimus fuerit et quis bastardus. Cum autem iudex ecclesiasticus inquisitionem fecerit, non erit ab eo appellandum ab aliquo, nec

[69-70] Om., MC, LA. [71] fuit, OB, MA, MB, MG, Y. [72] Om., OA, MG. [73] E., MC, LA; B., OA; D., MG. [74] temporis, OA, MG. [75] Om., OB, MA, V. [76] christianam, MC, LA, OA; -ani, MG. [77] veniat, OA, MG. [78] christiana, LA, MC (-nam); -ani, MG; christian., MSS. var. [79] est, MA, MB. [80] eorum, MC, LA, OA, OC, MG, CE; ea, OB. [81] voluerunt, MC, LA. [82] matrimonialia, MC, LA. [83] fuit, OB, MA, MB, OC, CE; sicut, MC. [84-85] Om., OB, MA, MB. [86] Om., OA, MG.

[1] Om., OA, MG. [2] poterit, OA, MG.

a petente nec a tenente: a petente non ex quo talem iurisdictionem et talem iudicem eligit, a tenente non quia sic posset causam[3] in infinitum protrahere de iudice in iudicem usque ad papam, et sic posset papa de laico feodo indirecte cognoscere. Item quia tantum operatur tenentis absentia quam præsentia, sed a[4] delegato et[5] ab officiali si dicantur errasse vel collusionem fecisse appellari[6] poterit[7] usque[8] ad episcopum vel alium ordinarium, quia ordinarius errorem talium et sententiam poterit revocare et corrigere, licet non possit[9] proprium nisi cum[10] difficultate. Facta igitur inquisitione secundum quod prædictum est cum[11] pars sequens venerit ad curiam cum inquisitione, statim resummoneatur[12] loquela quæ remansit sine die, et summoneatur tenens per hoc breve.

Facta inquisitione statim resummoneatur loquela per hoc breve.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores B. tenentem[13] quod sit coram iustitiariis nostris apud talem locum auditurus recordum et iudicium suum[14] de loquela[15] quæ fuit in eadem curia nostra coram etcetera, inter A. petentem et eundem B. tenentem de tanta[16] terra[17] cum pertinentiis in tali villa, quam idem A. in eadem curia nostra clamavit[18] ut ius suum versus eundem B., et unde idem B. dixit quod prædictus A. nullum ius habuit in terra illa eo quod bastardus fuit, quia pater suus numquam desponsavit matrem suam, vel alia tali[19] de causa. Et unde inquisitio bastardiæ transmissa fuit ad curiam christianitatis.[20] Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera.

Quod ad diem summonitionis poterit essoniari summonitus si voluerit.

Ad primum vero[21] diem resummonitionis[22] bene poterunt[23] se essoniare tam petens quam tenens si voluerint, simul vel vicissim quousque habuerint[24] essonium. Si autem ad primum diem vel post essonium tenens defaltam fecerit post resummonitionem cum summonitione præventus fuerit,[25] statim testata summonitione capiatur terra in manum[26] domini regis per[27] defaltam[28] per parvum cape, et tenens ipse[29] summoneatur quod sit ad alium diem auditurus inde[30] iudicium suum. Et ad quem diem sive venerit sive non, amittet seisinam suam per[31] defaltam sive inquisitio

[3] Om., OB, MA, MB. [4] Om., OB, MA, MB, OA, MG, Y. [5] vel, OA, MG. [6] appellare, MSS. var. [7] potest, V, OB, MA, MB, Y. [8] Om., V, OB, MA, MB, Y. [9] posset, LA, MG; poterat, OA. [10] cum de, MC, LA. [11] et, OA, MG. [12] summoneatur, V, OB, MA, MB. [13] t. scilicet, MC, LA, OA, MG, Y, [14] Om., OB, MA, MB. [15] l. sua, OA, OC, MG, CE; l. illa, MB. [16-17] tanto terræ, OA, MG. [18] clamat, V, MA; clam., MSS. var. [19] eadem, MC, LA. [20] christianam, MC, LA, OA; -ani, MG. [21] Om., OA, MG. [22] summonitionis, OB, MA, MB, OC, CE. [23] poterit, OA, OC, MG, CE. [24] quilibet habuerit, OA, MG; habuerunt, MC, LA; fuerit, CE, OC(-int). [25] sit, V, OB, MB. [26] manu, OC, MG, CE. [27] propter, OA, MG; pro, MA, CM. [28] defectu, MA; defectum, OB, MB; def., CM. [29] ille, V, OB, MA, MB. [30] Om., OA, OB, MA, MB. [31] propter, OA, MG.

fecerit pro eo sive contra ipsum, nisi docere[32] possit rationem sufficientem quare non venerit. Si autem summonitione præventus non fuerit, sed malitiose ante resummonitionem pendente inquisitione se[33] transtulerit[34] ad partes transmarinas[35] extra regnum,[36] ita quod sequi noluerit nec interesse inquisitioni cum[37] episcopus vel[38] ordinarius hoc iustitiariis mandaverit, nihilominus faciant eum[39] iustitiarii summoneri[40] ac si in regno esset, quod sit auditurus recordum et iudicium suum ut supra. Et ita procedant quousque talis amiserit per defaltam. Ut de itinere Martini de Pateshilla comitatu Norfolciæ de Henrico de la Stoke.

Quis sit effectus legitimationis cum probata fuerit.

Effectus vero legitimationis probatæ hic[41] est, quod cum semel probata fuerit et iudicium pro tali reddatur[42] in curia regis[43] semper quoad omnes legitimus erit, nisi in probatione intervenerit fraus. Non erit itaque ad curiam[44] transmittendus obiecta ab aliquo tali exceptione, quia si ad diversos mitteretur episcopos, possent curiæ regiæ[45] contraria vel diversa f. 420b] rescribere. Sed fraudulenter posset fieri inquisitio hoc modo, ut si quis plures terras et[46] amplas hereditates peteret a diversis, procurare[47] possit[48] petens per fraudem[49] quod ab[50] aliquo[51] ipsorum ei opponeretur bastardia, et ita pacisci[52] cum eo ne quid diceret in testes et testificata, et sic fraudulenter probare possit legitimitatem[53] et sic obtinere[54] versus omnes, quod quidem esset iniquum. Item esto quod quis cum legitimationem suam probaverit coram quibuscumque iudicibus, antequam[55] ad curiam venerit cum inquisitione moriatur, si talis[56] heredes habuerit de carne sua procreatos, tales habendi sunt pro legitimis et aliis præferendi in successione, et[57] ex tali inquisitione erit iudicium reddendum pro herede quod pro antecessore redderetur si viveret, quia[58] legitimitas antecessoris probata extenditur ad heredes quoad omnia,[59] videlicet[60] successiones,[61] ordines et dignitates. Et notandum quod post mortem non valet talis exceptio proposita contra eum qui mortuus est, cum ad exceptionem talem respondere non

[32] dicere, OA, MG. [33-34] Om., OA, OC, CE, MG, CM, MC, LA. [35] t. contumaciter absentaverit, OA, MG. [36] r. se transtulit, MC; r. amoverit, CM. [37] si, MC, LA. [38] Om., OA, MG. [39] Om., OB, MA, MB, OC, CE. [40] resummoneri, OA, MG. [41] Om., OA, MG. [42] recordetur, OA, MG. [43] domini r., OA, MG. [44] plures curias, V; cur., MSS. gen.; c. christianitatis, V, MA. [45] R. (= regis?), MSS. var. [46] vel V, OB, MA, MB, Y. [47] procurationibus, OA; procurator., OC, CE; om., MG. [48] posset, Y, OA, MG; poterit, OB, MA, MB. [49] f. facere, OA, MG. [50-51] per aliquem, MC, LA. [52] pacificasse, OA, MG; pascisti, OB, MB(-tis); om., CM. [53] legitimationem, V, MA. [54] opponere, OB, MA, MB, Y. [55] et a., OA, OC, MG, CE. [56] tales, MC, LA, OC, MG, CE. [57] Om., OA, OB, MA, MB, MG. [58] quod, OC, CE; om., OA, MG. [59] omnes, OA, MB, MG. [60-61] successores, OA, MG.

possit.[62] Inquiri tamen poterit[63] per patriam utrum talis fuerit[64] necne, secundum quod inquiri poterit utrum quis libere tenuerit vel in villenagio, licet de statu talis inquiri non possit post mortem: ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto incipiente septimo.

Exceptio competens ex persona petentis si fuerit non sanæ mentis, id est furiosus.

Competit etiam tenenti exceptio peremptoria ex persona petentis si petens furiosus fuerit vel non sanæ mentis quod discernere nesciat, vel quod[65] omnino nullam habeat discretionem. Tales enim non multum distant a brutis quæ ratione carent, nec valere debet quod cum talibus agitur durante furore. Possunt enim quidam aliquando[66] dilucidis gaudere intervallis, et quidam[67] habent furorem perpetuum. Quod autem actum fuerit cum[68] talibus tempore quo dilucidis gaudeant intervallis ratum erit ac si cum aliis ageretur, sive furorem simulaverint sive non. Adquirere quidem[69] non poterunt in[70] ipso furore vel non cum fuerint[71] sane mentis aliqui,[72] quia[73] consentire non possunt nec adquisita alienare vel dare, quia alienationi[74] non magis consentire possunt quam adquisitioni,[75] sed seisinam retinent, quia animum mutare non possunt quem[76] adquirendo cum[77] essent sanæ mentis habuerunt.[78] Et furor superveniens nihil adimit non magis quam morbus incurabilis sicut lepra, secundum quod dicitur quod multa impediunt contrahendum[79] quæ non dirimunt contractum,[80] et ita sunt multa quæ impediunt promovendum[81] quæ non deiciunt[82] iam promotum. Et talibus de necessitate dandus est tutor vel curator. Sed quid dicendum erit de fatuo? Fatuus quidem adquirere poterit: non tamen in aliquo discretionem habeat.[83] Et talibus similiter datur curator, nisi autem expresse renuntiaverit, quia contra voluntatem expressam non adquirit: sicut contigit[84] coram ipso rege et fratre et herede Herberti filii Petri, qui publice renuntiavit hereditati[85] et ita quod successit ei Reginaldus frater
f. 421] iunior.[86] Si autem ita[87] fatuus[88] fuerit quod nihil sciat discernere

[62] posset, V, MA. [63] potest, MSS. var. [64] fuit, OC, MG, CE, MC, LA. [65] Om., OB, MA, MB, CE; quia, CM; om., LA. [66] Om., V, OB, MA, MB, Y. [67] quidem, LA; quid., OC, MG, CM. [68] de, OA, MG. [69] autem, MC, LA. [70] cum, OA, OC, MG, CE. [71] fuerit, OC, CE, LA. [72] aliquando, OC, CE, MB. [73] qui, OA, MA, CM, MG; quod, MB. [74] alienationem, LA, MB; ad alienationem, MC, OC, CE. [75] adquisitionem, MSS. var.; ad -onem, OC, CE. [76] quod, OA, MG; quo, OC, CE; quoniam, MC, LA. [77] dum, V, OB, MA, MB. [78] non h., OC, CE; habuerint, OB, MA, MB, CM, Y. [79] matrimonium c., OA, MG; contrahendo, OA; -di, MA; contra heredem, OC, CE. [80] iam c., OA, MG. [81] promotionem, OA, MG. [82] dirimunt, OA, MG. [83] habet, V, OB, MA, MB. [84] contingit, OA, CM; om., OC, CE. [85] hereditatem, OC, MG, CE. [86] minor, OA, MG, OB, MA, MB. [87] Om., OA, OC, MG, CE, LA. [88] factus, OA, OC, MG, CE, CM, MC, LA.

inter tenementa neque inter iura, talis numquam adquirit quia non consentit. Sed discussio huiusmodi exceptionis discretioni iudicis relinquetur.[1]

Item exceptio ex persona petentis si fuerit surdus et[2] mutus naturaliter.

COMPETIT etiam tenenti[3] exceptio peremptoria ex persona petentis propter defectum naturæ, ut si quis fuerit surdus et[4] mutus naturaliter, scilicet[5] quod omnino loqui non possit nec audire, non autem si tarde audiat vel loqui fuerit aliquantulum impeditus. Et talis cum naturaliter surdus fuerit et mutus adquirere non potest, quia non potest consentire quia verba stipulantis audire non potest omnino: et cum omnino audire non possit nec omnino loqui, voluntatem et consensum exprimere non potest neque verbis neque signis. Naturaliter dico, hoc est a nativitate, sicut dicitur de cæco qui cæcus fuit a nativitate, quia si hoc alicui evenerit a casu inquirendum erit[6] qualis fuerit ante huiusmodi infortunium, quia si loqui potuit ab initio et audire et consentire per se et per procuratorem adquirit et adquisita retinet. Sed tamen de facili non transfert ad alium adquisita. Sed cum surdus et mutus naturaliter adquirere non possit, per officium iudicis invenienda sunt ei necessaria quoad[7] vixerit[8] pro qualitate personæ et hereditatis quantitate si heres esse debuit, et si semel auctoritate curatoris adquisierit, si fuerit inde[9] eiectus,[10] recuperabit per assisam sicut minor.

Exceptio propter morbum incurabilem sicut de leproso.

DATUR etiam exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria propter morbum petentis incurabilem et corporis deformitatem, ut si petens leprosus fuerit et tam deformis quod aspectus[11] eum sustinere non possit, et ita quod[12] a communione gentium sit separatus, talis quidem placitare non potest neque hereditatem petere: ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici undecimo comitatu Herefordiæ, de Agnete quæ fuit uxor Iohannis de Westwike petentem dotem.[13] Huiusmodi vero morbus repellit petentem ab agendo, sed hereditatem iam habitam non adimit morbus superveniens sed habendam.[14]

Item datur exceptio ex cognitione ubi quis cognovit se esse villanum in curia.

DATUR etiam[15] exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria per confessionem et cognitionem petentis, sive liber sit sive servus. Ut si quis in curia domini regis semel se cognoverit esse villanum, licet liber sit semper

[1] relinquatur, V, MA, MC, CM; -itur, OA, MG. [2] vel, OA, OC, MG, CE, MA. [3] petenti, OA, MG; om., OB, MA, MB. [4] vel, MA, MB, OC, CE. [5] secundum, OC, CE, CM; om., MG. [6] est, OA; om., MC, LA, MG, CM. [7-8] quo advixerit, MSS. var. [9-10] mutus, OA, MG. [11] a. eius, OA, MA. [12] Om., OB, MA, MB. [13] dotem eius, V, OA, MG. [14] habenda, MG, CM; habend., MSS. var. [15] Om., OB, MB, MG.

obstabit ei exceptio villenagii, ut supra in pluribus locis: et similiter in[16] itinere Martini de Pateshilla de loquelis[17] quæ fuerunt[18] super iudicium in diversis comitatibus anno regis Henrici tertio comitatu[19] Dorsetiæ,[20] de Hamelino filio Radulfi.

Item ex crimine si convictus fuerit de felonia vel aliquis antecessorum.

Datur etiam exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria ex crimine et delicto petentis, de quo per iudicium fuerit[21] convictus ut[22] utlagatus, vel[23] si terram abiuraverit et postea per regem fuerit restitutus ad pacem, et quæ eodem modo competit tenenti ex persona antecessorum petentis sicut ex persona sua propria, ita quod hereditas vel tenementum petitum descendere[24] non possit ad petentem,[25] ut si ipse petens feloniam fecerit,[26] pater vel frater, mater vel soror, a quo vel per quem ius descendere deberet ad petentem. Refert tamen qualiter quis fuerit utlagatus et qualiter restitutus, et utrum utlagatus fuerit per legem terræ vel contra legem terræ et[27] per voluntatem. Et contra istam exceptionem respondere poterit petens multis modis quod non[28] secundum legem terræ. Item quod non in loco debito sicut in comitatu. Item quod non interrogatus de comitatu in comitatum, sed in mercatis et in[29] aliis publicis locis clamatus utlagatus per breve domini regis et per solam voluntatem domini regis, ordine iuris non observato: ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quinto decimo comitatu Salopiæ, de Fulcone[30] filio Warini. Et qualiter et quando talis exceptio valere debet videri poterit supra[31] de placitis[32]
f. 421b] coronæ de utlagatione utlagatorum et eorum inlagatione,[33] et ad quæ restituantur et ad quæ non.

Item per[34] mortem civilem si quis se contulerit religioni quod habitum susceperit professionis.

Competit etiam[35] exceptio tenenti ex persona petentis peremptoria propter mortem civilem, ut si quis se religioni contulerit et postmodum ad sæculum reversus[36] agere velit et hereditatem petere, non audietur, cum semel quis se religioni contulerit renuntiat omnibus quæ sæculi sunt, habita tamen[37] distinctione utrum habitum probationis tantum susceperit vel habitum professionis. Et cum sic obiecta fuerit talis exceptio, inquisitio curiæ christianitatis demandabitur facienda cum contra talem excep-

[16] de, V, OB, CM. [17] loquela, V, OA, MB. [18] fuit, OA, MB; fuerit, V. [19] in c., V, OC, CE. [20] Essex., OC, CE; Dorcestr., MB; ut, OA. [21] fuit, V, OB, MA, MB. [22] *sic*, OB, MA, MC, MG, CM, LA; et, OC, CE, MB; om., OA. [23] ut, OB, MA. [24] retinere, OA, MG. [25] pacem, OA, MG. [26] fecit, V, OB, MB; om., MA. [27] Om., OA, OC, MG, CE, CM. [28] non est, V, OB, MB. [29] Om., MSS. var. [30] Falcone, Fulcono, Fulc(g)an., MSS. var. [31] Om., V, OB, MA, MB; scilicet, MG. [32] placito, MSS. var. [33] utlagatione, OA, OC, MG, CE. [34] propter, OA, OC, MG, CE. [35] Om., V, OB, MA. [36] Om., OB, MA, MB. [37] Om., OA, OB, MG.

tionem fuerit replicatum, et secundum illam inquisitionem in foro seculari erit iudicandum, sicut contigit[38] de Willelmo Burdun[39] de Deseburgh[40] qui uxorem duxit quandam postquam effecta fuit monialis. Est[41] etiam mors civilis in servo in[42] servitute sub potestate domini constituto. Huiusmodi vero servitus mortalitati comparatur quia fuit aliquando in manu domini[43] vita et mors, sed non modo propter severitatem dominorum sed in manu domini regis. Sed cum tales[44] potestatem domini sui effugerint[45] quasi resuscitati[46] ad vitam aliquantulum respirant,[47] secundum quod superius perpendi poterit de exceptione servitutis.

De exceptionibus quæ competunt ex persona petentis et quæ dilatoriæ sunt sicut de minori ætate.

Dictum est in proximo superius de exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona petentis[48] et quæ peremptoriæ sunt et perpetuæ. Nunc autem dicendum est de exceptionibus quæ competunt eidem ex persona eiusdem quæ dilatoriæ sunt et temporales. Et imprimis de illa quæ petenti[49] opponitur qui[50] ante tempus agere non potest eo quod est minor et infra ætatem, maxime in causa proprietatis, nec etiam conveniri, qua obiecta si constiterit ipsum esse minorem differtur[51] actio quousque maior effectus fuerit: sed non cadit breve, sed resummoneatur loquela cum pervenerit ad ætatem, nisi forte talis sit actio ad quam infra ætatem respondere teneatur. Et quoniam diversæ sunt ætates et diversimode iudicandæ secundum diversitatem actionum, personarum et tenementorum, ideo de ætatibus qualiter inter[52] se differant[53] videamus. Sed de hac materia et differentia ætatum dicitur in parte supra in tractatu de custodia minorum qui esse debent sub custodia et cura dominorum et per quantum tempus. Sed quoniam minor quandoque infra ætatem minorem agere poterit et convenire maiorem,[54] et quandoque cum fuerit in seisina respondere tenetur infra ætatem in quibusdam[55] tam minori quam maiori, in quibusdam[56] autem[57] nec maiori nec minori ante plenam ætatem, videndum imprimis in quibus casibus infra ætatem agere possit et petere et quæ et qua actione.
f. 422] Et sciendum quod in omni ætate petere poterit[1] seisinam propriam si fuerit disseisitus per assisam novæ disseisinæ, quandocumque[2] et qualitercumque fuerit disseisitus. Item seisinam antecessorum cuiuscum-

[38] contingit, OA, OC, MG, CE, CM. [39] Burdon, Burdon., Bord., Bordon., MSS. var. [40] Desewode, Seckebrug., de Sobug., Desseburg., MSS. var. [41] et, OA, MB. [42] et, OA, MG; et in, OC, CE. [43] d. regis, OB, MA, MB, CM. [44] talis, OA, OC, MG, CE. [45] effugerit, OA, OC, CE; om., MG. [46] restituti, MA, MB. [47] respirat, OA, MG. [48] tenentis, OA, OC, MG, CE. [49-50] competit minori quia, OA, MG. [51] differetur, OA, OC, MG, CE. [52-53] in se differunt, OA, MG. [54] Om., OB, MA, MB. [55] quibus, OC, CE, MG (q. casibus). [56] quibus, OB, MC. [57] casibus, OA; vero, MC; om., MG.

[1] possit, OA, MG. [2] quantumcumque, OA, MG, LA; quandoque, OC, CE.

que per assisam mortis antecessoris, sed cum ita recuperaverit non respondebit inde[3] ante plenam ætatem ad aliquod breve impetratum super possessione vel super[4] proprietate. Sed liberum socagium petere non poterit ante tempus de seisina antecessorum[5] per[6] breve de recto ante ætatem quatuordecim annorum, non magis quam feodum militare antequam effectus fuerit ætatis viginti et unius anni,[7] hoc est antequam impleverit vicensimum primum annum[8] et vicensimum secundum[9] attigerit. Et cum sic per breve de recto seisinam recuperaverit de socagio, inde non respondebit ante plenam ætatem nec de feodo militari nec minori nec maiori. Item nec feodum militare petere poterit ante tempus præfinitum, sed tunc cum recuperaverit per breve de recto et cum maior effectus fuerit, respondebit inde cuilibet maiori cum fuerit implacitatus, minori tamen non nisi in causa possessionis. Sed esto quod ipse minor vel custos suus alienaverit, quæritur an minor possit ante ætatem revocare factum proprium vel custodis. Videtur quod factum proprium revocare non possit ante ætatem, quia cum ad ætatem pervenerit ratificare poterit donum suum et facere validum quod ab initio non valuit. Eodem modo nec factum custodis sui cum alienatio illa non multum noceat minori ante ætatem, et tunc recuperare suum habebit per breve de ingressu, nisi sit qui dicat quod facta alienatione statim possit[10] minor per assisam novæ disseisinæ infra ætatem sibi providere. Si autem plures sint minores qui in causa possessionis petant unicam rem versus eundem maiorem, non possunt simul agere nec simul recuperare, sed semper de ultima seisina erit iudicandum, ut supra in[11] tractatu de assisa mortis antecessoris plenius.

De quibus minor infra ætatem debeat respondere et de quibus non.

Cum autem minor fuerit in seisina videndum de quibus infra ætatem teneatur respondere et in[12] quibus non. Et sciendum quod respondere tenetur non obstante ætate maiori in omni casu tam super proprietate quam[13] possessione, et minori in causa possessionis si fuerit feoffatus in minori ætate, et fere omnia habebit remedia in exceptionibus et essoniis tam de malo veniendi quam de malo lecti et in waranti vocatione, præterquam in hoc quod attornatum facere non poterit.[14] Et si hoc sequitur[15] quod essonium de malo lecti habere non poterit, ut si languor ei fuerit adiudicatus et post languorem venire non possit,[16] responsalem pro eo mittere non[17] poterit non magis quam facere[18] attornatum. Respondebit etiam in minori

[3] Om., OA, MG, CM. [4] Om., OA, MG, V. [5] *sic*, OB, MB, MG; -oris, V, MC; antecess., MSS. gen. [6] sed per, OA, MG. [7] *sic*, MA, MC, LA, CM, OC, CE; annum, MB; an., MSS. var. [8] anni, OC, CE; om., OB, MA, MB. [9] xxii annum, OA, MG. [10] posset, OA, MB, MG. [11] de, OA, MG. [12] de, V, OC, CE. [13] q. super, V, CM. [14] possit, V; potest, OA, MG. [15] sequeretur, OA, MG. [16-17] Om., OB, MA, MB. [18] Om., OA, MG.

ætate de facto suo et iniuria[19] sua propria tam in causa criminali quam civili, dum tamen civiliter agatur: ut si minor disseisinam fecerit ad assisam novæ disseisinæ respondebit. Respondebit[20] etiam[21] non obstante ætate mulieri dotem petenti propter favorem dotis. Fallit tamen in casu speciali,[22] scilicet ubi avus[23] alicuius minoris dotavit uxorem suam et ipsa mortuo viro suo dotem non petiit per longum tempus, < ut probatur de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quinto decimo incipiente[24] sexto decimo[25] comitatu Essexiæ, de Alicia[26] quæ fuit uxor Lucæ Brokeheved.[27] Ad idem facit in[28] rotulo[29] de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto decimo incipiente septimo decimo comitatu Suffolciæ, de Iuliana quæ fuit uxor Alani de Giselham> scilicet decem,[30] viginti vel triginta annos[31] in vita heredis viri sui, et mortuo herede illo ante assignatione dotis, herede suo infra ætatem relicto, si mulier tunc petere[32] poterit[33] ex causa dotis, talis heres ei non[34] respondebit ante ætatem suam, sed obstabit ei exceptio minoris ætatis usque ad ætatem heredis, et eo quod per tantum tempus tacuit, præsumi potuit[35] quod inter ipsam et antecessorem heredis intervenit pactum de non petendo, vel quod remisit huius-
f. 422b] modi.[36] Item respondebit infra ætatem aliquando si res tangat ipsum regem, quod[37] infra ætatem inquiri poterit, salvo iure minoris et salvo iure cuiuslibet, utrum antecessor heredis qui rem tenuerit obiit inde seisitus ut de feodo vel non, sicut de Willelmo Longespeye[38] comite Sarum[39] et Ela[40] uxore eius quæ fuit infra ætatem, et ubi facta fuit inquisitio de castro Sarum[41] coram Simone de Pateshilla et sociis suis,[42] utrum castrum illud cum comitatu pertineret[43] ad regem Iohannem[44] vel ad prædictum Willelmum ratione Elæ uxoris eius,[45] et ubi rex Henricus postmodum retinuit per[46] prædictam inquisitionem. Item respondebit minor ad finem factum non obstante ætate si implacitetur. Si autem alius fuerit implacitatus et per finem factum minorem[47] vocaverit ad warantum, in placito warantiæ respondebit propter finem,[48] sed cum warantizaverit[49] petenti non respondebit in principali placito ante ætatem. Item infra ætatem

[19] in i., OB, MA; in curia, OC, CE. [20] Om., OA, OC, MG, CE, CM, MA. [21] et, OA, OC, MG, CE. [22] spirituali, OC, MG, CE. [23] antecessor, OA, OC, MG, CE; amicus, MB. [24-25] Om., OA, MG. [26] Elicia, MC, LA. [27] Rokhaved., Roch., Brokehaved., MSS. var. [28-29] Om., OA, MG. [30-31] per xx annos vel xxx, OA, MG. [32-33] petat, OA, MG. [34] non ita, V, OA, MG. [35] poterit, V, OC, CE; om., CM. [36] et h., V, OC, CE. [37] quia, V; qui, OA, MG. [38] Lungespei(e), La(o)ngespey, Longisphy, MSS. var. [39] *sic*, OB, MA, MB; Sar(isbiriensi?), MC, LA, CM; mar., OC, CE; om., OA, MG. [40] (H)elena, V, OA, MG. [41] Sar., LA; Sarre, MB, OB. [42] eius, V, MG. [43] pertinuerit, OA, OC, MG, CE; pertineat, OB, MB; pertinet, MA, CM. [44] scilicet, V; om., OC, CE. [45] suæ, MC, LA. [46] propter, MG; om., OC, CE, MA. [47] Om., OA, MG. [48] f. factum, OA, OB, MB. [49] warantizavit, MA, MB, OC, CE.

respondebit petenti ad assisam mortis antecessoris et ad alia brevia et ad alia placita, sive res corporales sive iura petantur, de omni de quo antecessor minoris non obiit seisitus in[50] dominico[51] ut de feodo. <Quia vice versa de nullo respondebit de quo antecessor[52] obiit seisitus in dominico suo ut de feodo.> Item si minor in minori ætate amiserit per assisam in placito possessionis per assisam mortis antecessoris, recuperabit maior factus per breve de recto in placito proprietatis. Item infra ætatem respondebit minor tam de facto alieno quam proprio quoad restitutionem, licet non quoad pœnam, si[53] pater vel alius antecessor suus cuius heres ipse fuerit disseisinam fecerit, cum immediate succedat in rem vitiosam, si contra ipsum agatur[54] post mortem antecessoris per breve de ingressu. Item infra ætatem respondebit quandoque ex obligatione antecessorum facta in curia regis[55] et[56] de consilio curiæ, ut si antecessor obligavit se ad respondendum alicui certo die vel heredes suos, sive fuerint[57] plenæ ætatis sive infra ætatem, si de eo humanitus contigerit, sicut de heredibus Iohannis de Monemue[58] versus regem.

Cum minor implacitatus fuerit ante ætatem non debet respondere de aliquo de quo antecessor suus cuius heres ipse est obiit seisitus ut de feodo.[59]

Minor autem[60] cum implacitatus fuerit ante ætatem non respondebit de aliquo de quo antecessor suus[61] cuius heres ipse fuerit obiit seisitus ut de feodo, et quia ut prædictum est quandoque tenetur respondere infra ætatem et quandoque non, ideo sine præiudicio suo fieri poterit inquisitio infra ætatem utrum antecessor seisitus obiit ut de feodo sibi et heredibus suis, vel tantum ad terminum vitæ vel annorum vel ut[62] de vadio vel in custodia vel[63] huiusmodi. Et si forte infra ætatem de huiusmodi artatus fuerit ad respondendum, succurritur ei per tale breve ne respondeat ante ætatem quia status minoris mutari non debet. Et facta sic inquisitione aut remanebit placitum aut[64] procedet.

Breve ne minor respondeat infra ætatem.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod non implacites vel[65] implacitari permittas talem qui est infra ætatem ut dicitur de libero tenemento suo in tali villa, donec idem talis talis[66] sit ætatis quod possit et debeat secundum legem et consuetudinem Angliæ de tenemento respondere. Teste etcetera. Item si aliquis minorem vocaverit ad

[50-51] Om., OB, MB, CM: i.d. suo, MA. [52] a minoris, V, MB. [53] ut si, MC, LA, OA. [54] Om., OB, MA, MB. [55] domini r., V, CM. [56] Om., OB, MA, MB. [57] fuerit, V, OB, OC, CE. [58] Movemue, Movenne, Momento, MSS. var. [59] f. et ideo infra ætatem fieri poterit inquisitio de seisina antecessorum, ut de Willelmo Lungespeye, MC, LA, OA. [60] etiam, MC, LA, OC, CE. [61] Om., OC, CE, CM, OB, MB. [62] Om., OC, CE, CM. [63] et, OB, MA, MB. [64] vel, MC, LA. [65] nec, OA, OC, CE. [66] Om., OC, CE, CM, MA.

f. 423] warantum in comitatu, ne tenens cogatur petenti in principali respondere vel[1] ne ulterius procedat in principali ante ætatem fiat ei tale breve.

Breve ne minor respondeat infra ætatem de libero tenemento suo donec sit talis ætatis etcetera.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod non permittas quod A. implacitet B. de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, unde idem A. trahit ad warantum C. qui est infra ætatem et warantus eius esse debet ut dicit, donec idem C. talis sit ætatis quod possit et debeat secundum consuetudinem Angliæ terram warantizare. Et hoc locum habet si minor in comitatu vocetur ad warantum. Et cum minor respondere non teneatur de aliquo de quo antecessor suus obierit seisitus ut de feodo, a contrario sensu videtur quod respondere debeat de omni de quo antecessor suus non obiit seisitus ut de feodo, facta prius inquisitione sive res corporales petantur sive[2] iura. Seisiri autem poterit quis de re corporali in qua ius habet, sive[3] de iure ad rem vel ad personam pertinente. Et unde si de re corporali agatur[4] et fuerit seisitus anno et die quo fuerit vivus et mortuus, locum habet quod dicitur. Si autem iura sint et[5] in seisina erit[6] anno et die quo moritur, licet non fuerit usus anno et die quo moritur, dum tamen non sit deusus,[7] hoc[8] est quod non[9] amittat per non usum, sicut dici poterit de servitutibus, de pastu pecoris et aliis consimilibus.

Si plures sint coheredes quorum quidam infra ætatem et quidam non.

ITEM[10] cum nullus teneatur[11] respondere ante ætatem plenam, tamen si plures sint unum ius habentes quasi unum corpus, licet[12] plures sint plenæ ætatis et unus vel duo infra, illi qui plenæ ætatis sunt exceptionem dilatoriam habebunt[13] ex persona talium quousque omnes plenam habuerint ætatem, et sic exceptionem consequentur[14] ex personis aliorum, quam ex personis propriis non[15] habebunt. Et quod dicitur de tenente dici poterit de petente, ut si tenens sine participibus suis qui sunt infra ætatem respondere non teneatur, vice versa tenenti[16] a petente[17] sine participibus non debet[18] responderi,[19] ut infra dicetur plenius de participibus.[20]

Item oritur exceptio ratione adiuncti sicut de participe et uxore.

ITEM exceptionem habere poterit quis ratione adiuncti quam[21] ex se ipso

[1] ut, OC, CE; om., OB, MA, MB, CM. [2] seu, OB, MA, MB. [3] seu, OB, MA, MB. [4] agat, OA, MG. [5] Om., MC, LA, CM. [6] fuerit, V, OA, OC, MG, CE; erat, MA; om., CM. [7] inusus, OC, CE; disseisitus, OA, MG. [8-9] Om., OA, MG. [10] Om., OA, MA, MG. [11] tenetur, OA, MG. [12] et, OC, CE; quasi, MG; vel, CM. [13] habent, OB, MA, MB. [14] consequatur, OA, MG; consequetur, OC, CE; consequenter, MA, MB; sequenter, OB; om., CM. [15] unde, OA, MG. [16-17] petenti a tenente, MC, LA, OC, CE, CM; a tenente, MG; om., OA. [18-19] tenetur respondere, OA, MG. [20] p. suis, OA, MG. [21] quod, OA, OC, MG, CE, CM, MC, LA.

habere non poterit, sicut inter virum et uxorem, ut si vir plenæ ætatis existens ducat in uxorem aliquam cum[22] hereditate[23] quæ fuerit infra ætatem, et implacitati fuerint de re[24] uxoria,[25] propter minorem ætatem uxoris[26] remanebit loquela sine die quousque uxor de cuius iure agitur effecta fuerit plenæ ætatis. Si autem vir tenens fuerit infra ætatem et uxor plenæ ætatis, cum implacitati fuerint non remanebit loquela sine die propter minorem[27] ætatem viri, sive nupta fuerit ante impetrationem brevis vel post, quia mulier implacitata de iure suo si propter minorem[28] ætatem viri differre posset iudicium, ita posset quælibet mulier in fraudem nubere viro minori sive participes haberet sive[29] non, quod esset iniquum, et sive hereditas partita esset sive non. Et idem dici posset[30] si qua mulier nuberet villano, cum fraus talibus patrocinari non debeat. Et de hac materia inveniri poterit, scilicet de uxore maioris[31] ætatis[32] et viro[33] minoris, in rotulo de termino Sancti Hillarii apud Westmonasterium anno regis Henrici quinto[34] decimo[35] comitatu[36] Norhamtoniæ,[37] de Willelmo Longespeye minore et Idonea uxore eius maiore.

Si mulier plenæ ætatis cum hereditate nupta fuerit minori vel e converso.

Si autem vir et[38] uxor hereditatem et rem uxoris[39] simul petant, quorum unus eorum[40] sit infra ætatem, si vir plenæ ætatis fuerit et uxor infra, sive ante breve impetratum sive post contraxerint, remanebit loquela sine die usque ad ætatem uxoris quæ fuerit infra ætatem, et hoc si nupserit[41] ante breve impetratum. Si autem post, cadit omnino breve si tenens f. 423b] voluerit, vel differtur[42] actio usque ad ætatem uxoris de cuius iure agitur. Si vero maritus fuerit infra ætatem et uxor fuerit plenæ ætatis, non remanebit loquela propter minorem ætatem viri ut supra si contraxerint ante breve. Si autem minor petat contra minorem[43] vel maior contra minorem[44] vel e converso in causa possessionis, quid[45] fieri debeat satis dictum est supra in[46] tractatu de assisa mortis antecessoris. Si autem in causa proprietatis, nec petens petere poterit nec tenens tenebitur ei respondere sive petens maior fuerit sive minor ante plenam[47] ætatem.

Status minoris mutari non debet nec de tenementis nec de servitiis et consuetudinibus.

Status enim minoris mutari non debet non magis de servitiis et con-

[22-23] quæ h. habuerit et, OA, MG. [24-25] hereditate u. non respondebit, OA, MG. [26] u. suæ sed, OA, MG. [27] maiorem, OA, MG. [28] maiorem, OA, MG. [29] vel, V, CM. [30] possit, Y, OB, MA, OC, CE; poterit, V. [31-33] Om., OA. [32] Om., OC, MG, CE. [34-35] Om., OB, MA, MB. [36-37] Om., OA, MG. [38] Om., OB, MA, MB, Y. [39] uxoriam, MC; uxoris, Y, MG, MM; uxor., MSS. gen. [40] Om., OB, MA, MB, Y. [41] nupserint, MC, LA, OC, CE, CM, Y. [42] differetur, OA, MG. [43] maiorem, OA, MG, LA. [44] maiorem, OC, CE, CM, MC. [45] quod, Y, OB, MB; quidem, MA. [46] de, OC, CE; ut de, MG. [47] Om., OA, MG.

suetudinibus quam de tenementis, ut si a minore[48] petantur servitia et consuetudines de quibus pater vel alius antecessor suus quietanciam habuit anno et die quo fuit vivus et mortuus, minor ante ætatem petenti non respondebit. Item nec mutari debet status suus, ut si servitia et consuetudines debitæ exigantur a minore, et pater vel alius antecessor illa fecerit alii[49] domino capitali quam ei qui nunc petit anno et die quo fuit vivus et mortuus, minor petenti non respondebit ante ætatem, quia ab eo cui antecessor solvit recedere non potest ante ætatem. Et sic non mutatur status minoris ante ætatem, sive sit tenementum sive servitium sive libertas sive quid tale, dum tamen per inquisitionem constiterit de veritate, cum tali protestatione quod salvum sit ius minoris cum ad ætatem pervenerit, non obstantibus cartis[50] vel instrumentis antecessorum in contrarium facientibus, cum minor ad cartas infra ætatem respondere non possit, ut si custos nomine minoris consuetudines petat et servitia de quibus pater vel alius antecessor minoris seisitus obiit, licet tenens[51] cartas sufficientes vel alia instrumenta ostenderit[52] quod aliter tenere debeat[53] et per alia servitia, pro seisina antecessoris et pro minore iudicabitur, quia ad cartas respondere non potest. Et vice versa si minor indebita petat servitia et consuetudines et tenentes sui quietanciam[54] allegaverint quod anno et die etcetera, ante ætatem minoris non respondebunt. Et eodem modo si dominus capitalis minoris[55] indebita servitia et inconsueta[56] petat a minore. Idem etiam erit quod status minoris mutari non debet, ut[57] si pater vel alius antecessor minoris[58] aliquem tenentem suum adquietaverit de servitio illo versus superiores dominos capitales anno et die etcetera, ille[59] minor eundem sine aliqua[60] contradictione adquietabit. Quod quidem dici poterit de eo qui terram dederit alicui domui religiosæ in liberam, puram[61] et perpetuam elemosinam, si abbas vel prior distringatur pro aliquo servitio forinseco vel alio, si anno et die quo antecessor minoris donator obiit, fuit talis querens in seisina de quietancia[62] ita quod antecessor minoris eum adquietaverit, heres quamvis minor eum adquietabit. Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente[63] decimo[64] comitatu Cantiæ,[65] de priore de Mertone et Nigello de Moubray.[66] Et idem erit licet warantus nihil solverit nec[67] adquietaverit cum a capitali

[48] minori, OA, MG, LA. [49] alio, OA, MA, MG. [50] vel c., MC, LA. [51] tenentes, V, OC, CE, CM, LA. [52] ostenderint, V, OC, CE, CM, LA; oportet, MG; om., OA. [53] debeant, V, OC, CE, CM, LA. [54] a(c)quietantiam, OA, MG, OC(-ia), CE(-ia). [55] minorum, OC, CE, LA. [56] consueta, OB, MA, MB, OA, MG; cons. (= consuetudines?), CM; consuetudines et inconsuetas, V. [57] nec, OA, MG. [58] Om., OA, MG. [59] et ille, OA, OC, MG, CE. [60] alia, MSS. var. [61] Om., OA, MG. [62] acquietancia, OC, CE, MC; om., LA. [63-64] Om., OA, MG, MA. [65] Lanc., OC, MG, CE. [66] Mubray, Monbray, Munbray, MSS. var. [67] vel, OA, MG.

domino anno et die nihil sit petitum. Item si[68] de maritagio alicuius vel alia re agatur unde[69] minor vocatus fuerit ad warantum, si anno et die quo antecessor minoris fuit vivus et mortuus fuit idem[70] antecessor seisitus de maritagio illo, minori infra ætatem respondebitur. Ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo comitatu Eboraci, de Willelmo de Carletone[71] et Ricardo de Percy. Item casus de minore quod f. 424] si quis pepigerit cum domino capitali ne heres suus sit in custodia cum fuerit infra ætatem, vel ne relevium det cum plenam ætatem habuerit, et talis dominus capitalis superiorem capitalem dominum habeat, si contingat utrumque tenentem mori heredibus eorum infra ætatem existentibus, et custodia heredis tenentis medii devenerit[1] in manum superioris capitalis domini, non poterit heres tenetis inferioris liberari, quin sit in custodia superioris capitalis domini, vel quin relevium det si maior fuerit, non obstante carta vel conventione facta cum tenente medio, nisi talis heres ostendere possit quod carta sic usitata fuerit quod alius heres præcedens quietanciam habuerit, quod per talem conventionem sub custodia superioris capitalis domini non extiterit[2] vel quod relevium non dederit. Ut de comitissa de Insula capitali domina et Willelmo de Crevequer[3] tenente suo et[4] Willelmo de Honewelle[5] tenente Willelmi, et unde Willelmus de[6] Crevequer[7] fuit medius inter comitissam et Willelmum de Honewelle. Quod autem dicitur quod status minoris mutari non debet in rebus corporalibus, sic[8] nec in iuribus nec in[9] libertatibus, ut si cui concedatur libertas de faciendo aliquid in alieno vel in[10] proprio, vel de utendo fruendo in alieno, vel de habendo in alieno vel in[11] proprio, de faciendo gurgitem,[12] stagnum,[13] molendinum, piscariam vel huiusmodi. De utendo fruendo sicut eundi, agendi, aquam ducendi, falcandi, fodiendi vel[14] huiusmodi. Item de habendo in proprio ferias,[15] mercata, furcas vel[16] huiusmodi,[17] tol et them,[18] licet ille cui huiusmodi iura conceduntur statim non utatur, tamen est quasi in seisina et ius illud transmittit ad heredem suum maiorem vel minorem, et semper videtur[19] uti donec amiserit per non usum, hoc est donec omnino eiectus fuerit et disseisitus vel quod commode uti non possit, et sic nihil transmittit ad heredem nisi tantum actionem de

[68] Om., LA, MA, CM. [69] cum, OA, MG. [70] Om., OA, MG. [71] Caleton., Karleton., Karletona, MSS. var.

[1] deveniat, OA, MG; venerit, OB, MA, MB, Y. [2] obstiterit, OA, MG. [3] Crecur., Trecur., Cruter., Trecurio, MSS. var. [4] Om., OC, MG, CE. [5] Huniwell., Honiwest, Homwest, Honywelle, Hun(m)well., MSS. var. [6-7] Om., OA, OB, MA, MB, CM, Y. [8] sicut, MC, LA. [9] Om., OA, MA, MG. [10] Om., MSS. var. [11] Om., MC, LA, OC, CE, Y. [12] g. vel, OA, MG. [13] s. vel, OA, OC, MG, CE. [14] et, OA, OC, MG, CE, MB. [15-16] furcas, m., ferias et, OA, OC, CE, MG. [16-17] Om., OB, MA, MB. [18] teham, tham, theam, tem, MSS. var. [19] præsumitur, OA, MG.

seisina sua[20] vel quasi recuperanda quam in vita sua amisit, quam heres licet minor sit in minore ætate recuperabit per breve de ingressu, quia sicut minor ad tale breve de ingressu infra ætatem respondere tenetur, fortiori ratione ei in consimili casu respondebitur. Cum autem quis huiusmodi iura ex donatione[21] regis vel alterius vel ex constitutione[22] dominorum fundi, et libertates tales habuerit[23] et illis usus fuerit, seisinam et usum transmittit ad heredem, et eandem seisinam habebit heres sive maior fuerit sive minor quam habuit antecessor. Et cum semel in seisina fuerit status suus mutari non poterit, secundum quod antecessor suus obiit in seisina vel quasi. Et in[24] huiusmodi[25] non amittit[26] quis licet statim non utatur, licet uti possit,[27] donec fuerit disseisitus, vel cum statim uti non possit quia casus non evenit quod uti posset.[28] Sed cum casus evenerit quod uti possit[29] et tunc non utatur sed alius, vel cum uti velit impediatur quod uti non possit vel non commode et sic disseisitus, in minori ætate heredis non poterit status antecessoris mutari, nisi ex nova actione per heredem de seisina. Sed si heres in seisina fuerit nemini infra[30] ætatem respondebit. Et sic status suus mutari non poterit.

Si in assisa mortis antecessoris vel in placito per breve de recto obiciatur minori quod placitare non possit quia minor est, replicare poterit et dicere.

Cum autem minori opposita fuerit exceptio minoris[31] ætatis[32] quod petere non possit per breve de recto vel seisinam antecessoris versus custodem, respondere poterit et replicare et dicere, *Maior sum et plenæ ætatis, et hoc bene patet, quia omnes domini mei de quibus teneo præter te reddiderunt mihi* f. 424b] *hereditatem meam et me habent pro maiore.* Vel respondere poterit quod ætatem suam[33] probavit coram talibus. Et quoniam aliquando de ætate dubitari[34] poterit, videndum qualiter probatur ætas, quia respondere poterit tenens replicationi suæ quod non est plenæ ætatis, quia si restituta sit ei hereditas hoc fuit in fraudem, nec ei[35] præiudicare debet fraus illa. Item si respondeat[36] petens quod plenæ ætatis sit et quod ætatem suam probaverit[37] per inquisitionem et per patriam, responderi poterit a tenente quod hoc ei nocere non debet, quia iuratores male iuraverunt[38] vel quod iustitiarii decepti[39] fuerunt, si probata fuerit[40] ætas per aspectum corporis. Item responderi poterit quod non est plenæ ætatis quantum ad socagium

[20] Om., OC, MG, CE. [21] dicta actione, OA, MG. [22] concessione, OB, MA, MB; donatione, CM. [23] habuerint, OC, MG, CE, OA (-unt). [24-25] nihilominus, OA, OC, MG, CE. [26] amittet, OA, MG. [27] posset, OA, MG. [28] possit, MC, LA. [29] non p., OA, MG; posset, V. [30] ante, OA, MG. [31-32] minoritas, OA, MG. [33] Om., OA, MG. [34] dubitare, MSS. var. [35] illi, V; om., OB, MA, MB, CM. [36] r. ei, OA, MG. [37] probavit, OA, MG. [38] iuraverint, V, OC, CE. [39] male d., V, OB, MA, MB, Y. [40] fuit, V, OB, MB, CM, Y.

nec[41] quantum ad feodum militare. Item[42] licet quantum ad socagium, non tamen quantum[43] ad feodum militare.[44] Item si dicat quod[45] maior sit quia[46] in curia domini regis placitavit sicut ille qui plenæ ætatis est, et ibi per iudicium recuperavit.

De probatione ætatis ex præsumptione per aspectum corporis.

SED omnis talis[47] responsio plenam et sufficientem probationem ætatis non inducit nisi tantum una, quæ sit per parentes[48] et testes sufficienter[49] examinatos, et omnes aliæ inducunt præsumptiones, sicut aspectus corporis et aliæ. Sed tamen quædam admittunt probationem in contrarium et quædam nullam, sicut per aspectum corporis per visum iustitiarii, ut si appareat talis quod præsumi possit de eo vehementer quod plenæ ætatis fuerit, ut[50] si fuerit[51] barbatus, statura magnus vel huiusmodi. Et cum iustitiarii talem iudicaverint pro maiore, pro[52] maiore[53] habebitur quantum ad omnes, et non erit ulterius contra eorum iudicium disputandum. Sed quoniam apparet sæpius quod aliquis maior sit cum sit minor et e converso, cum minor sit apparet esse maior et ex hoc dubitaverint iustitiarii, de necessitate recurrendum est ad probationem patriæ[54] et parentum,[55] sive minor petat sive petatur ab eo.

Qualiter probatur ætas per patriam cum per aspectum corporis probari non possit, et per quos.

SED qualiter hoc fieri debeat videndum.[56] Et sciendum quod per duodecim legales homines vel[57] plures si opus fuerit, quorum quidam[58] de parentela eius qui dicit se esse maiorem et quidam qui non sunt[59] de parentela eius, per quos rei veritas melius sciri poterit, et qui examinati nulla ratione inveniantur[60] suspecti sed[61] certis iudiciis[62] manifesti. Et est forma sacramenti. Iurare[63] enim debent quod talis habet ad minus viginti et unum annum vel plus, vel quod non sit viginti et unius anni. Iurabit autem primus sic, quod habet viginti[64] et unum[65] annum et amplius si fuerit masculus. Si autem femina, quod habet quatuordecim vel quindecim annos et amplius, sic eum deus adiuvet etcetera. Et post primum alius sic: *Et illud sacramentum quod talis*[66] *fecit verum est, sic*[67] *me deus*[68] etcetera. Et sic alii omnes. Et sic admittetur minor ad agendum vel respondendum secundum diversitatem tenementorum, vel si dixerint contrarium non[69]

[41] vel, OA, MG. [42-44] Om., OA, MA, MG. [43] Om., V, OB, MB, Y. [45] Om., OA, MG. [46] quod, OA, MG. [47] Om., OA, MG, OC, CE. [48] emptor., OA, MG. [49] sufficientes OC, MG, CE, CM. [50-51] Om., OA, MG. [52-53] Om., OA, OC, MG, CE, CM, MC. [54-55] peremptor., OA, MG. [56] videtur, OA, MG; videlicet, OC, CE. [57] vel per, MC, LA. [58] quidem, LA, OA; quid., MSS. var.; quædam, MB. CE. [59] sint, MC, LA, OC, CM. [60] inveniatur, LA, CE. [61] Om., OA, MG. [62] i. et, OA, MG. [63] iudicare, OB, MA, MB, CE. [64-65] xxi, MSS. var. [66] ille, OA, MG. [67] sicut, V, OA. [68] d. adiuvet, V, OA, MG. [69] Om., OA., MG.

admittetur.[70] Et quod ita probari debeat ætas habetis de termino Sancti Michælis anno regis Henrici tertio incipiente[71] quarto[72] comitatu Sussexiæ, de Iohanne de Breuse[73] et Reginaldo de Breuse, quia iustitiarii per aspectum corporis non potuerunt[74] esse certi de ætate prædicti Iohannis. Et ideo consideratum fuit quod fieret probatio per patriam et per parentes. Sed ad[75] hoc quod assumi debeant[76] parentes, videndum erit utrum fieri debeat probatio pro minori vel contra minorem, quia sive sic sive[77] sic,[78] f. 425] in omni casu possunt parentes[1] esse suspecti. Aliæ vero responsiones omnes quia[2] levem inducunt præsumptionem admittunt probationem in contrarium.

Item ex præsumptione, ut si quis alios implacitaverit sicut maior, aliis respondebit ut maior.

Probatur quandoque[3] ætas ex præsumptione etiam indirecte et[4] sine corporis aspectu et sine testium productione, ut si quis agat contra alium et gerat[5] se pro maiore, sive maior sit[6] sive non, aliis agentibus contra se respondebit, si forte contra processum et factum suum dicat se esse minorem, quia ex quo semel fecit se maiorem et[7] pro se, contra se habeatur[8] pro maiore. Item probari poterit quandoque ætas per assisam et per iuratores assisæ tantum,[9] quandoque adhibitis aliis ex causa parentibus et vicinis, ut si quis qui in custodia extiterit petat hereditatem suam versus capitalem dominum per assisam mortis antecessoris, et obiciatur ei[10] quod non sit plenæ ætatis, et[11] quo casu cum sic probata fuerit ætas sufficit, nec in contrarium admittitur convictio[12] vel alia probatio propter consensum, maxime quantum ad illum qui huiusmodi exceptionem obiecit, licet secundum quosdam non teneat quantum ad alios,[13] quia iuratores huiusmodi falli[14] possunt vel[15] falsum facere sacramentum prece vel pretio corrupti. Si autem minorem se dicat quis cum sit maior et ad tuitionem[16] sui prætendat minorem ætatem quod non respondeat, sufficit quod probetur ætas quocumque modo ut sic respondeat petenti, et per hoc tenebitur omnibus aliis respondere. Item ubi et quando debeat ætas probari videndum. Et sciendum quod in curia regis[17] sine resummonitione, ubi ille cui obicitur minor ætas petens fuerit per assisam mortis antecessoris versus dominum capitalem. Si autem obiecta fuerit pro se ne respondeat ante

[70] Om., OA, MG. [71-72] Om., OA, MA, MG. [73] Breus, Brusse, Beus., MSS. var. [74] possunt, V, OA, MG. [75] Om., OC, CE, LA, V(hic). [76] debent, OC, MG, CE; om., OA. [77-78] Om., OC, CE, OB, MB.

[1] partes, OC, CE; om., OA, MG. [2] quæ, Y, OA, OB, MB, CM; qui, MA. [3] aliquando, OA, MG. [4] sed, OA, OC, MG, CE. [5] gerit, OC, CE, MA. [6] Om., OA, MG. [7] Om., OB, MA, MB, Y. [8] habetur, OA, MG. [9] tamen, OC, CE, CM. [10] Om., OA, MG. [11] Om., MC, LA. [12] contradictio, OA, MG. [13] illos, OA, MG. [14] Om., OA, MG. [15] Om., OA, MG. [16] intentionem, OA, MG. [17] domini r., MC, LA, CE.

ætatem vel contra se a tenente ne ei respondeatur, tunc post resummonitionem fiat probatio ætatis si inde dubitetur,[18] aut[19] fiat resummonitio ad instantiam petentis per hoc breve.

De resummonendo loquelam ad curiam quæ remansit sine die propter minorem ætatem.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. quod sit coram iustitiariis nostris apud etcetera, auditurus recordum et iudicium suum de loquela quæ fuit in eadem[20] curia nostra coram etcetera, inter B. petentem et prædictum A. tenentem de tanta terra cum pertinentiis in tali villa, ita quod loquela illa tunc sit[21] in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die, eo quod prædictus A. tunc fuit infra ætatem et[22] nunc habet ætatem[23] ut dicitur. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera. Cum autem[24] ad curiam venerit si de ætate dubitetur fiat probatio ut supra. Si autem constiterit quod plenæ ætatis fuerit, tunc procedat loquela inter partes. Si autem nondum plenæ ætatis, tunc inquiratur infra quod tempus plenæ ætatis esse possit, et fiat inde mentio in rotulis.[25] Cum autem sic probata fuerit ætas contra dominum capitalem cum[26] petens recuperaverit[27] seisinam, tunc si vastum factum fuerit vel destructio, fiat breve[28] de seisina facienda et de inquisitione de vasto simul et in uno brevi in hac forma.

Breve cum seisinam recuperaverit iam maior factus versus dominum capitalem, et similiter de vasto facto infra ætatem in uno brevi.

Rex vicecomiti salutem. Scias quod[29] A. filius et heres B. in curia nostra coram etcetera per iudicium eiusdem curiæ nostræ, sicut ille qui in eadem curia nostra ætatem suam probavit,[30] legitime recuperavit seisinam suam versus C. de terris et tenementis quæ fuerunt prædicti B. patris sui in balliva tua, quarum terrarum et tenementorum idem C. custodiam habuit f. 425b] de concessione nostra.[31] Et ideo tibi præcipimus quod eidem A. de omnibus[32] terris et tenementis quæ fuerunt prædicti B. patris[33] sui,[34] vel quæ fuerunt in manu prædicti C. de eadem concessione nostra[35] in balliva tua, sine dilatione plenariam seisinam habere facias. Et quoniam testatum est coram præfatis iustitiariis nostris quod prædictus C. dum terra illa fuit in manu sua de prædicta concessione nostra magnum fecit inde vastum et exilium in domibus, gardinis, boscis et aliis ad exheredationem ipsius A., tibi præcipimus quod assumptis tecum duodecim tam

[18] dubitatur, OB, MA, MB. [19] sive, OC, CE; an, OB, MA, MB, CM; et, V, OA, MG. [20] Om., OA, MG, MC, LA. [21] sit, ibi, V, MC, LA, CM. [22-23] Om., OA, MG. [24] Om., OA, MG. [25] rotulo, MA, MB. [26] Om., OA, MG. [27] recuperabit, OA, MG, CM. [28] per b., MC, LA. [29] q. cum, OA, OC, MG, CE. [30] probaverit, V, OB, MA, MB. [31] Om., OB, MA, MB. [32] Om., OA, MG. [33-34] Om., OB, MA, MB, Y. [35] Om., OA, OC, MG, CE.

militibus quam aliis liberis[36] et legalibus hominibus[37] etcetera ut supra, accedas ad prædictam terram et per eorum sacramentum etcetera, et unde idem A. queritur quod prædictus C. vastum fecit et destructionem ad valentiam tanti, et inquisitionem mittas etcetera.

De loquelis ad curiam resummonendam quæ positæ fuerunt sine die ob alias[38] causas.

QUONIAM[39] vero multis de causis et rationibus possunt loquelæ poni sine die in curia domini regis, et cessantibus vel terminatis causis illis necesse sit[40] loquelas illas resummonere, ideo[41] videndum qualiter fieri debeant resummonitiones ex causis diversis, et de quibus dictum est supra, videlicet qualiter debeat resummoneri loquela si[42] propter bastardiam transmittatur ad curiam christianitatis,[43] et sic in[44] curia regia remansit sine die. Item si propter minorem ætatem si minor petat vel ab eo petatur. Nunc autem dicendum[45] si remanserit sine die eo quod minor vocatus sit ad warantum, et tunc sic.

Breve de resummonendo loquelam ubi remansit sine die propter ætatem minoris qui vocatus fuerit ad warantum.

REX vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. quod sit etcetera ut supra, auditurus recordum et iudicium suum de loquela etcetera quæ fuit in eadem curia[46] inter B. petentem[47] et C. tenentem[48] de tanto[49] terræ[50] cum pertinentiis in tali villa, et unde idem C. qui tenens est vocavit ad warantum prædictum A., et ita quod loquela illa tunc sit in eodem statu in[51] quo fuit quando remansit sine die, eo quod idem A. tunc fuit infra ætatem, et[52] qui nunc habet ætatem ut dicitur. Et summone per bonos summonitores prædictum A. quod tunc[53] sit ibi ad warantizandum prædicto[54] C. terram illam, vel ad ostendendum quare warantizare non debeat. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera.

Item propter iter iustitiariorum.

SI autem remanserit sine die propter it r iustitiariorum tunc sic: Summone etcetera ut supra, ita quod loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in[55] quo fuit quando remansit sine die propter iter iustitiariorum per singulos comitatus. Vel sic: quando posita fuit coram iustitiariis ad primam assisam cum ad[56] partes illas venissent ad quas nondum venerunt, sicut provisum fuit.

[36-37] Om., OA, MG. [38] aliquas, aas., MSS. var. [39] et unde, OA, MG. [40] est, OA, MG. [41] Om., OB, MA, MB. [42] quæ, V, Y, OB, MA, MB; sed MG; om., OA. [43] christianam, MC, LA. [44] Om., MC, LA, OC, CE, CM. [45] d. est, OA, MG. [46] c. nostra, V, MC, LA; c. etc., OC, MG, CE. [47] tenentem, OA, OC, MG, CE. [48] petentem, OA, OC, MG, CE. [49-50] tanta terra, OA, OC, MG, CE. [51] Om., V, OA, MG. [52] Om., OA, OC, MG, CE. [53] Om., OA, MG. [54] prædictum, OC, CE, CM. [55] Om., OA, CE. [56] in, OA, OC, MG, CE, CM.

Item pro servitio domini regis.

VEL aliter si remansit sine die pro servitio domini regis, tunc sic: Ita quod loquela illa tunc sit in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die eo quod prædictus talis profectus fuit in partes transmarinas in f. 426] servitio nostro, vel alibi per præceptum nostrum et de quibus idem talis reversus est ut dicitur.

Item propter peregrinationem in Terram Sanctam.

ITEM aliter si in Terram Sanctam, et tunc sic: Ita quod loquela illa tunc[1] sit[2] in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die, eo quod prædictus talis profectus fuit in Terram Sanctam, de qua[3] reversus est ut dicitur, vel[4] propter generale passagium cruce signatorum in Terram Sanctam, de qua nunc reversus est ut dicitur.[5]

Item si ad curiam christianitatis[6] quacumque de causa vel in placito dotis.

ITEM si placitum dotis[7] in curia domini regis remanserit sine die propter inquisitionem transmissam ad curiam christianitatis, et tunc sic: Summone per bonos summonitores A. quod sit ad respondendum B. mulieri quare non reddidit[8] ei dotem suam quæ eam contingit de libero tenemento[9] quod fuit talis viri sui etcetera, ita quod loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit quando remansit sine die, eo quod prædictus A. obiecit eidem B. quod non debuit inde dotem habere eo quod prædictus talis vir suus per quem dotem petiit vivus fuit, et unde prædicta B. coram prædictis iustitiariis nostris sectam sufficientem produxit quod mortuus est.[10] Et sic de aliis ubi inquisitio facienda est in foro seculari. Si autem facienda sit inquisitio in curia christianitatis in suo casu in placito dotis, tunc[11] sic:[12] Et ita quod loquela illa, vel[13] unde loquela illa,[14] transmissa fuit[15] ad curiam christianitatis, eo quod prædictus A. obiecit eidem B. quod non debuit inde dotem habere quia numquam fuit tali viro[16] desponsata, vel aliter videlicet,[17] legitimo matrimonio copulata.

Si in partes transmarinas in servitio domini regis, de advocatione.

ITEM si de advocatione ecclesiæ fuerit loquela et remanserit sine die propter servitium domini regis, tunc fiat[18] resummonitio ut supra. Si autem de assisa ultimæ præsentationis, tunc[19] sic: Auditurus recordum et iudicium suum de assisa ultimæ præsentationis[20] quæ summonita fuit coram eisdem iustitiariis nostris etcetera, inter A. petentem et eundem B. deforciantem,[21] ita quod assisa illa tunc sit in eodem statu in quo fuit quando remansit

[1] Om., OB, MA, MB. [2] sit etc., MC, LA. [3] qua nunc, V, MB, OA. [4-5] Om., V, OA. [6] christianam, OB, MA. [7] Om., OB, MA, MB, OC, CE, Y. [8] reddit, V, OB, MB, MC; redd., Y, LA. [9] t. suo, OA, OC, MG, CE. [10] Om., Y, OB, MA, MB; fuit, OA; sit, MG. [11-12] Om., OA, MG. [13-14] Om., MSS. var. [15] fuerit, OB, MA, MB, Y. [16] v. suo, V, MC, LA, OA, MG. [17] Om., OA, MA, MG. [18] Om., OB, MA, MB. [19-20] Om., OA, MG. [21] deforciatorem, V; deforc., OA, OC, MA, MC.

sine die, eo quod prædictus B. profectus[22] fuit ad[23] partes transmarinas in servitio nostro per[24] præceptum nostrum. Et ex prædictis sumi poterit exemplum qualiter in casibus consimilibus[25] fieri debeant resummonitiones.

Si generalis[26] fieri debeat resummonitio ad bancum.

Si autem generaliter[27] fieri debeat resummonitio ad bancum, eo quod omnes loquelæ de banco positæ sunt[28] sine die propter itinerationem iustitiariorum in diversis comitatibus, tunc fiat resummonitio in diversis comitatibus in tali forma.

Breve ad hoc vicecomiti quod clamare faciat.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod sine dilatione clamare facias in comitatu tuo et per comitatum tuum[29] in hundredis et mercatis et per omnes partes de comitatu tuo, quod omnia placita quæ per brevia nostra vel per præceptum iustitiariorum nostrorum de banco atterminata fuerunt[30] apud Westmonasterium infra[31] octabas Sancti Hillarii proximo præteritas et Pascha[32] proximo sequens,[33] et quæ per præceptum nostrum posita fuerunt sine die occasione itinerationis talis vel occasione exercitus nostri de[34] Wallia vel alterius, sint coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium talem terminum in eodem statu in[35] quo fuerunt quando remanserunt sine die per præceptum nostrum occasione prædicta, tam de essoniis faciendis et non faciendis quam de omnibus aliis circumstantiis eorundem[36] placitorum. Alia vero placita quæ per præceptum nostrum vel præceptum[37] prædictorum iustitiariorum nostrorum itinerantium posita fuerunt post certum diem ad[38] talem terminum apud talem locum ad[39] talem terminum et talem,[40] ibi deducantur et teneantur sicut ibi posita fuerunt. Et habeas ibi hoc breve et alia brevia omnia quæ penes te habes pertinentia ad prædicta placita. Teste etcetera.

Exceptio ex persona petentis propter lepram.

f. 426b] Competit etiam tenenti exceptio dilatoria ex persona petentis eo quod separatus[41] a communione gentium propter lepram quæ est in anima, ut si fuerit specialiter excommunicatus, quia sicut quis lepram poterit habere in corpore, ita et[42] in anima. <Funestam enim[43] vocem interdici oportet potius quam audiri, nec solum vox eorum interdicitur, sed si quid ab ipsis fuerit impetratum firmitatem non obtinebit. Cum ex-

[22] Om., OA, MG. [23] in, OA, MG. [24] ad, OA, MG. [25] Om., OA, MG. [26] generaliter, OC, CE. [27] *sic*, MB, LA, OC, CE, CM; generalis, MC, Y, OB, MA; om., OA, MG. [28] sint, MA, CM. [29] Om., OB, MA, MB, Y. [30] fuerint, V, MA, OA. [31-33] ad talem diem, OA, MG. [32] *sic*, Y, LA, MB, MC; Paschæ, V; Pasch., OB, MA, OC, CE, CM. [34] in, V, OC, CE. [35] Om., OA, MG. [36] eorum, MA, CM. [37] Om., OA, MG. [38] et, OA, MG. [39-40] et ad alium terminum, OA, MG. [41] s. est, OA, OB, MB, MG. [42] excommunicationem, OA, MG; om., OC, CE. [43] Om., OA, MG.

communicato autem[44] neque orare neque loqui, neque palam[45] neque absconse,[46] neque vesci licet, exceptis[47] quibusdam personis. > Excomunicato[48] enim interdicitur[49] omnis actus legitimus ita quod agere non potest nec aliquem[50] convenire, licet ipse ab aliis possit[51] conveniri. Qui[52] autem huiusmodi exceptionem opposuerit, oportebit eum habere probationem, quia simplici voci[53] tenentis non erit fides adhibenda, nec etiam cuiuslibet[54] de populo testimonio. Quia oportebit eum qui excipit in hoc casu habere litteras ordinarii sicut archiepiscopi,[55] episcopi vel alterius iudicis[56] ordinarii vel delegati, rei veritatem testificantes quod talis nominatim[57] excommunicatus sit et ex tali causa, vel si ordinarius præsens sit et hoc testificetur viva[58] voce. Conveniri[59] autem potest sicut prædictum est ne melioris condicionis sit quam non excommunicatus, vel ne de[60] malitia sua possit lucrum reportare.[61]

Si vir uxoris appelatus de felonia, non cadit actio prius ante convictionem instituta.

Ut si vir et uxor implacitati fuerint de hereditate uxoris, si vir de felonia appellatus fuerit et convictus, tamen propter hoc non cadit actio prius ante convictionem instituta, et sic ex malitia lucrum non[62] reportant, quod cadere possit actio, licet differri possit[63] ad tempus propter dubium[64] eventum appellati, dum tamen convictus non fuerit condemnatus ad mortem naturalem vel civilem. Naturalem ut si suspensus[65] fuerit, quo casu cadit actio. Si autem civilem, eodem modo ut si utlagatus fuerit. Si autem tale fuerit crimen quod ultimum non inducat supplicium sed tantum membrorum amissionem, sicut oculos vel testiculos vel utrumque, propter hoc non cadit actio prius instituta. Ut de itinere Martini de Pateshilla comitatu Lincolniæ, de Thoma de Rasne.[66] A petente vero in contrarium sic poterit responderi, *Frater si essem excommunicatus, absolutus sum a tali superiore iudice ordinario vel delegato ad quem*[67] *appellavi.* Item dicere poterit quod[68] si excommunicatus fuit[69] hoc fuit de facto, quia nulla subfuit causa alia nisi[70] quod iudici ecclesiastico obtemperare noluit[71] cognoscenti[72] de laico feodo, vel de catallis et debitis quæ non sunt de testamento

[44] Om., OA, MG. [45-46] clam, MG; do., OA. [47] Om., OA, MG. [48-49] interdicitur enim ei, MG, OA (om. enim). [50] Om., OA, MG. [51] posset, OA, MB, MG. [52] quod, OB, MA, MB. [53] voce, OC, CE, MA. [54] cuilibet, OA, OC, MG, CE. [55] a. vel, V, OB, MA, MB, Y. [56] Om., OA, MG. [57] nominatus, OA, MG. [58] una, OC, MG, CE, MB, Y. [59] convenire, OA, MC. [60] Om., OA, MA, MG. [61] deportare, V, CM, MC, LA; importare, OC, CE; reputare, MB. [62] Om., OB, MA, MB. [63] potest, OA, MG. [64] Om., OA, MG. [65] suspectus, OC, CE, CM. [66] R. etc., V, OA, MG. [67] quam, OA; quod, MB; om., OC, CE. [68] Om., OA, MG. [69] fui, V, OC, CE, MA; fuerit, CM; esse in, OA, MG. [70] Om., OB, MB, OC, CE, LA, Y. [71] nolui, OA, MA, MG. [72] cognoscendi, OC, CE, MB, LA.

vel matrimonio, et unde hora congrua exhibui[73] eis[74] litteras domini regis prohibitorias ne[75] procederent, et quibus[76] prædicti iudices differre noluerunt. Item responderi poterit quod excommunicatio[77] nulla[78] vel iniusta quia a tali sententia rite fuit appellatum, et plures alias prætendere poterit responsiones ad tuitionem status sui, sed[79] ad manum statim habeat probationem, quia cum constiterit de excommunicatione de absolutione constare oportebit.

Qui rite fuerit excommunicatus et perstiterit in excommunicatione per quadraginta dies.

In fine vero notandum[80] quod ubi quis rite fuerit excommunicatus et in excommunicatione[81] pertinaciter perseveraverit per quadraginta dies, f. 427] claves ecclesiæ contemnendo, tunc ut gladius gladium adiuvet ad mandatum episcopi vel eius officialis capiatur excommunicatus. Sed numquam capietur aliquis ad mandatum iudicum delegatorum nec[1] archidiaconi[2] vel alterius iudicis inferioris, quia rex in episcopis cœrtionem habet propter baroniam. Cum autem talis capi debeat rationabili de causa, cum cancellarius litteras episcopi receperit faciet[3] breve in hac forma.

De capiendo excommunicatum ut sic gladius iuvet gladium.

Rex vicecomiti salutem. Significavit[4] nobis venerabilis pater N. per litteras suas patentes quod talis ob manifestam contumaciam suam excommunicatus est, nec se vult per censuram ecclesiasticam iustitiare. Quia vero potestas regia sacrosanctæ[5] ecclesiæ[6] in querelis suis deesse[7] non debuit,[8] tibi præcipimus quod prædictum talem per corpus suum secundum consuetudinem Angliæ iustities, donec sacrosanctæ[9] ecclesiæ[10] tam de contemptu quam de iniuria ei[11] illata ab eo fuerit satisfactum. Teste etcetera. Qui cum[12] captus fuerit[13] et[14] ecclesiæ satisfacerit, deliberabitur ad mandatum episcopi per tale breve.

Rex super hoc mandet vicecomiti.

Rex vicecomiti salutem. Quia venerabilis pater talis episcopus significavit[15] nobis quod talis quem[16] ad mandatum suum, vel ad mandatum venerabilis patris talis episcopi, a te capi et per corpus suum tamquam contemnentem claves ecclesiæ iustitiari præcepimus,[17] beneficium absolutionis impendit,

[73] *sic*, MSS. [74] ei, OB, MA, MB, OA, MG; om., CM. [75] quod non, OA, MG. [76] in q., OC, CE; pro q., CM; qui omnes OA, MG. [77-78] e. illa n. fuit, OA, MG. [79] si, Y, MA, MC, LA; et, MB. [80] n. est, OA, MG. [81] ea, OA, MG; ea pertinacia et e., V.

[1] vel, OA, MA, MB, MG. [2] ordinarii, OA, MG. [3] fiat, V; fiet, OA, MG; faciat, OC, CE, MA. [4] signavit, OC, MG, CE. [5-6] sustentat ecclesiam, OA, MG. [7-8] Om., OA, MG. [9-10] satisfecerit e. et, OA, MG. [11] sibi, OA, MG. [12] Om., OA, MG. [13-14] si, OA, MG. [15] signavit, OC, CE, OA, MG. [16] quantum, V; quam, OC, CE; que, MC; om., OB, MA, MB, Y. [17] *sic*, Y, LA, CM; præceperimus, V; præcipimus, OB, MA, MB, OC, MC, MG; præcipius, OA, CE.

tibi præcipimus quod a prisona nostra qua detinetur ipsum deliberari facias quietum. Teste etcetera. Et notandum quod ad nullius[18] mandatum deliberari debet nisi ad mandatum domini episcopi, nec antequam ipse mandaverit quod ecclesiæ sit satisfactum, nisi captus fuerit per falsam suggestionem ordinarii vel prælatorum aliorum, vel si[19] per[20] malitiam adversarii,[21] ut eum excludat ab actione quam[22] versus ipsum[23] instituit. Et si ita,[24] tunc fiat tale breve ad ipsius deliberationem.

Si appellatus de felonia ad appellum declinandum falso dedit intellegi regi vel episcopo quod appellans excommunicatus fuit et ita quod captus fuit, breve ad deliberandum eum.

Rex vicecomiti salutem. Ostensum est nobis ex parte talis quod cum aliquando appellasset in comitatu tuo talem de roberia et huiusmodi, et[25] tibi[26] a nobis præceptum esset quod talem appellatum attachiares,[27] idem appellatus ut ipsum talem appellantem gravaret[28] et appellum suum adnihilaret, falso suggessit episcopo tali quod idem appellans in quadam excommunicatione perseveravit[29] contumaciter per quadraginta dies et amplius, et ita quod ab eodem episcopo litteras impetravit ad nos directas quod nos ad hoc extenderemus brachium seculare,[30] per cuius deceptionem idem appellans captus est et in prisona nostra detentus ut dicitur. Et[31] quia nemini debet fraus sua patrocinari, tibi præcipimus quod si prædictus talis appellans fecerit te securum de clamore etcetera, tunc pone per vadium etcetera prædictum talem appellatum quod sit coram etcetera inde responsurus. Et interim facias prædictum talem appellantem deliberari a prisona nostra, nisi captus fuerit alia occasione quare deliberari non debeat. Teste[32] etcetera.[33] Si autem forte captus non fuerit et iudex aliquis malitiose suggesserit episcopo quod[34] quis excommunicatus fuerit,[35] fiat breve vicecomiti de non capiendo talem ut supra de prohibitionibus.

Item exceptio ex persona petentis competit tenenti quod petere non potest quia alienigena est et ad fidem regis Franciæ.

f. 427b] Est etiam[36] alia exceptio quæ tenenti competit ex persona petentis propter defectum nationis, quæ dilatoria est et non perimit actionem, ut si aliquis[37] alienigena qui fuerit ad fidem regis Franciæ et actionem instituat versus aliquem qui fuerit ad fidem regis Angliæ, tali non respondeatur,[38] saltem donec terræ sint communes, nec etiam sive[39]

[18] illius, OA, MG. [19-20] Om., OA, MG. [21] ordinarii, OA, MG. [22] q. prius, OB, MA, MB. [23] eum, Y, MA. [24] ita sit, MC, LA. [25] Om., OB, MA, MB, CM, Y. [26] cui, OA, MG; om., MA; ac, CM. [27] appellares, OA, MG. [28] aggravaret, OA, MG. [29] Om., CM; -averit, OC, MG, CE. [30] secularem, OA, OB, CE, OC. [31] Om., OB, MA, MB, Y. [32-33] Om., OA, OC, MG, CE. [34] Om., OB, MB. [35] sic sit, OA, MG. [36] autem, OA, MC, MG; etiam et, Y, OB, MB, Y. [37] quis, Y, OC, CE. [38] respondeat, Y, OB, MA, MB. [39] seu, OB, MA, MB, Y.

rex ei[40] concesserit[41] placitare, quia sicut Anglicus non auditur in placitando aliquem de terris et tenementis in Francia, ita non[42] debet alienigena et francigena qui fuerit ad fidem regis Franciæ in[43] Francia[44] audiri placitando in Anglia. Sunt tamen aliqui qui sunt ad fidem utriusque et semper fuerunt ante Normanniam deperditam[45] et post, et[46] qui placitant hic et ibi ea ratione qua[47] sunt ad fidem utriusque, sicut fuit Willelmus comes Marescallus et manens in Anglia et Michæl de Feynis[48] manens in Francia, et alii[49] plures,[50] et ita tamen[51] si contingat guerram moveri inter reges, remaneat personaliter quilibet eorum cum eo cui fecerit ligeantiam, et faciat servitium debitum ei cum quo non steterit[52] in persona.

Exceptio contra petentem propter statum dubium multis rationibus.

Competit etiam exceptio tenenti ex persona petentis propter statum dubium et dubium rei eventum. Status quidem hominis dubius esse poterit multipliciter, tum[53] propter dignitatis mutationem, ut si quis fuerit in aliqua dignitate constitutus et electus[54] fuerit vel postulatus ad aliam dignitatem, et cum[55] consensum præbuerit pendet status suus[56] quousque fuerit confirmatus, et sic ratum esse non poterit quod cum eo actum fuerit pendente statu suo. Idem[57] dici poterit si quis fuerit in aliqua[58] dignitate constitutus et fuerit in causa depositionis, et meritis suis exigentibus vel non exigentibus, et cum fuerit depositus iuste vel iniuste appellaverit, pendente appellatione non valet quod cum eo actum fuerit, quia si teneat depositio omnia erunt revocanda et sic iudicium delusorium. Item poterit[59] status esse dubius propter causam criminalem impositam alicui ubi[60] vertitur periculum vitæ vel[61] membrorum: in causa civili respondere[62] non tenetur nec ei respondebitur antequam se defenderit vel non defenderit in causa criminali, quia si prius in causa civili ageretur, convicto crimine retrotrahendum[63] erit tempus usque ad tempus commissi criminis, et sic quidquid actum fuerit medio[64] tempore inter[65] convictionem et crimen commissum erit revocandum, et ita cum talibus agi non poterit donec status confirmetur, ut supra de placitis coronæ plenius de hac materia. De causa vero[66] depositionis sumi poterit exemplum de episcopo Bathoniensi et abbate Glastoniæ[67] coram iustitariis de banco.

[40] Om., MA, CM. [41] concessit, OA, OB, MG. [42] tamen n., OA; nec, V, CM. [43-44] Om., V, MA. [45] partitam, OB, MA, MB; deperitam, OC, CE. [46] Om., OA, MG. [47] quia, OB, MA, MB, CM. [48] Feynus, Feyns, Soyns, Seynis, MSS. var. [49] aliis, OA, OC, MG, CE. [50] pluribus, OA, MG. [51] t. quod, OA, MG. [52] fecerit, OC, CE, MA, MG. [53] tamen, (cum), MSS. var. [54] eiectus, OA, MG. [55] tamen, MC, LA. [56] eius, OA, MG. [57] item, V, OA, MG. [58] alia, MSS. var. [59] p. etiam, MC, LA. [60] nisi, MC, LA. [61] et, OA, MG. [62] r. ei, OA, MG. [63] retrahendum, OA, MA, MB, MG, OB (returh-). [64] in m., V, OB, MA, MB, Y. [65] in, OA, MG. [66] Om., OB, MA, MB. [67] *sic*, MC; Glaston (iensi?), MSS. var.; de Glaston., V, MA, MG, CM.

Item exceptio ex delicto spoliationis donec fuerit restitutus.

Competit etiam exceptio tenenti ex persona petentis et ex delicto dilatoria, ut si tenens spoliatus fuerit a petente et non restitutus in toto vel in parte, non respondebit tenens ante restitutionem quia nudi contendere nec inermes nos inimicis debemus opponere, nec videtur[68] quis restitui[69] qui in totum non restituitur, sicut nec videtur res reddita quæ deterior redditur,[70] secundum quod superius videri poterit de spoliationibus et[71] disseisinis et restitutionibus.

Item exceptio dilatoria quia ius commune ita quod sine alio respondere non potest, vel quia in parte tangit alios sine quibus etcetera.

f. 428] Competit etiam tenenti exceptio peremptoria[1] et[2] quandoque dilatoria tam[3] ex persona alterius[4] quam petentis,[5] quia sine alio agere non poterit per[6] se qui tantundem[7] iuris habet quam ipse qui petit,[8] ut sunt plures participes, vel quia nihil iuris habet sine alio sicut vir[9] de re uxoria sine uxore, vel quod uxor agere non poterit sine viro de re propria, cum vir sit ei adiunctus et caput uxoris, vel quia petens actionem non habet aliquam quod rem deducere possit in iudicium sed[10] alius,[11] sicut sunt canonici et monachi simplices vel amotibiles sine abbate vel priore. Item decanus et capitulum sine episcopo. Item si petens ius habeat cum sit coheres iustus et propinquus, alius tamen maius[12] ius[13] habet quia propinquior, sicut videri poterit supra in tractatu de assisa mortis antecessoris.

Item exceptio quod participes habet sine quibus etcetera.

Sed[14] imprimis dicendum[15] erit[16] de exceptione illa quæ competit tenenti eo quod participes[17] qui tantundem iuris habent in brevi non nominantur. Et sunt plures participes quasi unum corpus in eo quod unum ius habent, et oportet quod corpus sit integrum et quod in aliqua[18] parte non sit[19] defectus. Et sunt participes quasi partem capientes sicut partis[20] capaces, ut supra de qualitate et differentia heredum, eo quod communis est res inter eos ratione plurium personarum vel ratione vicinitatis vel ratione ipsius rei quæ partibilis est, et non ratione personarum quia[21] non[22] sunt sicut unus heres et unum corpus sed diversi heredes, ubi tenementum

[68-69] quis restituitur, OA MG. [70] facta est, OA, MG; facta r., V; om., OB, MA, MB, OC, CE, Y. [71] et de OA, MB, MG, Y.

[1] ex persona petentis p., V, OA, MG. [2-4] ex persona alterius et quandoque dilatoria, MC, LA, OC, CE, CM. [3-5] Om., OA, MG. [6] pro, OA, MG. [7] eandem, OA, MG. [8] petiit, OB, MA, MB. [9] Om., OA, MG. [10] sine, Y, V; om., MA. [11] aliis, V, Y, OB, MB, CM; in aliis, MC; et, MA; aliquando, OC, CE. [12] magis, OB, MA, MB, OC, CE, MG. [13] Om., OB, MA, MB, CM, OA, MG, Y. [14] Om., OA, MG. [15-16] videndum, OB, MA, MB. [17] p. habet, OA, MG. [18] illa, OB; alia, MSS. var. [19] erit, OA, MG. [20] pars, OC, CE; partes, OB, MA, MB. [21] quæ, V, OC, CE. [22] Om., OA, MG.

partibile est inter plures coheredes qui descendunt de eodem stipite, et semper solet dividi ab antiquo. Possunt autem[23] plures participes esse et coheredes petentes et plures tenentes coheredes et participes, vel unus petens[24] sine participe et plures tenentes participes, vel unus[25] tenens particeps vel plures, et plures coheredes qui nihil inde tenent nec in proparte nec in compensatione, et[26] alii qui[27] tenent in proparte et alii in compensatione pro parte sua. Item possunt plures esse participes petentes vel unus sine participe et unus tenens sine participe, vel plures tenentes qui omnino sibi sunt extranei et non coheredes sed participes ut vicini. Item plures petentes participes vel unus sine participe totam hereditatem, sive ibi sint plura maneria sive non, sive versus plures participes vel extraneas personas vel versus unum vel duos participes et unum extraneum non participem, totam hereditatem vel eius partem. Cum autem plures sint participes coheredes vel participes non coheredes petentes, oportet quod omnes qui petunt et qui capere debeant de re petita nominentur in brevi. Unde cum dicat tenens excipiendo: *Frater non teneor ad hoc breve respondere, quia si ius haberes,*[28] *participes habes*[29] *qui tantundem iuris habent in re quantum et vos,*[30] *videlicet A. et B.*, ad quod poterit petens f. 428b] replicare et dicere quod omnes qui ius clamare[31] poterunt[32] vel partem de tenemento petito vel de re petita, nominati sunt in[33] brevi, et nihil iuris pertinet nec ad A. nec ad B. quod participes esse possint,[34] quia A. bastardus est[35] et B. de servo progenitus licet de libera participe et coniugata. Et unde A. nullo tempore capere poterit cum sit bastardus nec B. cum sit de servo[36] progenitus.[37] Item nec talis particeps[38] femina petere poterit ante tempus cum sit servo copulata. Item talis[39] femina particeps partem de re petita capere non potest, quia de communi hereditate tenet quandam partem in maritagium, nec vult maritagium suum in partem ponere quæ[40] partem suam per totum habeat de communi hereditate.

Item quod particeps est ad fidem regis Franciæ.

ITEM respondere poterit quod particeps de quo dicitur nihil capere potest quia est ad fidem regis Franciæ, et ideo nihil capere poterit antequam fiat fides regi Angliæ et cum terræ sint communes, et ideo non est necesse quod in brevi nominetur.[41] Item quod[42] particeps qui non nominatur vel aliquis antecessorum suorum feloniam fecit[43] ita quod particeps esse[44]

[23] etiam, OA, MG. [24-25] Om., OA, MB, MG. [26-27] sed aliqui, OA, MG. [28] habes, OC, CE, CM, MB. [29] habetis, OA, OC, MG, CE, MC, LA; habet, CM. [30] nos, MSS. var. [31-32] clamant, OA, MG. [33] in hoc, V, OA, MG. [34] possunt, OA, OC, CE; om., MG. [35] Om., OA, OC, MG, CE. [36-37] servis, OA, MG. [38-39] Om., OA, MG. [40] ut, V, MA; quod, OC, CE; quia, OB; *sic*, MSS. gen. [41] nominentur, V, MA. [42] Om., OA, MG. [43] fecerit, V, OC, CE, MB. [44-46] Om., OB, MA, MB.

non potest.[45] Item respondere potest quod particeps[46] de quo fit mentio mortuus est sine herede de se, vel si heredes habuit[47] omnes mortui sunt. Item[48] quod ille qui particeps esse debuit totum ius suum quod inde habuit coheredibus suis remisit et quietum clamavit. Ad primam vero replicationem petentis quod particeps non nominatus quia bastardus est, triplicari poterit a tenente quod sit nominandus quia incertum est adhuc utrum se possit probare legitimum vel non. Eadem vero responsio esse poterit replicando[49] de servo non nominato. Ad hoc autem quod dicit quod femina particeps nominari non debet cum sit servo copulata, ad hoc poterit triplicari quod nominari debet quia si ad præsens capere non possit,[50] capere poterit ad tempus quia[51] servus mori poterit.[52] Ad hoc autem quod dicit quod particeps non nominata tenet quandam partem hereditatis in maritagio,[53] nec vult maritagium ponere in partem, ad hoc poterit a tenente replicari quod adhuc in voluntate sua est et in electione utrum hoc facere voluerit aut[54] non, et ideo in brevi nominanda. De hoc autem[55] quod dicit de participe qui est ad fidem regis Franciæ, triplicari[56] poterit a tenente quod nominandus est quia terræ poterunt[57] esse communes. Ad hoc autem quod dicit quod particeps mortuus est sine liberis, vel si liberos habuerit[58] omnes mortui sunt, quia dubitari poterit an ita sit an[59] non, detur alius dies ut fiat certificatio, et secundum hoc aut[60] cadat breve aut[61] stet. De hoc autem quod dicit quod particeps remisit, quia de hoc dubitari[62] poterit, detur alius dies ut supra, et summoneatur particeps quod sit ibi ad ostendendum si quid iuris clamet cum aliis participibus de tali hereditate, quia si talis remisit participibus pars illa accrescet[63] aliis. Et illud idem secundum quosdam posset dici de bastardo et servo petentibus non nominatis, quod quidam[64] non admittunt. Et notandum quod sunt quidam participes qui statim agere poterunt et capere, et alii qui statim agere[65] sed nihil capere possunt ante tempus, sicut[66] femina copulata servo et ille[67] qui fuerit ad fidem regis Franciæ, et nominari debent omnes. Et sunt quidam qui aliquando capere poterunt et nunc capere non poterunt quia ex delicto et felonia facti sunt non capaces, sicut pro crimine damnati, f. 429] et tales nominare non oportet. Sed omnes nominandi sunt de

[45] possit, V, OC, CE; poterit, CM. [47] habuerit, OB, MA, MB, CM, Y. [48] ita, OA, MG. [49] Om., OA, MG. [50] potest, OA, MG. [51-52] respondere(i) poterit, OA, MG. [53] maritagium, OA, OC, CE, CM; maritag., OB, MC, MG. [54] vel, V, OC, CE; an, OA, OB, MB, MG. [55] Om., OB, MA, MB. [56] triplicare, OB, MA, MB; replicari, Y. [57] possunt, V, OA; positæ (sunt), MG; om., CM. [58] habuit, MSS. var. [59] vel, V, OB, MA, MB, CM, Y. [60] Om., OA, MG. [61] vel, OA, MG. [62] dubitare, OA, OC, MG, CE. [63] accresset, OA, OC, CE, MG (-it). [64] quidem, MC, LA; quid., MSS. var.; quidm., MA, MB, CM. [65] a. poterunt, OB, MA, MB, Y (possunt). [66] ut, OA, MG. [67] iste, OA, MG.

quibus certum est vel dubium utrum capere[1] possunt[2] vel[3] non, quia in dubio in benignam partem erit interpretandum, videlicet quod capere possint[4] donec probetur in contrarium. Si autem certum sit quod capere non poterit[5] sicut videri poterit de felone, nec pars illa accrescere poterit participibus sed dominis capitalibus, et ideo de eo nihil pertinet ad participes. Item nihil accrescet participibus de parte eorum qui post tempus capere poterunt, sed cum tenente[6] vel[7] capitali domino remanebit pars talium quousque capere possint[8] secundum[9] quosdam,[10] sed secundum alios videtur quod non, quia cum oporteat eos in brevi nominare[11] et procedat loquela et iudicium sub nomine eorum, videtur[12] quod recuperare debeant inter alios, et cum iudicium redditum sit pro eis oportebit quod in personis eorum fiat executio, et sic poni debent[13] in seisina sicut et[14] alii.[15] Sed cum seisinam habuerint quis eiciet[16] eos? Quia si[17] sine iudicio eiciantur a participibus vel ab[18] aliis, de iure seisinam recuperabunt. Si vero a participibus implacitentur, cadit actio de iure quia[19] participibus nihil potest accrescere, et ita nihil iuris habent nec aliquid petere poterunt ratione custodiæ. Sed[20] quid[21] ergo fiat?[22]

Cum particeps sine participibus obtinuerit forte per fraudem, et quidam per fraudem sequi noluerint.

Sed[23] quid cum participes plures extiterint et capaces, et quidam eorum petant et obtineant sine aliis qui non nominantur in brevi? Non[24] nominatis[25] consuli poterit[26] per officium iudicis[27] propter fraudem. Item cum plures sint participes et omnes nominati et quidam sequi noluerint, nihilominus tenebit breve quia satisfactum est impetrationi, et tales qui non venerint[28] summoneantur quod sint ad sequendum cum participibus si voluerint. Si autem sequi noluerint, alii nihilominus sequantur de parte sua. Breve[29] summonitionis tale erit.[30]

De summonendo participes.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. et B. quod sint coram[31] iustitiariis nostris talibus[32] die et loco ad sequendum cum C.

[1] Om., OA, MG. [2] possint, LA, OB, CM; possent, OA, MG. [3] aut, MA; an, OB, MB, Y. [4] possunt, OB, MA, MC; possent, OA, MG. [5] possit, MA, MG, CM; possunt, OA. [6-7] t. capitale domino vel, LA, OC, CE, MC (vel c.d. vel); t. pro eis vel, OA, MG. [8] possunt, V, CM, MA, MC; poterunt, OA, MG. [9-10] Om., OA, MG. [11] nominari, OA, MG. [12] v. ergo, OA, MG. [13] debeant, MC; debeat, LA, MA; deberet, MB, Y. [14] Om., OA, OC, CE; in, OB, MB. [15] aliis, OB, MA, MB, Y; alicui, CM. [16] eiciat, OA, MA. MG; eiecit, OC, CE; eicit, OB. [17] Om., OB, MB, CM. MA(+). [18] Om., OA, MG. [19] q. de, OA, MG. [20-21] sic, OB, MA, MB, Y. [22] fiet, V, MG. [23] et, Y, OB, MA, MB; si, OC, CE. [24-25] Om., OA, MG. [26] poterunt, OA, MG. [27] Om., OA, OC, MG, CE. [28] venerunt, OB, MA, MB; nominantur, OA, MG. [29-30] Om., OA, MG. [31-32] coram etc., OA, MG.

et D. de tanta terra cum[33] pertinentiis in tali villa,[34] et unde prædicti[35] C. et D. clamant duas partes versus E. ut rationabilem partem suam quæ eos contingit de hereditate talis cuius heredes ipsi sunt, et unde prædictus E. dicit quod non vult eisdem C. et D. respondere sine[36] prædictis A. et B. ut[37] dicit.[38] Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste etcetera.

Si unus ex participibus moriatur cum omnes in brevi nominentur.

Item cum omnes nominati sint et agere inceperint simul et unus eorum moriatur cadit breve, et de novo oportet incipere per aliud breve in persona[39] heredis statim vel post tempus, secundum quod heres fuerit infra ætatem vel non. Sed quid si unus ex participibus cum agere inceperit feloniam fecerit vel leprosus devenerit, furiosus et non sanæ mentis? Videndum utrum remanere[40] debeat loquela vel procedere, sive fuerit petens vel[41] tenens.

Cum unus ex participibus totam teneat hereditatem.

Cum autem plures sint[42] coheredes et participes et unus vel plures totam teneat hereditatem, et particeps[43] unus vel plures petat[44] versus unum participem tenentem vel plures, si plures petant non est necesse omnes nominari in uno brevi quia diversæ sunt actiones, quia quilibet petat[45] partem suam propriam quæ eum contingit[46] sine alio participe, ac[47] si unus particeps peteret versus unum vel plures participes una erit actio, et quo casu tenens particeps visum non habebit quia divinare non poterit quæ pars ei accidere[48] poterit de communi hereditate. Poterit tamen ei fieri quod tantundem valet, ut si dicat: *Peto rationabilem partem meam quæ me[49] contingit de tota hereditate unde talis antecessor meus[50] obiit seisitus ut de feodo.*

Si hereditas partita sit inter participes.

Contingit[51] quandoque quod divisa sit hereditas inter participes et cum f. 429b] quis partem suam habuerit a possessione sua[52] ceciderit, vel quod donationem fecerit sub condicione aliqua per[53] quam post tempus esse poterit[54] quod ad ipsum sit reversura, et cum per condicionem ad ipsum reverti debeat alius iniuste se ponit[55] in seisinam, et tenens ei obiecerit quod participes habuerit, exceptio illa non valebit, quia postquam par-

33-34 etc., OA, MG. 35 Om., OA, MG. 36 cum, OA, MG. 37-38 Om., OC, MA, CE. 39 personam, OB, MA, MG, Y. 40 manere, OA, MG. 41 sive, OA, OC, MG, CE, MA. 42 Om., OA, MG. 43 participes, OA, OB, MA, MG. 44 petant, OA, MA, MG, CM, MB. 45 petit, OA, OC, MG, CE; petet, Y, OB, CM; petere poterit, MA. 46 continget, MC, LA. 47 ut, OB, MA; om., CM (sed unus). 48 accedere, MC, LA. 49 mihi, OA, MG. 50 Om., OA, MG. 51 c. autem, V, OC, MG, CE. 52 Om., OB, MA, MB, CM. 53-54 Om., OA, MG. 55 ponat, V, MA.

ticeps in seisina fuerit et terra de facto suo incumbraverit,[56] nihil de[57] hoc ad coheredes[58] vel participes non magis de damno quam de lucro.

Sunt qui terram tenent in communi sed non ut coheredes.

Sunt etiam qui tenent in communi rem aliquam de communi consensu sicut participes et capaces, sed non tamen ut coheredes, ut si de communi consensu aliquam vastitatem pro[59] communi commodo reliquerint ad pasturam vel aliud commodum vel alium usum, si[60] forte petant[61] eadem[62] erit exceptio contra ipsos[63] quæ et contra heredes, quod[64] nullus sine alio agere poterit[65] nec respondere. Res quidem communis esse poterit inter plures multis rationibus ut supra.

Exceptio quod viro non respondetur sine uxore cuius hereditas fuerit, sed non e converso. Item si ille petat qui actionem non habet.

Datur etiam exceptio dilatoria tenenti non ex persona petentis quod agere non possit, sed ex persona adiuncti sine quo petere non potest, et qui non sunt participes quasi partem capientes, quia res quæ petitur inter petentes cum evicta[66] fuerit non capit divisionem, sicut inter[67] virum et uxorem qui sunt quasi unica persona, quia caro una et sanguis unus. Res tamen propria uxoris sed[68] vir eius custos cum sit caput mulieris, et in quo casu non[69] respondebitur viro sine uxore nec e converso. Item datur exceptio tenenti peremptoria quoad petentem, sed non ad eum qui ius habet, ut si quis petat nomine suo[70] qui petere deberet rem[71] nomine alieno, ut si servus fructuarius qui non habet actionem, et sicut simplex canonicus vel simplex monachus, quia[72] amotibiles sunt et perpetuitatem non habent, et[73] in quo casu cadit actio et breve in persona talis et tenet actio in persona alterius per aliud breve.

Item exceptio quod sine assensu talis superioris.

Item datur exceptio dilatoria tenenti contra petentem licet[74] actio tota ad ipsum pertineat,[75] propter auctoritate superioris sine cuius assensu et auctoritate petere[76] non potest, sicut[77] decanus et capitulum transigere non possunt neque pacisci[78] neque mutare statum suum, sicut nec rectores ecclesiæ de rebus ecclesiæ[79] sine consensu episcopi. Et plures sunt[80] ex-

[56] -avit, V, OA, MG; -beraverit, MSS. var. [57] ad, OA, MG. [58] heredes, OA, MG. [59] de, OA, MG. [60] qui, OA, OC, MG, CE; cum, OB. [61] Om., OB, MA, MB. [62] alia, OA, MG. [63] eos, OA, MC, MG. [64] quia, OB, MA, MB. [65] possit, V, OC, CE, MB. [66] adiuncta, MA; coniuncta, CM; eiecta, CE; evecta, OC; victa, MC. [67] Om., OB, MA, MB, Y. [68] et, V, OA. [69] nec, MC, LA, Y. [70] suo rem, V, OB, MA, Y. [71] Om., OB, MA, MB, Y. [72] qui, OA, MA, CM; quia qui, LA. [73] Om., OA, MG. [74] Om., MA; scilicet quod, OB, MB; secundum quod, Y. [75] non p., Y, OB, MB; om., MA. [76] agere, OB, MA, MB, Y. [77] licet, OA, MG. [78] transcisci (transsissi, transcissi, transcissci, transscisci, transciscissi), MSS. var.; pa(s)cisci, V, Y, OA, MG, MC (-cissi). [79] ecclesiasticis, OC, CE, CM. [80] Om., OA, MG.

ceptiones aliæ quæ competunt tenenti contra petentem prædictis rationibus, et de quibus ad præsens non recolitur.

De exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona petentis dictum est. Nunc autem dicendum de exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona sua propria.

DICTUM est supra de exceptionibus quæ competunt tenenti ex persona petentis. Nunc autem dicendum de[81] exceptionibus[82] quæ competunt ipsi[83] tenenti ex persona sua propria. Competit quidem[84] ei exceptio minoris ætatis quod ante ætatem non respondeat, non magis quam petens agere possit contra eum ante ætatem, secundum quod supra dictum est de minori ætate. Et secundum hoc videri poterit quid agendum sit hic.[85] Item quod respondere non teneatur quia non est in seisina nomine proprio f. 430] sed nomine alieno, et ideo non potest in iudicium[86] rem deducere. Item competit ei exceptio ex persona sua[1] sicut[2] contra petentem ex[3] statu dubio et dubio rei eventu ut supra. Item competit ei exceptio ex persona sua propria quod sine aliis respondere non potest, qui tantundem iuris habent in[4] re quam tenet[5] sicut et[6] ille, vel ratione adiuncti vel ratione maioritatis ut supra. Sed ad hoc quod exceptionem habeat quoad actionem differendam et breve prosternendum, secundum quod participes nominati sunt in brevi vel non nominati, videndum erit an partita sit inter coheredes vel[7] non coheredes[8] participes hereditas vel res communis vel non. Si autem[9] hereditas non fuerit partita sed teneatur in communi, quilibet coheredum tantundem iuris habet tenendi hereditatem quantum et[10] alii. Sed tamen non per se ante divisionem, sed per[11] se[12] in communi cum aliis. Et sic totum tenet et[13] nihil tenet, scilicet totum in communi et nihil separatim per se. Cum autem tenens ita exceperit quod sine participibus non teneatur[14] respondere, videndum erit imprimis si hereditas sit partita vel[15] non. Si autem partita fuerit[16] et tenens teneat rem petitam sic[17] partitam et in[18] proparte, non est necesse quod omnes participes nominentur, quia si in brevi nominentur illi qui nihil tenent cadit breve, quia recessum est a communi. <Ut probatur de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quinto decimo[19] comitatu Essexiæ, assisa utrum de Iohanne persona Lamesse[20] et Radulfo de Arderne et uxore sua et eorum participibus. Ad idem facit de comitissa Oxoniæ et Willelmo

[81-82] Om., OB, MA, MB. [83] Om., OB, MA, MB. [84] quidam, CE; quædam, OA, MG; om., OB, MA, MB. [85] Om., OA, MG. [86] iudicio, LA, CM.

[1] propria, MA; sua propria, V. [2] Om., OB, MA, MB. [3] de, OA, MG. [4-5] Om., OA, MG. [6] Om., OA, MG. [7-8] Om., OB, MA, MB, LA. [9] Om., OA, MG. [10] Om., OA, MG, CM. [11] pro, V, CM. [11-12] Om., OB, MA, MB, Y. [13] vel, OA, MG. [14] tenetur, OB, MA, MB, Y. [15] an, OA, MG. [16] sit, V, CM. [17-18] et, OB, MA, MB. [19] Om., OA, OC, MG, CE. [20] de L., OB, MA, MB, Y.

Blundo[21] et uxore sua.> Sed tamen sine participibus suis non tenetur petenti respondere, et[22] si[23] sine eis responderet et amitteret, regressum non haberet erga participes ad damnum suum restaurandum in aliqua[24] contributione facienda, sed hoc sibi ipsi et negligentiæ suæ potest imputare. Sed licet non sint nominati, tamen oportet quod vocentur cum tenens sine illis respondere non teneatur.[25] Summoneri igitur[26] debent[27] per hoc breve.

Licet non sint nominati oportet quod summoneantur cum tenens sine illis non respondeat.

Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores A. et B. quod sint coram iustitiariis etcetera, ad respondendum C. simul cum D. de tanto[28] terræ[29] cum pertinentiis in tali[30] villa vel in tali comitatu, vel de tanto terræ cum pertinentiis in[31] alio tali comitatu, quam[32] idem C. in[33] curia nostra etcetera clamat ut ius suum versus prædictum D., et[34] sine quibus prædictus D. non vult respondere eidem C., cum prædicti A. et B. sint participes ipsius D. de prædicta terra, et quo casu si venerint respondeant cum ipso D. si voluerint. Si autem non, nihilominus procedat[35] loquela. Et in hoc casu sive venerint sive non et tenens amiserit, pro virilibus[36] portionibus facient tenenti excambium. <Et quod participes non nominati ita[37] summoneri debent,[38] probatur de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo comitatibus Eboraci et Lincolniæ, de Ada[39] Tuchet.[40]>

Item de eodem oportet quod omnes nominentur petentes, licet responderi possit quod quidam bastardi et quidam villani et huiusmodi: ad hoc faciunt plures probationes ut infra.

Si autem hereditas communis partita non sit oportet de necessitate quod omnes nominentur in brevi, alioquin cadit breve ex toto. Si autem a petente ita[41] fuerit replicatum quod non est necesse omnes nominare rationibus paulo antedictis, quia omnes[42] vel[43] quidam illorum bastardi sunt vel mortui cum masculi sint,[44] vel[45] si feminæ quod quædam bastardæ[46] et quædam villanis maritatæ et quædam villanæ quæ non nominantur, item quædam[47] se contulerunt religioni, breve in pendente erit et actio donec de

[21] Arnaldo, abinde, Alunde, Alundo, MSS. var. [22] ut, OA, MG. [23] Om., OB, MA, MB. [24] alia, MSS. var. [25] tenetur, OA, MG. [26] autem, OA, MG; ergo, CE, Y. [27] debet, V, MA; om., CM. [28-29] tanta terra, V, OA, MG. [30-31] Om., OA, MB, MG, LA. [32] quod, CE, CM, MA. [33] in eadem, OB, MA, MB. [34] Om., OA, MG. [35] procedet, OA, MG, MB, CM. [36] *sic*, MSS. gen.; æqualibus, V, OA, MG. [37] Om., OB, MA, MB. [38] debeant, OB, MA, MB. [39] Adam, LA, MB. [40] Thuschet, MC, LA; Muschet, OC, CE; Ruschet, Y. [41] Om., OB, MA, MB. [42-43] vero, OA, MG. [44] sunt, V, OA. [45] Om., OA, MG. [46] b. sunt, OA, MG. [47] q. quæ, OB, MA, MB; quidam, OA, MG.

veritate constiterit. Imprimis dicatur[48] quod absens sit bastardus, summoneatur per breve in forma supra dicta quod sit coram iustitiariis ad
f. 430b] certos[49] diem et locum, ad ostendendum quid iuris clamat in tanto[50] terræ[51] cum pertinentiis in tali villa quam talis clamat versus talem ut ius suum, vel per assisam mortis antecessoris, et unde idem talis, scilicet petens, dicit quod bastardus est[52] et quod nihil iuris clamare potest[53] in dicta[54] terra. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto in comitatu Somersetiæ. <Si autem dubitetur an particeps non[55] nominatus sit mortuus[56] vel non, detur alius dies ut interim inquiratur veritas. Ut de itinere Martini de Pateshilla comitatu Cantiæ anno regis Henrici duodecimo, de Willelmo filio Roberti. Item refert de tenente participe cum tenuerit[57] pro diviso facta partitione, et ille moriatur qui de re petita nihil tenet, an cadat[58] actio per mortem talis, ac si ille qui tenet re[59] vera[60] moreretur. Re vera non cadit non[61] magis quam si warantus vocatus moreretur, sed stat breve et ibi incipiendum. Si autem[62] moriatur nominatus cadit. Sed si[63] idem[64] qui non nominatur habeat talem[65] heredem infra ætatem, expectabitur heredis[66] ætas.[67]> De hoc autem quod dicit de[68] maritata villano, quod si talis non nominetur cadit breve ut supra dictum est, et si nominetur tenet et procedat[69] placitum de aliis, illa tamen ad tempus a petitione exclusa quousque villanus mortuus fuerit. Ut de itinere Martini de Pateshilla comitatu Lincolniæ anno regis Henrici decimo de Hugone de Hul.[70] <Et ad hoc facit de itinere Roberti de[71] Ver comitis Oxoniæ et Martini de Pateshilla anno regis Henrici quinto comitatu Herefordiæ,[72] assisa mortis antecessoris si Willelmus de Ledewith.[73]> Et quod cadit breve si[74] non fuerit nominata, inveniri poterit de eodem itinere in eodem comitatu, assisa mortis antecessoris de Matilda[75] filia Godewini, et est ratio ibi assignata quia[76] villanus mori potuit.[77] Item de participe absente de quo replicatur[78] quod villanus est,[79] summoneatur quod sit ad ostendendum quid etcetera. Item de hoc quod dicit quod particeps contulit

[48] cum d., V; cum dicat, Y, MA, MB, OB (quod d.); dicitur, OA, MG. [49] certum, OA, OC, CE. [50-51] tanta terra, OA, MG. [52] sit, OA, MG. [53] poterit, OA, MG. [54] prædicta, V, OC, CE. [55] Om., CM; si, OB, MA, MB. [56] Om., OA, MG. [57] tenuerint, OB, MB, CM. [58] cadit, OA, MG, MA. [59-60] rem, V, Y, OB, MA, MB; om., OA. [61] Om., OB, MA, MB, MG. [62] etiam, OB, MA, MB, Y. [63-64] in eodem, MC, LA, CM; si ille, OA, MG. [65] Om., OB, MA, MB, Y. [66] hereditas, MC, LA; om., OA, MG. [67] Om., MC, LA. [68] Om., MC, OA. [69] procedet, OC, CE, MA. [70] Hule, Hull., Hus, MSS. var. [71] le, OA, MG. [72] *sic*, MSS. gen.; Hford. (Hertfordiæ?), OB, MA, Y. [73] Ledew., Led(e)well., La Wike, MSS. var. [74] cum, OA, MG. [75] *sic*, LA; Matil(l)d., Matill(is?), MSS. var. [76] quod, OB, MA, MB, CM. [77] poterit, OA, MG, OB, MA, MB. [78] replicare poterit, OA, MG. [79] Om., OB, MA, MB.

se religioni et[80] ita mortuus[81] sæculo,[82] constare oportet per litteras episcopi utrum redire possit ad sæculum vel non, secundum quod susceperit habitum probationis vel professionis. Et[83] de hac materia inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto in comitatu Suthamtoniæ de Iohanne de Briwes.[84] Item esto quod particeps[85] in prisona detineatur quod venire non possit. Item si[86] tali infirmitate detentus vel ab hostibus captus, nihilominus oportet eum nominare, et cum nominatus fuerit supersedendum erit quousque venire possit. Si autem imprisonatus fuerit particeps[87] nominatus[88] propter feloniam de qua[89] in periculo vita vel[90] membrorum, remaneat loquela sine die quousque constiterit de eius deliberatione vel damnatione. Ut de itinere Willelmi de Ralegha comitatu Bedefordiæ de Iuliana de Nodariis. Ita suspenditur loquela et breve si unus ex participibus fuerit infra ætatem donec ad ætatem pervenerit.

Item si particeps sit surdus vel mutus.

SED quid dicetur de participe[91] qui naturaliter surdus fuerit et mutus?[92] Videtur quod talis omni tempore pro non herede et pro non participe haberi debeat. Et ideo sive nominetur sive non nominetur[93] non cadit actio neque breve, sed tenet tam in persona petentis quam in[94] persona[95] tenentis quantum ad omnes. Si autem a casu venerit surditas[96] vel non venerit et quod mutus fuerit, expectandum erit per aliquod tempus si spes habeatur de convalescentia.[97] De adiuncto vero et superioris consensu, qualiter fieri debeat in persona tenentis, perpendi poterit per ea quæ superius dicta sunt in persona petentis. Et notandum quod licet
f. 431] non capaces licet heredes nominentur vel forte penitus extranei, non tamen[1] propter hoc cadit breve, sed stabit in personis aliorum qui ius habent, quia in hoc[2] casu utile non vitiatur per inutile. Notandum est etiam quod plures participes petere possunt tenendi in communi a pluribus qui separatim tenent et qui sese in nullo contingunt, et hic[3] plures erunt actiones propter pluralitatem personarum. Et vice versa plures non participes quorum iura separata sunt petere possunt versus plures coheredes et participes, et similiter erunt hic actiones plures et diversæ.

[80-81] Om., OB, MB. [80-82] Om., MA. [83] Om., OA, MG. [84] Bruis, Brives, Brewys, Hyrwis, Bries, Brues, Breus, MSS. var. [85] absens, OA, MG. [86] Om., OA, MG. [87-88] Om., OB, MA, MB. [88] Om., Y. [89] qua sit, V, OA, MG. [90] et, OA, OC, MG, CE. [91-92] participibus q. n. surdi fuerunt et mutui, OA, MG. [93] Om., V, CM, OA. [94-95] Om., MA, CM, OA. [96] absurditas, MC, LA, CM. [97] convalentia, OA, OB, MA, MB, Y.

[1] Om., OA, MG. [2] tali, OA, MG; hoc tali, V; om., CM. [3] ibi, OC, CE; hec, OA, MG; huiusmodi (hiis?), MB.

Item possunt plures coheredes et participes petere versus plures coheredes et participes, et hic erit unica[4] actio propter unitatem iuris.[5]

Si tenenti competat exceptio ex ipsa re.

Si autem non sit exceptio quæ competat[6] tenenti contra petentem, nec ex persona petentis nec ex persona sua propria, firmato sic iudicio ex persona iudicis, petentis et tenentis, cum iudicium sit trinus actus trium[7] personarum, videndum erit an sit aliqua quæ competat[8] tenenti ex ipsa re quæ petitur, si corporalis fuerit et immobilis sicut terra,[9] tenementum vel redditus qui proveniat[10] ex tenemento.

Oportet quod petens designet rem quam petit cum pertinentiis.

Oportet igitur imprimis quod petens rem designet quam petit, videlicet qualitatem, ut sciatur utrum petatur terra vel redditus cum pertinentiis. Item quantitatem, utrum videlicet sit[11] plus vel minus. Certam enim rem oportet deducere in iudicium ne contingat iudicium esse delusorium vel obscurum, quia de re incerta in iudicium deducta certa fieri non poterit sententia, licet quandoque de incerta re agatur. Iudex sive iustitiarius quantum[12] ei possibile fuerit certum debet ferre[13] iudicium. Specificare autem poterit sic, ut si dicat: *Peto versus talem tot maneria*, quandoque cum pertinentiis quandoque sine pertinentiis. Item tot feoda militum cum pertinentiis. Item tot carucatas,[14] tot virgatas, tot acras, tot seliones. Item tot libratas terræ, tot solidatas, tot bovatas,[15] secundum diversitatem tenementorum et secundum quod in brevibus de recto et de[16] ingressu continetur: et ita quod narratio brevi[17] conveniat, a quo si discordet et brevi non conveniat narratio, amittit petens quia non admittitur variatio. Admittitur tamen quandoque[18] variatio, dum tamen dicat simile, ut si[19] contineatur in brevi quod petit duas carucatas quæ per annum valeant[20] decem libratas,[21] non[22] propter hoc recedit[23] a brevi suo si dicat, *Peto decem libratas*[24] *terræ*, quia dicit quod tantundem valet: non enim refert utrum quid fiat vel persimile.

Proposita intentione videre poterit tenens an totam teneat vel non, et unde oportet quod visum habeat vel quod tantundem valeat.

f. 431b] Cum autem petens intentionem suam sic[25] formaverit, æstimare debet tenens an teneat terram totam petitam vel eius partem vel omnino

[4] una, OA, MG. [5] Om., OA, MG. [6] competit, OA, MG, MA, MB, CM. [7] Om., OA, MG. [8] competit, MSS. var. [9] t. et, MA, CM. [10] perveniat, MG; proveniant, Y, OB, MB, MC; proveniunt, MA; om., CM. [11] petatur, OB, MA, MB; om., Y. [12] in q., V, OA, MG. [13] proferre, V, MA, OA, MG; fieri, MB. [14] c. terræ, OA, OC, MG, CE. [15] b. terræ, OB, MA, MB, MC, Y. [16] Om., OB, MA, MB. [17] in brevi, OC, MG, CE. [18] Om., OA, MG. [19] Om., OB, MA, MB. [20] valent, MC, OA, MG. [21] libras, OB, MA, MC, LA. [22-24] Om., MB, CE, CM. [23] recedet, OA, MG; -dat, MA; recordit, OC. [25] Om., OA, OC, MG, CE.

nihil: si totam teneat, utrum illam teneat nomine proprio vel nomine[26] alieno,[27] ut si in custodia vel in vadium, ad voluntatem vel ad terminum annorum, cadit breve, quia actio non competit contra talem sed contra illum cuius nomine fuerit in seisina. Si autem nomine proprio, tunc refert utrum ad terminum vitæ vel ut de feodo. Et quo casu conceditur ei visus si visum petierit, ut petens ostendat ei quantum terræ petierit et per quas metas, et hac ratione dabitur ei dilatio, ut[28] habito visu sciri possit si terram petitam integre teneat vel non, ut supra in tractatu de visu faciendo. Et hæc vera sunt nisi petens incontinenti possit ostendere certitudinem per quam facere possit quod tantundem valeat, ut si dicat: *Peto tantam terram per tales metas*, vel tantam terram unde antecessor suus obiit seisitus ut de feodo, vel sic: *Peto advocationem ecclesiæ Sancti*[29] *Petri*, cum duæ fuerint ecclesiæ in eadem civitate, videlicet Sancti Petri et Sancti Pauli,[30] ut supra plenius in tractatu de visu faciendo.

Cum visum habuerit.

Cum autem tenens visum habuerit vel quod tantundem valet, scire poterit utrum petenti respondere teneatur et[31] ad breve suum vel non teneatur,[32] secundum quod tenuerit totam rem nomine proprio vel[33] alieno, vel nihil inde tenuerit vel non[34] nisi eius partem, quia si totam non tenuerit amittere non potest quod non habet, et ita cadit breve sed[35] non actio, nisi ita sit quod petens ostendere possit quod tenens totam teneat in dominico et in servitio, nisi tenens docere possit contrarium quod nec in dominico nec in servitio. Et quo casu fieri poterit[36] iocus[37] partitus si partes consenserint sub tali periculo, vel quod tenens rem petitam amittat vel quod petens clamium[38] suum imperpetuat,[39] sed[40] hoc erit voluntarium et non iudiciale. Et notandum quod cum[41] tenens semel talem exceptionem proposuerit ulterius consimilem proponere[42] non poterit, ne diutius protrahatur[43] negotium, et tenens ad hoc poterit coartari quod ostendat quod[44] in possessione extiterit, ne iterum cadat breve per mendacium, et[45] etiam ad omnes exceptiones quæ faciunt ad breve prosternendum.

Oportet designare rem quæ et qualis sit quæ petitur, si res mobilis vel immobilis, et certa designatio.

In hac quidem[46] actione per breve de recto sicut in qualibet alia actione per quam petitur res corporalis, designare oportet petentem quæ et qualis

[26] Om., OA, MA, MG. [27] a. Si autem nomine alieno, V. [28] et, OC, MG, CE. [29-30] talis, OA, MG. [31] vel, OC, CE; om., OA, CM. [31-32] Om., OB, MA, MB. [32] Om., OA, MG. [33] vel nomine, OB, MB, Y. [34] Om., OA, MG. [35] et, OA, MG. [36] possit, V, CM. [37] locus, OC, MG, CE; om., MB. [38] clamorem, V; clam., MSS. var. [39] imperpetuum amittat, OA, MG; imperpetuum, OC, CE. [40] si, OA, MG. [41] si, OA, MG. [42] ponere, OA, MG. [43] trahatur, OA, OC, MG, CE. [44] quid, OC, CE, CM. [45] Om., OB, MA, MB, Y. [46] quidam, OA, MC; quid., MG, OC; quædam, CE.

sit res quæ petitur, ut si sit res immobilis sicut tenementum, designare oportet qualitatem et quantitatem ut supra dictum est. Si autem res mobilis sicut animal, vestis vel aliud quod consistat[47] in pondere, numero vel mensura, quia non sufficit dicere, *Peto rem*, nisi dicatur, *Peto talem rem*. Item[48] si tenementum oportet designare utrum sit terra vel redditus. Item si redditus, utrum annuus proveniens ex tenemento vel datus de camera, secundum quod supra distinguitur in tractatu de nova disseisina. Item si res sit mobilis designare oportet utrum petatur animal vel[49] vestis. Si animal, utrum homo vel leo. Si autem vestis, utrum bombicina de lana vel de lino. Si autem petatur res quæ in pondere consistat sicut massa rudis[50] vel formata, tunc scire oportet cuius ponderis et cuius generis. Si autem petatur res quæ in numero consistat sicut pecunia numerata, f. 432] tunc quot libræ, quot solidi vel quot denarii. Si autem petatur res quæ consistat[1] in mensura, tunc utrum liquidum an[2] solidum, ut si solidum, tunc cuius generis, utrum frumenti, ordei vel alterius[3] annonæ.[4] Si autem liquidum, tunc[5] utrum vinum vel[6] oleum vel huiusmodi, et sic cuius generis. De numero autem[7] constare oportebit quot modia vel[8] quarteria vel huiusmodi, et ita perpendi poterit de qualitate et quantitate rei mobilis. Si autem res[9] fuerit immobilis sicut terra, eodem modo oportet designare qualitatem et quantitatem ut supra dictum est. Item utrum tota[10] petatur an eius pars, et ne[11] plus petatur a petente quam tenens teneat. Item utrum petatur corpus rei cum pertinentiis vel sine. Item utrum petatur unum corpus per se vel cum pertinentiis, vel plura[12] corpora per se vel cum pertinentiis.[13] Item si plura corpora[14] cum pertinentiis vel sine, tunc utrum sese contingant et ita annexa sint quod unum ab alio separari non possit, vel quod sese in nullo contingant et penitus sint[15] diversa. Item refert utrum petatur ab uno vel pluribus, et[16] eodem modo utrum teneatur ab uno vel a pluribus,[17] ut supra de participibus. Item designatur res quæ petitur ex nomine, ut si petam[18] hominem oportet designare nomen, quia nomina hominum cognoscendorum gratia imposita sunt. Eodem modo si petatur manerium oportet quod designetur ex nomine, vel si alia quævis[19] res, vel alio[20] quæ[21] tantundem valeat[22] ut supra de visu faciendo. Et quem[23] ad modum[24] petuntur corpora sic[25]

[47] constat, OA, MG, CM. [48] ut, OA, MG. [49] an, MC, LA Y. [50] rudum, OA, MG.

[1] consistit, OC, MG, CE, LA; constiterit, OA. [2] aut, V, MA. [3-4] huiusmodi, OA, MG. [4] modi, OC, CE. [5] Om., OA, MG. [6] an., OC, CE, CM, MC, LA. [7] vero, OA, MG; om,, OB, MA, MB, Y. [8] vel quot, OC, CE, CM. [9] Om., OB, MA, MB. [10] totum, OA, MG. [11] si, OA, MG. [12-13] sine, OA, MG. [14] c. per se, OA, MG. [15] sunt, V, MB. [16-17] Om., OB, MA, MB. [18] petant, MC, LA. [19] quo, OA, MG; quæ ius, MSS. var. [20] alia, Y, OB, MA, MB; *sic*, MSS. gen. [21] quod, MC. [22] valeant, Y, OB, MA, MB; valet, OA, MG. [23-24] quandoque, OA, MG. [25] sicut, OA, MB, MC.

quandoque[26] petuntur iura, sicut ius[27] advocationis[28] quod[29] est de pertinentiis alicuius corporis, quia iura sine corporibus esse non possunt. Et petitur aliquando ius advocationis per se et cum[30] suis[31] pertinentiis, et aliquando cum corpore scilicet[32] cum ipsa re cum sit[33] de ipsius rei pertinentiis.

Exceptio quod nihil inde tenet.

CUM autem dicat petens in intentione sua, *Peto versus talem tantam*[34] *terram cum pertinentiis* etcetera, excipere[35] poterit[36] quandoque[37] tenens contra intentionem suam quod ipse nihil inde tenet nec umquam aliquid inde tenuit. Si petens hoc dedicere non possit, cadit breve simul cum actione cum[38] tenens verum confiteatur.[39] Si autem dicat se nihil tenere cum re vera totum teneat et inde se posuerit super inquisitionem, si tenens per inquisitionem convincatur pro mendace amittet rem quæ petitur propter mendacium. Et qualiter et per quod breve fieri debeat inquisitio[40] inferius dicetur, nec erit hic locus ioco[41] partito nisi in hoc consenserint partes ex abundanti. Item si excipiat tenens in hoc modo et dicat quod ipse[42] nihil tenet sed alius, si in hoc mendax inveniatur amittit[43] quod tenet propter mendacium et sine ioco[44] partito. Item si cognoscat quod rem teneat sed non totam quia alius partem sive de ipso corpore sive de pertinentiis, si per inquisitionem de mendacio convincatur, non tamen propter hoc amittit[45] ipsam rem totam[46] neque eius partem nec punitur mendacium ut prius, sed procedit[47] loquela versus tenentem ut de toto respondeat, nisi aliud inducat de communi consensu[48] iocus[49] partitus. Et quod dicitur de corpore dicatur de pertinentiis secundum quod totum tenuerit vel non tenuerit vel eius partem.

Cognoscere poterit quod aliquando tenuit rem petitam sed modo non tenet illam: ideo videndum quando desiit possidere.

ITEM respondere poterit et[50] cognoscere[51] quod aliquando tenuit rem petitam sed modo non tenet, quo casu videndum erit quando possedit et f. 432b] quando desiit possidere. Desinere autem potest quis[52] dolose ne secum agatur et quandoque sine dolo, et unde videndum an desiit possidere ante brevis impetrationem vel post. Si autem ante non tenetur ex dolo, cum non sit in arbitrio suo quando debeat respondere, licet sit in arbitrio petentis quando velit agere. Item non tenetur ex dolo, licet

[26] Om., OA, MG. [27-28] advocatio, OA, MG. [29] quæ, OA, OB, MB, MG. [30-31] tunc sine, OA, MG. [32] non, OA, MG; simul, V. [33] Om., OA, MG. [34] totam, OA, MG. [35-36] excipit, OA, OC, MG, CE. [36] potest, MC, LA, CM. [37] Om., OB, MA, MB, CM, Y. [38-39] Om., OA, MG. [40] Om., OA, MG. [41] loco, OC, MG, CE. [42] Om., OA, MG. [43] amittet, V, CM. [44] loco, OC, MG, CE. [45] amittet, V, CM. [46] Om., OA, OC, MG, CE, MB. [47] procedat, OA, MG. [48] assensu, V, MC, LA. [49] locus, OC, MG, CE. [50-51] Om., OB, MA, MB, Y. [52] q. possidere, Y, OB, MA; q. desinere, MB.

post impetrationem alienaverit et transtulerit ad alium rem petitam, quia bene potest tenens ignorare impetrationem. Et petens poterit esse negligens in prosecutione. Item alienare poterit sine dolo post impetrationem et post[53] summonitionem, ut si ante impetrationem vel[54] post impetrationem,[55] dum tamen summonitione præventus non[56] sit,[57] se transtulerit[58] tenens ad partes transmarinas vel[59] tam remotas quod de summonitione nihil[60] sciverit[61] et ibi alienaverit, non punitur.[62] Si autem fecerit contrarium in casibus supra dictis haberi debet pro possessore, et maxime si alienaverit post summonitionem testatam et probatam: ut de termino Sancti Michælis anno regis Henrici quarto incipiente[63] quinto.[64] Item si post impetrationem facta fuerit alienatio pendente inquisitione, erit breve in pendenti quod secundum hoc teneat vel cadat: ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici septimo comitatu Oxoniæ de Ioceo de Plugenay.[65]

Si summonitione præventus fuerit.

Si autem summonitione præventus fuit[66] quod illam[67] scivit vel scire debuit, pro possessore[68] tenebitur sive donatarius possessionem apprehenderit sive non. Item respondere poterit quod totum corpus manerii non tenuerit quia talis tenet tantum de corpore, unde ipse nihil,[69] sive[70] manerium petatur cum pertinentiis vel sine. Et unde nihil habet nec in dominico nec in servitio nec in elemosina nec in advocariis.[71] Et unde oportebit petentem docere per inquisitionem contrarium. Item licet tempore impetrationis et summonitionis nihil tenuerit, dum tamen postea possidere inceperit, respondebit. Item cum corpus manerii petatur in dominico respondere poterit tenens quod nihil inde tenet in dominico sed totum in servitio, et quo casu si ita sit cadit breve et similiter actio, quia non potest tenens amittere in dominico quod non tenet nisi[72] in servitio. Item cum petens totum petat in dominico tenens respondere poterit et cognoscere quod totum non tenet in dominico, sed partim[73] in dominico et partim[74] in servitio, quo casu videtur quod ex toto cadit breve et actio tantum pro ea parte quam non tenet in dominico, nisi ita sit secundum quosdam quod petens possit intentionem institutam in[75] hoc mutare, quod petere possit in dominico quod tenens tenet in dominico et in servitio quod tenens

[53] Om., OA, MG. [54-55] Om., MB, CM. [55] Om., OA, MA, MG. [56-57] ut sic, OA, MG. [58] contulerit, OB, MA, MB, Y. [59] vel ad, OA, MG. [60-61] nesciret, OA, MG. [62] puniatur, OA, MG. [63-64] Om., OA, MA, MG. [65] Plungelay, Plug., Pluckenet, MSS. var. [66] fuerit, MB, MG; om., OA. [67] Om., OB, MA, MB, Y. [68] possessione, OC, MG, CE. [69] n. habet, OB, MA, MB, Y. [70] seu, Y, OB, MA, MB; scivit, CM. [71] advocationibus, V, MA; advocatione, OA; advocaria, CM. [72] Om., OA, OB, MB. [73] partem, OA, MG, MA, MB, CM. [74] partem, OA, MA, MB, CM; om., MG. [75] et, OA, OC, MG, CE.

tenet in servitio. In electione vero petentis est in hoc casu utrum velit quod breve stet vel cadat,[76] secundum quod se tenuerit ad petendum in dominico[77] et in[78] servitio versus tenenetem, et sic stat breve, vel quod totum petat versus tenentem in dominico, et quod sic cadat breve. Item dicere poterit tenens et respondere ut supra quod nihil inde tenet omnino, nec in dominico nec in servitio nec in elemosina nec in advocaria, et hoc probato cadit breve.

Item si totum non teneat quia alius tenet de pertinentiis.

ITEM si dicat tenens[79] quod totum non teneat quia alius tenet de pertinentiis vel de corpore manerii tantum, sicut advocationem vel tantam terram, f. 433] replicare poterit petens quod non habet necesse excipere partem illam, vel quia[1] omnino non est de pertinentiis sed pertinet ad aliam terram et ad[2] aliud[3] feodum et semper pertinuit, et unde ipse nihil[4] clamat, vel[5] si[6] quandoque esset de corpore vel[7] pertinentiis, capitalis dominus suus qui eum inde feoffavit partem illam alienavit antequam antecessorem suum cuius seisinam ipse petit feoffaret, et ipse nihil aliud petit nisi illud[8] quod antecessor suus habuit anno et die quo feoffatus fuit, quia post feoffamentum illud nihil de re petita alienatum fuit vel translatum.

Item quod aliquando fuit de pertinentiis sed postea desiit esse.

ITEM dicere poterit petens[9] quod quando dominus rex dedit manerium illud cum petinentiis tali abbati, qui eum inde feoffavit per cartam suam, non fuit terra illa de corpore manerii nec de pertinentiis quia prius data per ipsum regem, et idem abbas illam dedit antecessori suo per cartam suam in eodem statu in quo abbas illam habuit[10] de dono domini regis et sicut carta regis testatur, scilicet in dominico id quod abbas ante donum suum habuit[11] in dominico et in servitio quod[12] habuit in servitio, in elemosina et in advocaria. Et unde dicere poterit quod abbas a conquestu Angliæ de rege in regem, et semper se defendit per hoc quod dixit quod tenuit terram illam cum talibus pertinentiis in elemosina[13] de regibus.[14] Ut de itinere Martini de Pateshilla de loquelis[15] quæ fuerunt[16] super iudicium de diversis comitatibus anno regis Henrici tertio comitatu Cantiæ, de Willelmo comite Marescallo seniore et Falcasio de Breaute.[17] Item ad hoc facit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto comitatu Bedefordiæ[18] de Willelmo comite Marescallo. Facit etiam ad hoc

[76] cadet, OA, MG. [77-78] Om., OA, MG. [79] petens, MC, LA.

[1] quod, OC, CE, CM. [2] Om., OB, MA, MB. [3] alium, OB, MA, LA, OC, CE, CM, Y. [4] n. inde, MC, LA, CM, Y. [5-6] licet, V, OA, MG; ut si, MC. [7] vel de, OA, MC, LA. [8] Om., OB, MA; MB; id, OC, CE. [9] tenens, V. [10] tenuit, V, OC, CE. [11] habuerint, OC, CE, CM. [11-12] Om., OA, MG. [13] elemosinam, MB, MC, LA, Y. [14] R. (= rege?), OA, OC, CE. [15-16] loquela q. fuerit, V, OB, CM. [17] Breante, Briaute, Brenes, Breute, MSS. var. [18] *sic*, MB; Bedeforde, OB; Bed(ef)., MSS. gen.

manifeste de termino Sancti Hillarii et[19] Paschæ anno regis Henrici quarto in principio, quia ibi dicitur quod sicut manerium datum fuit antecessoribus[20] in dominico et servitio etcetera ita illud petit. Item si dicat tenens quod totam terram non teneat, quia communis est et partibilis[21] inter coheredes et participes, et si[22] hoc negetur, inde fieri poterit inquisitio utrum ita sit vel non sit[23] ut supra de participibus. Et similiter[24] de termino Sancti Michælis anno regis Henrici sexto decimo incipiente[25] septimo decimo[26] in fine. Item[27] si petens plus petat quam tenens teneat, ut si petens petat viginti quatuor acras cum tenens non teneat nisi viginti, aut[28] stat breve aut[29] cadit,[30] et tunc fiat inquisitio per tale breve.

Inquisitio utrum tenuerit totum vel non.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum quatuor vel sex[31] vel pluribus legalibus hominibus[32] ex illis qui visum fecerunt[33] de terra quam talis petit versus talem, et per eos et[34] alios legales homines diligenter inquiras si prædictus talis tenens teneat[35] viginti quatuor acras terræ integre[36] quas talis clamat versus eundem talem necne, et unde idem talis tenens dixit quod non tenuit inde nisi tantum viginti acras et[37] quod talis petens tenuit inde quatuor acras,[38] et inquisitionem illam nobis mittas etcetera. Teste etcetera. Et de hac materia inveniri[39] poterit[40] de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici quinto comitatu Eboraci de Petro de Malo Lacu. Item si dicat tenens excipiendo quod nihil teneat cum alias in comitatu dixit se tenere totum et cognovit, et a tali tenente[41] versus quem nunc petitur,[42] et[43] ad terminum et non alio modo, cum petens hoc dedixerit[44] fiat inquisitio per hoc breve.

Si tenens dicat quod nihil tenuerit et alias cognoverit quod totum tenuit.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod in pleno comitatu tuo recordari[45] facias loquelam quæ fuit in eodem comitatu tuo inter tales[46] de tanta terra etcetera,[47] et unde prædictus talis versus quem etcetera re-
f. 433b] spondit quod non tenuit terram illam nisi ad terminum et ad voluntatem talis, nec aliquod[48] ius clamavit in eadem. Et recordum illud[49] habeas etcetera per quatuor etcetera. Teste etcetera. Idem dies datus fuit partibus. De hac materia inveniri poterit de termino Sancti

[19] et termino, MC, LA. [20] antecessori, V, CE; antecess., MSS. var. [21] participibus, OB, MA, MB, Y. [22] Om., OA, MG. [23] Om., OA, MG, CM. [24] Om., OA, MG. [25-26] Om., OA, MA, MG. [27] Om., MC, LA. [28] an, OA, MG. [29] an, OA, MG. [30] cadat, OA, MG. [31] quinque, OC, CE, MA. [32] etc., OA, MG. [33] fecerint, OC, CE, LA. [34] et per, OA, MA, MG. [35] tenuit, OA, MG. [36] *sic* (= integræ?), MSS. [37] Om., OB, MA, MB. [37-38] Om., OA, MG. [39-40] Om., OA, MG, MC, LA. [41] petente nil, OA, MG (nihil). [42] petatur, OA, MG. [43] Om., OB, MA, MB; nisi, V. [44] dixerit, MC, LA, OA, MA, MG. [45] recordare, OA, OC, MG, CE. [46] talem, OA, MG; tal., OC, CE. [47] cum pertinentiis etc., OA, OC, MG, CE. [48] aliquid, MC, LA, OC, CE. [49] illum, MC, LA.

Michælis anno regis Henrici nono incipiente[50] decimo[51] comitatu Bedefordiæ, de Ricardo de Vabadune.[52] Item notandum quod si quis terram petat[53] cum pertinentiis ab aliquo, et petat in dominico quod[54] in dominico[55] et in servitio quod[56] in servitio,[57] si tenens nihil tenuerit in dominico cadit breve. Et eodem modo licet ille qui tenet de tenente tenere debeat de eo. Si tamen tenens implacitatus nihil perceperit de servitio, cadit breve eodem modo ut[58] supra. Ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto comitatu Bukinghamiæ, assisa mortis antecessoris[59] de Hugone de Gurnay.[60]

Si tenens cognoverit quod totum non tenuerit in feodo sed partem.

Si autem tenens ita respondeat quod totam non teneat in feodo, sed partem in feodo et partem in custodia, non cadit breve pro ea parte quam tenet[61] in dominico. Ut de[62] itinere Martini de Pateshilla comitatu Cantiæ anno regis Henrici duodecimo, de Godefrido de Resintone.[63] Eodem modo si quis per unum breve plura petat maneria vel terras vel alia quæ sese non contingunt, stare poterit breve pro una parte et cadere pro alia parte, cum placita[64] sint omnino diversa.

Si quis manerium petat cum omnibus pertinentiis ad quod pertineat advocatio.

Item si quis manerium petierit cum omnibus pertinentiis ad quod pertineat advocatio ecclesiæ, et[65] nihilominus per aliud breve petat advocationem,[66] una actio et breve cadit cum sit superflua, quia petens plus petit eo quod bis petit idem,[67] et[68] est una petitio nugatoria et inutilis cum alia sufficiat per[69] se.[70] Et idem erit si per unum breve petat[71] manerium cum pertinentiis et postea in narratione sua dicat sic: *Peto tale manerium cum pertinentiis et cum advocatione ecclesiæ*, non tamen propter hoc cadit actio neque breve, sed suspendatur adiectio illa quasi superflua cum sufficiat manerium cum pertinentiis petere. Item replicare poterit petens eo quod tenens dicit quod totum non teneat quia alius tenet advocationem, replicari poterit quod advocatio non pertinet ad terram petitam sed ad aliam baroniam et ad[72] aliud[73] feodum, et ideo quod[74] non est necesse illam[75] excipere: ut de placitis quæ sequuntur regem anno regni sui vicensimo

[50-51] Om., OA, MA, MG. [52] Vabaduum, Vabadim, Nabadun., Baubadun., Jabadin., Sabard., MSS. var. [53] petit, MC, LA; petiit, MB. [54-55] Om., OA, MA, MG. [56-57] Om., LA, OC, CE, CM. [58] quo, OA, MG. [59] Om., V, OC, CE, OB. [60] Burnay, Turnay, Tornay, Gurney, MSS. var. [61] tenens t., V, MG. [62] in, OA, CE, OC. [63] Ressinton., Resigton., Rissinton., Desinton., MSS. var. [64] plura p., MC, LA; omnia, OC, CE. [65] Om., Y, OB, MB, MA (om. e. nihilominus). [65-66] Om., OA, MG. [67-68] id, OC, CE; item, CM. [69-70] ut de, MC, LA; om., OA, OC, CE, MG, CM. [71] petit, OA, MG. [72] Om., OA, MG. [73] alium, OB, MA, MB, OC, CE, CM, Y. [74] quia, LA, MA; om., OA, OC, MG, CE, CM. [75] illa, LA; om., OA, MG.

comitatu Bedefordiæ, de Iohanne de Traylly[76] et Waltero de[77] Godardville.[78] Et sic[79] amittere poterit quis multipliciter propter plus petitionem. Plus autem peti[80] potest[81] multis modis, re, causa, loco,[82] tempore, ut si quis dicat vel petat plus quam tenens teneat, cadit breve sed non cadit actio, sicut videri poterit in muliere petentem dotem, ut si plus petat quam ad ipsam pertineat nomine dotis, non tamen cadit a[83] causa,[84] dum tamen protestata fuerit quod plus non petierit quam tertiam partem unde[85] vir suus obiit seisitus ut de feodo. Ut de termino Paschæ anno regis Henrici septimo comitatu Sussexiæ, de[86] Nicholaa quæ fuit uxor Thomæ de Gasteneis.[87]

Si dicat quod nihil tenuerit mentiendo, sicut[88] de priore de Wenlock et Waltero de Insula.[89]

Cum autem tenens dicat ut supra dictum est quod nihil teneat cum re vera[90] tenuerit mentiendo, et petens ante inquisitionem inde factam se ipsum decipiendo se de brevi retraxerit, et agere[91] inceperit[92] versus alium qui[93] a tenente falso dicebatur esse tenens, et qui dixit[94] se non tenere cum re vera nihil teneat, et de hoc constiterit per inquisitionem, ille qui falso f. 434] negavit non amittet propter mendacium eo quod petens illum de mendacio non convicit,[1] sed minus caute se retraxit,[2] et sic non punitur mendacium propter suam negligentiam, quod quidem[3] fieret si negligens non fuisset.

Si tenens dicat quod totam non teneat et petens quod totam, sic fit res dubia per negationem, aut locus erit ioco partito aut inde inquisitio et de pertinentiis, et sunt pertinentiæ pertinentiarum.

Cum vero tenens excipiendo dicat quod totam[4] terram petitam non teneat et petens dicat quod totam teneat, quia per hoc fit[5] res dubia, fiat inde[6] inquisitio sub periculo amissionis per iocum partitum: ut de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici nono comitatu Berkeriæ[7] de Rogero de Dreytona.[8] Si autem a petente obiciatur quod terra quæ excipi deberet non sit de pertinentiis terræ petitæ, tunc fiat inquisitio per hæc verba, scilicet si tanta terra cum pertinentiis, quam talis tenet in tali villa, sit[9] de tot

[76] Traly, Trally, Grayli, MSS. var. [77] Om., MSS. var. [78] Goderdwill., Godarvill., Godardevil., Godr., Godarhull., Godall., Godrasill., MSS. var. [79] Om., OA, MG. [80-81] petitur, OA, OC, MG, CE; petit, CM. [82] l. et, MC, LA. [83] Om., OA, OC, MG, CE. [83-84] actio, MA, CM. [85] in quam, OA, MG. [86] ut de, OA, MG. [87] Castinens, Casten., Castenes, Casteneys, MSS. var. [88-89] Om., MSS. var. [90] v. nihil, OA, OC, MG, CE, MC, LA. [91] alium, Y, OB, MB; om., MA. [92] incipiat, OA, MG, LA. [93] quia, OC, MG, CE, CM. [94] dixerit, V, OC, CE.

[1] convincit, V, OC, CE, CM, OB, MA. [2] retraxerit, V, OC, CE. [3] quidam, OA; om., OB, MA, MB. [4] tantam, OA, MG. [5] sit, MSS. var. [6] Om., OB, MA, MB. [7] Bark., Derb., Dereb., MSS. var. [8] Draston, Drayton, Dretton., Braiton, Branc., Br., MSS. var. [9] si, Y, OB, MA, MB; om., OA, MG.

hidis vel de tanta terra vel de corpore talis[10] manerii vel de eius pertinentiis quam talis clamat versus talem. Vel aliter, si ille talis teneat illas hidas vel tot hidas terræ vel tantam terram in eisdem villis, sive[11] terram[12] illam[13] quam idem[14] talis clamat in prædictis villis versus talem. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici nono comitatu Warrewickiæ de Roberto de Cherletona.[15] De hoc autem quod dicit quod talis petit tantam terram cum pertinentiis, dictum[16] est supra de pertinentiis quæ et quales sint.[17] Sunt enim pertinentiæ et[18] corpus ad quod pertinent pertinentiæ, et sunt[19] pertinentiæ pertinentiarum.

Item dicitur in tali villa. Videndum igitur quid dici debeat villa.

Item dicit in[20] tali villa, et si error sit in nominibus villarum satis dictum est supra quid inde faciendum sit, sed[21] si minus ibi[22] dictum sit, fiat hic repetitio ut addatur. Videndum igitur quid mansio, quid villa et[23] quid manerium. Mansio autem poterit esse constructa ex pluribus domibus, vel una quæ erit habitatio una et sola sine vicino, etiam etsi alia mansio fuerit vicinata non erit villa, quia villa est ex pluribus mansionibus vicinata et collecta[24] ex pluribus vicinis. Manerium autem fieri potest ex pluribus villis vel ex una. Plures enim villæ possunt esse in corpore manerii sicut et una, et[25] ad unam mansionem pertinere poterunt plura tenementa. Et genera tenementorum pluribus et diversis nominibus specificata, quæ cum ad mansionem pertineant non poterunt dici quod sint in tali villa specificata denominatione[26] mansionis, sed mansio et tenementa simul esse possunt in aliqua villa ex pluribus mansionibus vicinata. Item quandoque manerium et villa ubi non fuerit[27] nisi unica villa in manerio denominari possunt uno nomine, et tenementa tali manerio adiacentia erunt in tali villa et in tali manerio, quia villa denominatur a manerio et manerium a villa e[28] converso. Item et secundum hoc plura possunt esse
f. 434b] in patria una et diversa maneria et diversæ et plures villæ, et ideo tenementa et agri limitati[29] ad unum manerium vel[30] unam villam non possunt dici quod sint[31] in alio manerio sive[32] alia villa, quia limitati sunt fines agrorum. Item si plures sint villæ in uno manerio, poterit res petita esse in una villa vel in diversis, et[33] si in diversis, specificari poterit

[10] Om., OA, MG. [11-13] sine terra illa, MC, LA. [12-13] terra illa, OC, CE. [14] Om., OC, CE, MA. [15] Carleton., Chelleton., Cherlton., MSS. var. [16] ut d., MC, LA, OA, MG. [17] sunt, V, OA. [18] ad, OB, MA, MB. [19] Om., OB, MA, MB. [20] etiam in, V, Y, MC, LA, MB; quod in, CM. [21] Om., OA, OC, MG, CE. [22] inde, OA, MG. [23] Om., OC, MG, CE. [24] c. et, OA, MG; collata, V, OC, CE; colligata, MB. [25] Om., OA, MG, CE. [26] de nominatione, MSS. var.; denuntiatione, CM. [27] fuerint, OA, OC, CE, MG (-runt); sunt, CM. [28] et e, OA, OC, MG, CE, CM, MC. [29] limitata, V, OB, CM; limitari, MC. [30] et, OC, MG, CE, OA (et ad). [31] sunt, V, OA, OB, CM. [32] seu, OA, OC, MG, CE. [33] Om., OA, MG.

quantum vel[34] quid petatur in una[35] vel in alia, et tamen[36] utraque erit in uno manerio et corpore manerii, sed non e converso, quod[37] quidquid sit in manerio sit in qualibet villa, quia villa non continet manerium nec comprehendit, sed e converso manerium continet et comprehendit omnes villas. Poterit etiam esse cum plures sint villæ in manerio quod totum manerium denominatur a nomine unius villæ, licet totum manerium comprehendi non possit sub villa. Et unde aliud est dicere in tali villa aliud in tali manerio, quia specificato nomine manerii obscura erit petitio et nulla, nisi specificatum fuerit nomen villæ in qua tenementum petitum fuerit, si alia fuerit villa et diversa ab ea de qua denominatur[38] manerium, cum plures fuerint[39] villæ in eodem manerio. Si autem tenementum fuerit in villa de qua denominatur[40] manerium, recte petitur si fiat respectus ad denominationem qua[41] specificatur villa[42] et non qua specificatur[43] manerium, licet villa illa sit in eodem manerio, quia si haberetur respectus ad nomen secundum quod est nomen manerii, nulla[44] esset specificatio cum plures aliæ villæ sint in eodem manerio. Item habito respectu ad nomina villarum non[45] quidquid est in una villa est in alia, licet quidquid sit in omnibus villis sit in uno et eodem manerio.

Item de hoc quod dicit petens, Peto hoc ut ius meum, oportet docere quo iure petat, cum sit ius proprietatis et possessionis, et[46] *inde exceptio.*[47]

Item competit exceptio tenenti ex hoc quod petens in[48] intentione sua dicit, *Peto versus talem tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius meum.* Ad quod notandum quod diversa[49] sunt iura, unum videlicet[50] possessionis et aliud proprietatis. Possessionis quoad liberum tenementum vel quoad feodum. Quoad liberum tenementum ut si quis quacumque ratione tenuerit ad vitam suam. Quoad feodum ut si quis tenuerit ad[51] feodum[52] sibi et heredibus suis. Est etiam ius proprietatis quod dicitur ius merum. Et quandoque coniunguntur[53] in una persona ius possessionis et ius proprietatis, secundum quod dicitur, *Iste se ponit in assisam de dreit dreit:*[54] et ad quemcumque pertineat[55] ius proprietatis illum sequi debet possessio, quia possessio semper sequitur proprietatem et non e converso. Et quandoque dividitur ius proprietatis a possessione, quia[56] proprietas statim

[34] et, OC, CE, CM. [35] una villa, OA, MG. [36] Om., OA, MG. [37] quia, OC, CE, CM; et, MG. [38] nominatur, OA, OC, MG, CE, CM, MA, LA. [39] sint, OA, MA, MG. [40] nominatur, MA, CM, OA (-netur). [41] quia, OA, OC, MG, CE, MC. [42] Om., OB, MA. [42-43] Om., MB. [44] villæ, V; villa, OB, MA, CM, OA, MG; [45] n. autem, OA, MG; nec, OC, CE. [46-47] Om., OC, MG, CE. [48] Om., OA, OC, CE, CM. [49] plura, OA, MG. [50] scilicet, OA, MG. [51-52] Om., OA, OC, MG, CE. [53] coniungitur, V, MA; -imur, OA; om., OB. [54] Om., MSS. var. [55] pertinet, OA, MG. [56] et, OA, MG.

post mortem antecessoris descendit heredi propinquiori, præsenti et[57] absenti, scienti et ignoranti, maiori sicut minori, masculo et feminæ, furioso et mente capto, stulto et fatuo, surdo et muto naturaliter. Sed tamen[58] non statim adquiritur talibus possessio, quia alius ante aditionem hereditatis, parens vel extraneus, medio tempore se ponere poterit in seisinam, et de seisina talis poterit ius possessionis descendere ad heredes talium[59] inferiores per negligentiam proprietarii. Ut si cum ius proprietatis descendat ad antenatum propinquiorem, frater postnatus se ponat in seisinam, et sic cum post longum intervallum quod sine brevi eieci non possit[60] moriatur seisitus, transmittit ad heredes suos cum iure possessionis quod f. 435] ipse habuit quasi in feodo quoddam ius proprietatis cum iure possessionis illius, quod sequi debuit[1] primam[2] proprietatem, et sic de herede in heredem usque in[3] infinitum, et sic erunt ibi[4] duo iura proprietatis per diversum descensum et diversas personas et gradus. Sed[5] unus eorum maius[6] ius proprietatis habebit propter prioritatem sicut frater antenatus et ipsius heredes, et illi minus ius qui descendunt de fratre postnato, sed semper præferri debet possessio donec heredes descendentes de fratre antenato ius[7] proprietatis[8] evicerint, et si[9] cum[10] frater postnatus plures habuerit[11] filios et postnatus se posuerit in seisinam et sic seisitus obierit ut prædictum est, ita[12] esse poterit ut prædictum[13] est.[14] Et sic de herede in[15] heredem quod ad plures descendere poterit ius proprietatis per diversas personas,[16] gradus et lineas, quod plura possunt esse iura proprietatis et plures possunt habere maius ius aliis, secundum quod fuerint priores vel[17] posteriores. Et hæc[18] locum habere[19] poterunt[20] in personis extraneorum sicut in personis parentum qualitercumque se posuerint[21] in seisinam.

Item plures possunt ius habere, unus maius et alius minus.

Poterit autem quis dicere in intentione sua quod ius habeat[22] in re petita cum omnino nihil iuris habeat, quod perpendi poterit per narrationem descensus. Item cum aliquid[23] iuris[24] habuerit sicut coheredes, ut frater

[57] vel, OA, OC, CE. [58] Om., OB, MA, MB; tantum, MG. [59] tales, OA; tal., MG. [60] potest, V, OA, MG.

[1] debeat, V; debet, OA, MG. [2] illam, OA, MG; ipsam, OC, CE, MC. [3] ad, OC, CE, CM. [4] Om., OB, MA, MB. [5] si, OA, MG. [6] magis, OA, OC, MG, CE. [7-8] Om., OA, MG. [9-10] Om., OA, OB, MA, MB; sicut, CM; si, MG. [11] habuit, MSS. var.; om., OB, MA, MB. [12-14] Om., OC, CE, MA, MB. [13] supra dictum, OA, MG. [15] ad, V; et, OA, MG. [16] p. et, OB, MA, MB, Y. [17] et, OB, MA, MB, Y. [18-20] hoc l. h. poterit, OC, CE, OA, MG. [19-20] habent, OB, MA, MB; habuit, Y. [21] posuerit, OA, OC, CE. [22] habet, OB, MA, MB, Y. [23] aliquis, OA, OC, MG, CE, MC. [24] ius, OA, OC, MG, CE.

postnatus vel[25] huiusmodi, alius maius ius habet sicut frater antenatus vel heredes ex eo provenientes.

Item sunt qui tantundem iuris habent.

ITEM excipere poterit tenens quod si petens ius habeat,[26] tamen sint[27] alii coheredes et participes qui tantundem[28] iuris habent, et sine quibus ipse per se nihil petere poterit[29] ut supra dictum est, vel quia res communis est cum aliis participibus licet non coheredibus.

Item quod uxorem habet tenens cuius ius agitur.

ITEM excipere potest[30] quod adiunctum habet sicut uxorem[31] de cuius iure agitur et sine qua petere non poterit, ex quo nulla facta est mentio in brevi de uxore. Item excipere potest si[32] petens ius habeat ille qui tenens est maius ius habet, quod quidem expediri[33] poterit per magnam assisam si tenens voluerit.

Item quod poterit impediri descensus per feloniam commissam per aliquem antecessorum.

ITEM competere poterit tenenti exceptio licet antecessor ita seisitus fuerit ut de feodo et iure sicut petens proponit, propter impedimentum descensus, ut si aliquis[34] antecessorum feloniam fecerit de qua convictus fuerit, ut si suspensus[35] propter feloniam vel[36] utlagatus rite et secundum legem terræ ex causa iusta vel sine. Item ex cognitione propria si feloniam cognoverit quamcumque[37] et sic regnum abiuraverit. Item si aliquis antecessorum suorum ius suum remiserit tenenti vel alicui de quo ipse habet causam possidendi, et quietum clamaverit vel recognoverit et remiserit pro se et heredibus suis per finem factum in curia domini regis.

Item competit exceptio tenenti ex ipsa editione actionis, si omnino nihil[38] vel obscure.

COMPETIT[39] etiam exceptio tenenti ex ipsa[40] intentione et editione actionis, ut si cum proponere debeat intentionem audito brevi nihil[41] proponat vel nihil omnino dicat, tenens erit absolvendus quia nihil dicenti non erit aliquid respondendum. Item si intentionem suam obscure proponat vel minus plene vel dubie, non erit ei respondendum quia non refert utrum quis omnino intentionem suam non[42] proponat vel obscure vel non plene vel dubie. Item si cum[43] intentionem suam proponat plene nec doceat quo

[25] et, V, OA, MG. [26-27] habuerit tantum sicut, OA, MG. [28] tantum, OA, MG. [29] possit, OA, MG. [30] poterit, OB, MA, MB, OA, MG, Y. [31] uxor, V, MG; ux., MSS. var. [32] quod si, V, OA, MG. [33] expedire, OA, MG; experiri, LA, OC, CE. [34] quis, OA, MA, MC, MG. [35] s. fuerit, V, OA, OC, MG, CE. [36] ut, OB, MA, MB. [37] quandocumque, OA, OC, MG, CE, Y, OB; quandoque, MB; qualitercumque, MC. [38] n. proponat, OC, CE; non proponit, OB; non, LA. [39] item c., MC, LA. [40] i. exceptione, OA, MG. [41] vel, OA, MG. [42] Om., OC, CE, CM, MC, LA. [43] quis, OA, MG; (sicut, MB).

iure petat, non erit audiendus quia[44] si tantum[45] dicat, *Peto talem rem meam*[46] *ut ius meum*, non sufficit nisi incontinenti de iure doceat, ut si dicat, *et unde talis antecessor* etcetera. Item et si de iure doceat aut[47] f. 435b] fundat[48] intentionem,[49] non valet nisi incontinenti probationem habeat sicut inferius dicetur,[50] quia qui[51] nihil probat[52] cadit intentio[53] propter defectum probationis, nec refert utrum omnino nihil probaverit vel minus sufficienter, secundum quod inferius dicetur de litis contestatione.

Item datur exceptio ex variatione narrationis dicendo modo unum et modo aliud.

Item datur exceptio tenenti ex variatione[54] narrationis dicendo modo unum modo aliud primo[55] contrarium vel diversum, et si intentionem suam mutaverit, nisi in casu licito, vel per narrationem suam a brevi suo[56] recesserit ita quod narratio non sit consona brevi, vel quod non dicat[57] quod tantundem valeat. Item si[58] cum[59] semel intentionem suam proposuerit et postea cadat[60] breve propter vitium, et cum per aliud breve postmodum agere inceperit, intentionem suam[61] quam per primum breve proposuit[62] in toto mutaverit[63] vel in parte. Et multo fortius si per fraudem se retraxerit ab uno ut intentionem[64] suam[65] mutare possit in alio, quamvis obici possit quod res nova causam novam desiderat, sed quamvis mutetur breve, tamen mutari non debet[66] actio neque intentio prius proposita, nec magis variari[67] debet in uno quam in diversis propter pluralitatem brevium cum proposita fuerint[68] sub eadem actione.

Item competit exceptio tenenti ex re iudicata.

Item competit exceptio tenenti rei iudicatæ, ut si antecessor petentis vel aliquis heredum suorum rem petitam amiserit per iudicium in causa proprietatis, sicut per magnam assisam vel duellum vel per iuratam aliquam in quam se posuerit, et talis exceptio peremptoria est quia ex toto perimit iudicium. Item si[69] per[70] concordiam et per[71] finem factum quæ similiter peremptoria est, quæ[72] dicitur finalis concordia, et ideo finalis quia imponit finem litibus, ut si tenens dicat quod aliquando fuit placitum[73] in

[44] quod, MC, LA. [45] iterum, OA, MG. [46] Om., V, OA, MG, CM. [47] et, OA, MG. [48] fundet, OB, MB, Y. [49] i. suam, V, OB, MA, MB. [50] dictum est, OA, MG. [51] ubi, OA, MG; quod si, OC, CE. [52] probatur, OA, OC, MG, CE, MC. [53] ab intentione, OB, MA, MB, Y. [54] narratione, OA, MG. [55] prius, OA, OC, MG, CE, CM; om., MA. [56] Om., OA, MA, MG. [57] cadat vel, OA, MG. [58-59] sicut, OB, MB; om., MA; si quis, OA, MG. [60] cadit, OA, OC, CE. [61] Om., LA, MA. [62] proposuerit, MSS. var.; posuit, MB. [63] Om., OA, MG. [64-65] in totum, OA, MG. [66] potest, OA, MG. [67] narrare, OA, MG. [68] fuerit, OC, CE, CM, MA, MG. [69-70] propoter, OA, MG. [71] Om., OA, OB, MB, MG. [72] quia, OC, MG, CE, CM, LA; et, OA. [73] implacitatus, MC, LA, MA.

curia domini[74] regis de eadem terra inter talem petentem et talem tenentem vel eorum antecessores, et[75] loquela ita deducta fuit et terminata quod terra remansit tenenti vel eius antecessoribus[76] per magnam assisam vel per[77] duellum, iuratam[78] vel inquisitionem, vel per defaltam post duellum vadiatum vel magnam assisam electam, per iudicium, per finem factum et huiusmodi. Et hæc omnia probari poterunt per rotulos et recordum iustitiariorum.

Item competit exceptio ex taciturnitate, quod clamium non apposuit. Competit etiam exceptio tenenti ex taciturnitate petentis vel alicuius antecessoris sui, ut si quis tacuerit cum viderit de iure suo litigare vel concordiam facere clamium suum non apposuerit, per[79] iudicium, sicut si[80] magna assisa[81] adiudicata fuerit vel duellum vadiatum vel iurata aramiata vel cirographum factum in curia. < Ut de itinere Willelmi de Ralegha comitatu Leycestriæ de Willelmo de Berimgehurst.[82] > Et videndum qualiter[83] quis[84] opponere[85] debeat clamium et quando et ubi, et cui præiudicatur quod clamium non apposuerit et cui non. Item quando excusatur quis quod clamium non apposuerit et quando non. Quis? Et sciendum quod quilibet cuius interfuit, sicut ille qui ius habet in[86] re de qua contentio fuerit, per se ipsum vel[87] per alium. Qualiter? Et sciendum f. 436] quod sic dicere poterit simpliciter, *Appono clamium meum.* Vel sic[1] si duellum fuerit vadiatum dicere poterit[2] quod non ponit[3] ius suum in clamium petentis nec in defensum tenentis, sufficit quidem si ipse vel antecessor suus faciat quod tantundem valeat. Ut si placitum moverint[4] tenenti et fecerint[5] rem litigiosam, quia sicut plus est[6] facto appellare quam verbo, ita plus est clamium apponere facto quam verbo. Et ad hoc facit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quinto decimo comitatu Huntingdoniæ de quadam Goldeburga, cui obiectum fuit quod clamium non apposuit, et ipsa respondit quod fecit quod tantundem valuit, quia tempore finis facti implacitavit tenentem per aliud breve. Item si ipse cui[7] opponitur clamium[8] non apposuit,[9] sufficit si antecessor clamium apposuerit. Et ad hoc facit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Hen-

[74] Om., OA, MG, MC, LA. [75-76] Om., OA, MG. [76] antecessori, V, Y, OB; antecess., MSS. var. [77] Om., OA, MG. [78] iuratum, OC, CE, MG; iur., OA. [79] et per, OB, MA, MB, Y. [80] Om., Y, OB, MA, MB, MC (iud. cum mag.); per, OA; in, OC, CE. [81] a. ei, OB, MA, MB, MC, Y. [82] Beremgeburst, Betingehurst, Brinegest, Hemengbur., MSS. var. [83-84] quis et qualiter, MC, LA, CM. [85] opponi, V, LA; apponi, CM; apponere, Y, OA; proponere, OC, CE. [86] de, OA, MG. [87] et non, OB, MA, MB; non, Y.

[1] Om., OA, MG. [2] possit, V; potuit, CM, MG. [3] posuerit, MA; posuit, MB; potuit, OA, OB, MG, CE, CM. [4] moverit, V, MA, OC, CE, CM. [5] fecerit, V, MA, CM. [6] est de, OB, MA, MB; est in, OC, CE. [7] Om., OB, MA, MB, Y. [8] quod c., V, OB, MA, MB. [9] opposuit, MC, LA.

rici nono comitatu Middelsexiæ, de Henrico Boiqueinte,[10] et ubi Henricus amisit tenementum quia pater suus non apposuit clamium cuius tunc interfuit[11] clamium apposuisse, et si clamium apposuisset hoc prodesset[12] Henrico, et ubi ita responsum fuit petenti quod finis factus fuit de terra quæ petebatur in curia Henrici regis avi domini regis anno regni sui tricensimo, inter Willelmum Reymis avum Willelmi qui petiit et Waleranum[13] tenentem[14] patrem cuiusdam Iohannis participis sui, per[15] quem finem terra illa remansit eidem Walerano et heredibus suis, et inde protulit[16] cirographum etcetera. Et postea alius finis factus fuit de eadem terra inter Luciam matrem prædicti Iohannis et ipsum Iohannem, et inde[17] protulit[18] cirographum confectum anno quarto regis Iohannis. Et desicut Henricus non apposuit clamium suum nec antecessores sui, ideo noluit Iohannes ei respondere nisi curia consideraret. Ad quod respondit[19] Henricus quod primus finis et cirographum non potuerunt ei nocere, quia tunc fuit ipse infra ætatem. Et de secundo fine dicit quod non debuit ei nocere quia fuit in servitio domini regis ultra mare apud Windome. Ad quod Iohannes respondit quod tempore primi cirographi et secundi fuit pater ipsius[20] Henrici vivus et sanus et præsens in curia ubi fines facti fuerunt,[21] et desicut ipse clamium suum non apposuit, petiit iudicium si debuit ei respondere. Ad quod Henricus respondit quod re vera postquam pater suus qui cruce signatus profectus fuit in Terram Sanctam, et inde reversus fuit quasi stultus et amiserat memoriam quod nescivit terram regere, et se dimisit de terra illa.[22] Ad quod Iohannes respondit et dicit quod sanus fuit et incolumnis, et[23] tempore interdicti se contulit religioni et[24] bona memoria diu vixit postea in habitu religionis. Et quia Henricus non potuit hoc dedicere Iohannes inde quietus recessit.

Item quando?

ITEM quando? Et sciendum quod statim in ipso placito et in[25] factione[26] cirographi, vel ante iudicium si præsens fuerit in curia vel si in patria vel in regno infra quatuor maria, nec allegare poterit ignorantiam nisi iustum intervenerit impedimentum, nec ulterius[27] audiri[28] debet ut videtur,[29] quia terminum habet ad minus unius mensis secundum communem provisionem regni, infra quem venire poterit commode post placitum motum

[10] Roiqueinte, Byoqueynte, de quiney, de Quinte(i), deoquinte, Duquinte, MSS. var. [11] interfuerit, OA, OB, MA, CM. [12] prodesserit, OC, CE, CM; -dessent, OA; profuisset, MB. [13] Walrannum, Valerianum, MSS. var. [14] Om., OA, OC, CE, CM, MA. [15] qui per, MC, LA. [16] quædam p., LA; p. propter, MC; propter, MB; habet, OC, CE. [17] inter, LA. [17-18] qui cum habuit, OC, CE. [18] propter, OB, MC. [19] respondet, MC, LA, OA. [20] prædicti, MC, LA. [21] fuerint, MC, LA. [22] Om., OB, MA, MB, Y. [23] a, OA; om., OC, CE. [24] et in, MC, LA. [25] Om., V, MA, CM. [26] fectione, OA; interfectione, MA; confectione, CM. [27] Om., MC. [28] audire, OA, OC, CE. [29] v. ulterius, MC, LA.

ubicumque fuerit in regno infra quatuor maria, quia quilibet[30] implacitatus debet habere summonitionem quindecim dierum ad minus, quæ rationabilis dici poterit summonitio: nec conceditur alicui cirographum primo f. 436b] die litigii, sed habebit alium diem per spatium quindecim dierum ad minus ad capiendum cirographum suum, ut[31] infra totum illud tempus possit qui ius habuerit apponere clamium suum. Item ubi? Et sciendum quod in curia domini regis in ipso iudicio vel ante iudicium.

Item cui præiudicetur de clamio non apposito.

ITEM et[32] cui præiudicatur? Et sciendum quod ei de cuius iure[33] agitur et heredibus suis in infinitum ab eo descendentibus.

Excusationes quare clamium non apposuit.

EXCUSATUR autem ille qui clamium non apposuerit multis modis, ut si tempore quo finis factus fuerit[34] et cirographum fuit petens infra ætatem vel antecessor qui clamium apposuisse debuit. Et illud idem de iure esse deberet ut videtur per simile, si tunc fuit furiosus vel mente captus et non sanæ mentis, quia in multis ad paria iudicantur minor et furiosus, vel[35] multum non differunt quia ratione carent.[36] Quod quidem dici posset[37] de aliis sicut de idiotis et naturaliter surdis et mutis et consimilibus. Sed videndum[38] utrum perpetuo[39] excusentur vel ad tempus, scilicet[40] quo[41] minor effectus fuerit plenæ ætatis vel furiosus sanæ[42] mentis,[43] ut[44] tunc quod in minori ætate vel in furore facere non potuerunt postmodum facere teneantur, vel[45] si tacuerint ex hoc eis præiudicium generetur, quia dicunt quidam quod nisi[46] minor infra annum postquam effectus fuerit plenæ ætatis clamium non[47] apposuerit, minor ætas eum non excusabit. Sed re vera excusatur imperpetuum, quia tempore litigii in ipso iudicio et ante iudicium redditum pendente litigio, debet clamium apponi vel non apponi, quia post iudicium vel cirographi liberationem non valet licet fuerit appositum < Illud idem ut videtur observari deberet de iure et feodo ecclesiæ si rector clamium[48] non apposuerit, quod ecclesiæ non præiudicatur cum fungatur vice minoris, non magis quam minor si custos clamium non apposuerit. >

Excusatur si in prisona tunc fuit.

EXCUSATUR etiam[49] quis quod clamium non apposuerit si tempore litigii in prisona detentus fuerit ita quod venire non possit neque mittere,quod[50]

[30] Om., MC, LA; quælibet, CE. [31] Om., OA; vel, OC, CE. [32] Om., V, OC, CE, CM, Y. [33] re, MC, LA. [34] fuit, V, OB; om., MA. [35] quia, OC, CE; non, OA; et, CM. [36] caret, OA, CM. [37] possit, V, OC. [38] v. erit, OB, MA. [39] imperpetuum, V; perpetue, OC, CE. [40] si, OB, MA. [41] cum, LA; tamen, MC; quousque, OC, CE. [42-43] non s. m., OC, CE; mente, OA; mente captus, CM. [44] ut si, OA, CM. [45] ut, OB, MA, Y. [46] si, OC, CE; non, OB; ubi, MA. [47] Om., V, Y, OB; c. suum, MA. [48] c. suum, OA, CM. [49] autem, V, OC, CE, CM, MA. [50] quia, V, MA.

nulli vertitur in dubium, et ubi eadem ratio et idem ius, videtur quod excusari debeat quis si per vim maiorem vel[51] per[52] fraudem extra prisonam detentus fuerit quod venire non possit neque mittere, dum tamen hoc per certa iudicia[53] probari possit.

Item si infirmitate tali quod discernere non possit et[54] quod memoriam etcetera.[55]

ITEM excusari poterit ut videtur per simile[56] tamquam per prisonam, si quis tempore litigii tali infirmitate detentus fuerit quod venire non possit neque mittere quia non discernit. Item excusatur uxor quæ sub potestate viri supposita quod clamium non apposuerit licet mittere possit. Ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto comitatu Gloucestriæ de Roberto Cusin. Et sic videtur quod omnis impotentia excusat sicut infirmitas, vis maior et huiusmodi. Est enim bona occasio[57] a similibus procedere ad similia. Excusatur etiam quis quod clamium non apposuerit, ut si toto tempore litigii fuerit[58] ultra mare quacumque occasione,[59] ita quod sit[60] verisimile quod de placito potuit ignorare, nec in aliquo prædictorum casuum habet quis necesse post iudicium vel cirographum liberatum clamium apponere.

Si finis factus qui teneri nec stare possit et ubi finis nullus.

EXCUSATUR etiam[61] quis quod clamium non apposuerit, scilicet[62] ubi finis ipso iure nullus, ut si factus fuit de tenemento quod alius tenuit, <Ut si ipse qui debuit clamium apposuisse vel antecessor suus fuit in seisina de eadem re quando finis factus fuit, et non ille vel[63] antecessor suus[64] qui finem allegat. Item si finis contineat falsitatem sicut de warantia cartæ, ubi ille qui dicit se fuisse in seisina nullam seisinam habuit tempore con-
f. 437] fectionis cirographi.> ut si factus fuerit per dolum et fraudem vel alio modo in alterius præiudicium quod finis tenere non[1] debeat. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis[2] tertio incipiente quarto comitatu Sussexiæ, assisa mortis antecessoris, si Matillis[3] amita Rogeri de Badelegha.[4] Item excusatur quis qui clamium non apposuerit ubi cirographum nullum, ut si quis post disseisinam factam alium feoffaverit, quia finis revocari poterit et adnihilari.

Si tempore placiti nec ipse nec antecessores ius habuerunt.

EXCUSATUR etiam quis si tempore litigii nec ipse nec antecessores sui aliquid iuris clamare poterunt in tenemento de quo agitur. Item excusatur

51-52 vel quod, V; vel, MA; ut, OA. 53 *sic*, MSS. (= indicia?). 54-55 Om., MSS. var. 56 similem, OC, CE, MC. 57 ratio, V; actio, OC, CE; excusatio, CM. 58 fuit, V, MA. 59 actione, OC, CE, CM. 60 si, OC, CE, CM. 61 autem, CM; om., MA. 62 Om., MA; si, OB; secundum, OC, CE. 63-64 Om., MA; suus, OB.

1 Om., OB, MA. 2 Om., OA; regni regis, OC, CE. 3 Matildis, MC; Matild(a?), OC, CE, CM, Y. 4 Badellingh., Bedef., Badeleg., MSS. var.

quis de hoc quod antecessor clamium non apposuit cum hoc fuerit obiectum, eo quod ille qui antecessor dicitur non fuit antecessor eius qui nunc petit, quod aliquid iuris ei descendere posset[5] per prædictum antecessorem.

Item finis factus fuit ita in occulto ante tempus legitimum, scilicet unius mensis ad minus.

Excusatur etiam quis qui clamium non apposuerit si ante legitimum tempus unius mensis ad minus factum[6] fuerit cirographum et liberatum per fraudem. Et licet prima facie in pluribus revocari possit finis et cirographum ratione personarum quæ tenementa non tenent nisi ad vitam, ut mulieres quæ tenent nomine dotis et huiusmodi, vel ratione personarum quæ villani sunt et finem faciunt et cirographum de villenagio dominorum, præiudicatur eis cum præsentes fuerint et excusari non possint[7] cum clamium non apposuerint. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sanctæ Trinitatis anno regis[8] Henrici quarto decimo comitatu Norfolciæ, de Ricardo Angod. Excusatur etiam quis quandoque quod clamium non apposuerit per servitium domini regis, cum nulli debeat esse damnosum, dum tamen in tali servitio sit quod venire non possit neque mittere, ut si in regno obsessus fuerit in castro vel aliter impeditus.

Item excusatur quis si loquatur de seisina sua propria.

Item excusatur quis qui clamium non apposuerit si loquatur de seisina sua propria ante finem factum post disseisinam, et impetraverit ante finem breve suum, quia[9] sic effecta est res litigiosa.

In quibus casibus non excusatur.

Et notandum quod non excusatur quis de clamio non apposito si fuerit in regno infra quatuor maria et venire possit vel mittere si voluerit. Et quod non excusatur si mittere possit, inveniri[10] poterit in rotulo de termino Sancti Hillarii anno regis Henrici septimo comitatu Lincolniæ de Willelmo de Stotingny.[11] Item non[12] excusatur licet fuerit in languore quia
f. 437b] mittere potest, ut in eodem rotulo comitatu Lincolniæ de Simone de Hale.[13] <Languor eum non excusavit quia potuit misisse hominem suum ad clamium[14] apponendum.>

Si quis dixerit se esse impeditum hoc probare debet, ut si dixerit se fuisse in partibus transmarinis vel in prisona et huiusmodi.

Qui[15] vero impedimentum allegaverit, non sufficit dicere se esse impeditum nisi hoc probet per sectam vel per patriam, ut si quis replicando dixerit se

[5] possit, OC, CE, MA. [6] factus, OA, OC, CE. [7] possunt, V, OA, MA, CM. [8] Om., OA; regni regis, OC, CE. [9] quod, OA, OC, CE. [10] invenire, OA, OB, CM. [11] Frontingny, Stoting., Froncigency, Frongny, Froting., MSS. var. [12] Om., OA; quod non, OC, CE. [13] Hales. Item non excusatur quis etc., MC, LA (om. etc.); H. item non excusatur si, OC, CE. [14] clamorem, V; clam., MSS. var. [15] quod, OB; cum, CM.

esse in partibus transmarinis hoc probare debet: ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici quarto comitatu Middelsexiæ, assisa mortis antecessoris si Robertus Cocus.

De exceptione finis facti.

ITEM competit tenenti exceptio finis facti contra petentem. Dicere enim poterit tenens quod aliquando finis factus fuit in curia regis de eadem terra inter ipsum et petentem vel eorum antecessores, ita quod per[16] finem illum recognovit idem petens vel aliquis antecessorum suorum terram illam esse ius ipsius tenentis[17] vel alicuius antecessoris sui, et illam remisit et quietam clamavit etcetera. Et ad hoc probandum statim proferat cirographum et finem, ad quod statim respondeat petens statim[18] replicando, et ostendat rationem quare finis ei nocere non debeat, vel[19] quod finis ille in nullo tangit personam suam, vel quod ei nocere non debeat[20] nec tenenti valere, supra dictis rationibus et pluribus aliis[21] inferius dicendis.

Exceptio de defectu probationis per lapsum temporis, quia de tam longinquo tempore quod excedit memoriam hominum, vel propter limitationem brevium.

EXCIPERE etiam poterit tenens contra petentem quod licet ei ius descenderit sicut petens dicit, tamen non valet sua petitio neque actio pro defectu probationis propter lapsum temporis, quia non est aliquis qui de seisina antecessoris petentis loqui possit vel aliquid probare de visu suo proprio vel patris sui qui[22] hoc ei iniunxit,[23] quia seisina de qua petens loquitur omnem excedit probationem sicut de tempore Henrici regis senis et[24] ulterius,[25] et huiusmodi exceptio substantiam capit ex tempore. Et hic est casus quod ille qui ius habet[26] amittit imperpetuum et heredes sui, et ille qui nihil iuris habet et heredes sui imperpetuum retinebunt,[27] et hoc est[28] pro defectu probationis.

Exceptio si tenens fuerit a duobus implacitatus, quia nemo duobus respondet simul.

ITEM competit tenenti exceptio dilatoria tantum.[29] Ut si tenens de eadem re a duobus implacitatus fuerit, quia de una re non potest[30] quis nec debet simul et semel duobus[31] respondere. Et ideo refert utrum institutæ sint actiones utræquæ super iure proprietatis vel super ipsa possessione. Item quis prius,[32] quis posterius impetraverit,[33] et ad quem et ad cuius iurisdictionem, ut per hoc sciri possit quis alteri præferri debeat et quis non.

[16] Om., OA, CM. [17] petentis, OA, OC, CE, CM, MC, LA. [18] Om., OA, OC, CE, CM. [19-20] Om., OB, MA, CM, Y. [21] Om., OB, MA. [22] quod, OB, MA, Y. [23] iniunxerit, OA, Y, OB; vixerit MA. [24-25] Om., OB, MA, Y. [26] Om., OB, MA. [27] optinebunt, MC, LA; tenet, OC, CE. [28] Om., OA, CM. [29] Om., OA, CM. [30] poterit, OB, MA. [31] Om., OC, CE, CM. [32] prius et, OB, MA, Y. [33] impetravit, V, OA.

Exceptio contra petentem ius merum per breve de recto, ut si ipse tenens teneat ad vitam quacumque ratione.

ITEM ut supra dictum est poterit exceptio esse peremptoria contra petentem quantum[34] ad ipsum et heredes suos et[35] perpetua,[36] ut si quis rem petat ut ius suum et in feodo, et tenens dicat se ius habere ut in feodo sibi et heredibus suis imperpetuum. Eodem modo concedere potest tenens quod petens ius habeat et feodum, sed tamen excipere potest tenens quod habet liberum tenementum, ut quacumque ratione teneat ad vitam, sicut nomine dotis vel ex causa donationis, per legem Angliæ et huiusmodi.

Item per legem Angliæ si partum habuerit qui vocem emiserit quæ audiatur.

UT si quis cum hereditatem habuerit vel non habuerit uxorem duxerit habentem hereditatem vel maritagium vel aliquam terram ex causa donationis, si liberos inter se habuerint ex iustis nuptiis procreatos, si[37] uxor præmoriatur, remanebit viro hereditas[38] et terra sua tota vita ipsius viri, f. 438] sive superstites fuerint liberi sive mortui omnes vel quidam, dum tamen semel aut vocem aut clamorem emiserint[1] quæ[2] audiatur inter quatuor parietes, si hoc probetur. Et quod dicitur de primo viro dici poterit de secundo viro[3] si postmodum nupserit secundo viro,[4] sive de primo viro heredes habuerit apparentes sive non, plenæ ætatis vel minoris ætatis, quod quidem iniuriosum est secundum Stephanum de Segrave, maxime cum de[5] primo[6] viro[7] heredes habuerit, quod quidem sustinere posset[8] si nullos. Dicebat enim[9] quod lex illa male intellecta fuit et male usitata, quia quod dicitur de[10] lege Angliæ intellegi deberet de primo viro et eorum heredibus communibus et non de secundo, maxime cum heredes apparentes extiterint[11] de primo. Cum igitur ille qui sic tenuerit implacitatus fuerit ab aliquo, et exceperit quod tenet[12] per legem Angliæ ad vitam suam ratione pueri qui auditus fuit clamare inter quatuor parietes, et responsum fuerit[13] ex adverso quod nullus talis procreatus fuit nec vocem emisit, oportet tenentem probare contrarium per sectam sufficientem quæ audivit clamorem in propria persona et non ex relatione aliorum vel auditu, qui omnes bene examinentur tam de die quam de loco quam de hora et[14] de aliis circumstantiis vel quod tantundem valeat, quod vocem emiserit et baptizatus fuerit et christianus effectus. Ut de itinere Martini de Pateshilla comitatu Leicestriæ anno regis Henrici decimo, de Willelmo

[34] quem, OB, OC, CE. [35-36] imperpetuum, OC, CE, MA. [37-38] Om., OB, MA.

[1] dimiserint, V; emiserit, OB, MA, CM. [2] quod, V, CM. [3] Om., V, OA. [4] Om., LA, OC, CE, CM, Y. [5] Om., LA, OB, MA, Y, CM; ex, MC. [6-7] primus vir, OB, MA, Y. [8] possit, V, MC. [9] Om., OA, CM. [10] in, OA, CM. [11] constiterint, OA, CM. [12] Om., OA, OC, CE, MC, LA. [13] fuit, V, CM. [14] quam, OA, CM.

filio Walteri de Lincolnia de terra in[15] Grimesby. Habebit etiam per legem Angliæ quidquid accidere poterit, videlicet in servitiis[16] et huiusmodi et[17] in custodiis et[18] releviis tota vita sua. Si autem terra vel hereditas acciderit post mortem uxoris, hoc pertinebit ad heredes si fuerint plenæ ætatis, et ad capitales dominos custodes si infra ætatem extiterint, et similiter custodia, quia nihil amplius retinere potest per legem istam nisi id[19] quod in vita uxoris accidit.[20] Ut de itinere Willelmi de Ralegha comitatu Bedefordiæ in fine rotuli. Et ideo necesse est probare quod talis vocem emiserit, quia[21] bene potest esse quod vocem emiserit,[22] et probatio deficere poterit, vel bene poterit esse quod numquam vocem emiserit, quia in utero mortuus ita quod numquam processit ad lucem, vel in ipso partu mortuus ita quod numquam vocem emiserit. Et ideo licet dicatur quod baptizatus fuit et sepultus ut christianus, tamen nisi[23] vocem emiserit et hoc probetur non valet. Et licet partus moriatur in ipso partu vel[24] vivus[25] nascatur vel forte semimortuus, licet vocem non emiserit, solent obstetrices in fraudem veri heredis protestari partum vivum nasci et legitimum, et ideo necesse est vocem probare. Et licet naturaliter mutus nascatur et surdus, tamen clamorem emittere debet sive masculus sit sive femina. Nam dicunt E. vel A. quotquot nascuntur ab Eva. Non sufficit igitur[26] tantum[27] baptismus[28] et sepultura.[29]

Item de partu supposito.

Sed quid dicetur si uxor re vera non peperit sed supponatur partus qui clamorem emiserit? Hoc probato cadat[30] exceptio.

Item si monstruosum,[31] et pro clamore emiserit rugitum.

Item si cum[32] partum ediderit, tamen partus declinaverit ad monstrum et cum clamorem emittere deberet emittit rugitum, et tunc videtur quod tenere non debet exceptio, quia partus monstruosus est cum non nascatur f. 438b] ut homo. Sed non[33] dico partum monstruosum licet natura membra minuerit vel ampliaverit. Minuerit, ut in[34] defectu digitorum vel huiusmodi. Ampliaverit, ut si plures digitos vel articulos,[35] sicut sex vel plures ubi non deberet esse[36] nisi quinque. <Vel si inutilia[37] natura reddiderit membra, vel[38] si curvus fuerit vel gibbosus vel membra tortuosa.[39] > <Et notandum quod exceptio ista locum habet tam in causa possessionis sicut

[15] de, OB, LA; om., MA, CM. [16] servitio, V, MC; servit., MA, CM, LA. [17] Om., OB, MA. [18] et in, V, OB. [19] Om., OB, MA. [20] accedit, V; om., OA, CM. [21-22] Om., OB, MA, CM, MC. [23] non, OC, CE, CM. [24-25] vivus, CM; unus, OA; vel sanus, OC, CE. [26] Om., OB, MA, Y. [27] Om., MC, LA. [28] baptizatus, V, MA; bapts., OA, OB, MC. [29] sepultus, OB, MA. [30] cadit, OA, OC, CM. [31] monstruosus, OB, CE (kal.). [32] Om., OA, CM; certum, MA. [33] Om., OA, CM. [34] ex, MC, LA. [35] a. habuerit, OB, MA, Y. [36] habere, OB, MA, Y. [37] initalia, MC; inutiles, OC, CE, LA. [38] ut, Y, OB, MA, MC; om., OC, CE. [39] t. habuerit, OB, MA, MC, Y.

in assisa mortis antecessoris et novæ disseisinæ, quam[40] in causa proprietatis per breve de ingressu vel per breve de recto. >

Replicatio ad exceptionem præmissam.

Replicari vero poterit contra exceptionem præmissam quod omnino nullus partus editus fuit nec clamor auditus, licet partus editus, quia mortuus fuit in utero vel in ipso partu. Item quod nullus editus sed suppositus licet clamor auditus. Item si editus, non tamen fuit[41] formatus ut homo sed ut monstrum. Item si editus, tamen convictus ad bastardum quacumque ratione, quod[42] heres esse non potuit propinquus vel remotus aliqua ratione. Item quod[43] ille qui exceptionem opponit non fuit vir illius mulieris legitimus, sed alius cuius heredes clamant hereditatem illam. Item si machinatus fuit in mortem uxoris. Item licet partus editus et clamor auditus et ille tenens vir legitimus, terra tamen de qua agitur numquam accidit in vita uxoris, et ita pertinet ad veros heredes vel ad dominum capitalem. Item quia terra illa fuit hereditas primi viri vel primæ uxoris, vel quia uxor sua tenuit nomine dotis et non nomine successionis. Item quia uxor et mater pueri non obiit seisita ut de feodo. Item quia terra de qua agitur data fuit in maritagium sub condicione tacita vel expressa, videlicet si pueros non haberent[44] vel si haberent et deficerent, quod[45] terra data reverteretur ad donatorem, et quia omnino nulli vel si fuerint deficiunt,[46] terra data in maritagium reverti debet ad donatorem. Item si pueri editi sunt et procreati, tamen heredes esse non poterunt[47] propinqui vel remoti non magis quam bastardi, quia nihil clamare poterunt de hereditate mulieris quia hereditas illa sive maritagium datum fuit viro tali in maritagium cum tali uxore et heredibus de carne prædictorum procreatis, unde vir talis hereditatem tenere non debet ad vitam suam per legem Angliæ.

Si omnino nullus heres existat et tenens per vim se tenuerit in seisina.

Si autem nullus heres omnino[48] extiterit et[49] post mortem uxoris se teneat vir per vim in hereditate mulieris contra verum heredem sub specie et colore legis Angliæ, consulitur heredi per tale breve per Willelmum de Ralegha formatum[50] pro[51] Radulfo[52] de Dodescumbe in hac forma: Rex vicecomiti salutem. Ostendit nobis A. quod cum B. de N. et C. uxor eius tenuissent tantam terram cum pertinentiis in tali villa ut ius et hereditatem ipsius C., quæ[53] nuper obiit sine herede de corpore suo procreato ut dicitur, et unde terra illa descendere debuit ad prædictum A. sicut ad propinquiorem heredem ipsius C., quia prædicta C. sine herede de corpore suo

[40] sicut, OA, OC, CE, CM, MC, LA. [41] Om., OB, MA. [42] quia, OB, MA. [43] si, OC, CE, CM; om., OA, MC, LA. [44] haberet, V; haberunt, OC, CE; -uerit, MA. [45] quia, OB, MA. [46] defecerint, V, Y, OA, OB; om., MA. [47] possunt, OA, CM. [48] Om., OB, MA, Y. [49] Om., OA, MA. [50] Om., OA, CM. [51] per, OA, OB, OC, CE; et, CM; de, Y. [52] Radulfum, OB, OC, CE; et, CM. [53] qua, OA; qui, OB, OC, CE.

procreato decessit, idem B. post mortem prædictæ C. uxoris suæ contra legem et consuetudinem regni nostri cum vi sua se tenet in eadem, ita quod prædictus A. in prædictam terram ut in[54] ius et hereditatem suam ingressum habere non potest. Et ideo tibi præcipimus quod si prædictus A. fecerit te securum etcetera, tunc summone per bonos summonitores prædictum B. quod sit coram iustitiariis etcetera, ostensurus quare de-
f. 439] forciat eidem[55] A. prædictam terram. Et habeas ibi[1] summonitores[2] etcetera.

Qualiter procedendum sit contra contumaces in personali actione.

Redeamus iterum[3] ad diem summonitionis. Dictum est supra qualiter quis excusatur si ad iudicium non venerit cum legitime fuerit summonitus, cum necesse habeat venire in actione reali. Nunc autem dicendum de contumacibus et[4] ad iudicium non venientibus,[5] et qualiter procedendum sit contra contumaces in personali actione civili, et secundum quod fuerit ex[6] contractu[7] vel delicto.[8] Et imprimis qualiter contra[9] contumaces procedi debeat[10] in actione personali secundum quod actio fuerit criminalis vel civilis. Civilis, ratione delicti vel iniuriæ, vel super aliqua promissione vel conventione non observata, vel finis facti vel[11] causa prohibitionis vel quare impedit vel huiusmodi, ubi principaliter non[12] agitur in rem ad aliquam certam rem mobilem vel immobilem consequendam.

In actione iniuriarum.

Item civilis propter delictum vel iniuriam, quæ quidem actio provenit[13] ex aliquo facto et dicto præcedente, et ubi non agitur ad aliquam rem certam consequendam, sed ad interesse quod incertum est, donec ex discretione iustitiariorum fuerit damnum et iniuria æstimata, secundum quod fuerit damnum[14] maius vel minus et[15] iniuria atrox vel levis.

In actione criminali.

Item si causa fuerit criminalis et civiliter agatur eodem modo, quod quidem fieri potest sed non e converso. Poterit enim in causa criminali agi civiliter sed in civili causa criminaliter non. Si autem personalis causa fuerit criminalis et maxima,[16] scilicet de crimine læsae maiestatis, nulla erit ibi solemnitas attachiamentorum, sed statim capiatur corpus nec erit per plegios dimittendus, sed plegii[17] eius sint[18] donec se defenderit carcer[19] et gaola. Si autem maius sit crimen quod tangat[20] privatas personas et

[54] Om., OA, MA, CM. [55] e. præfato, MC, LA.

[1-2] Om., OA, MA, MC, LA. [2] Om., OC, CE, CM. [3] igitur, V, OB. [4-5] Om., OA, CM. [6-7] ei contractum, V, Y, OB, MA (si c.). [8] delictum, V, OB, MA, Y. [9] Om., OA, MG. [10] debeant, OA, OB, MA. [11] in, V, OB, MA. [12] Om., V, OB, MA, Y. [13] procedit, OC, CE; om., CM. [14] Om., V, OB, MA. [15] est, OA, CM. [16] maxime, OA, OC, CE, CM, MA. [17-18] pleg. eius fuit, OA, MG. [19] Om., CM; carcere, MA; carceris, OC, CE; carta, MG. [20] tangit, OA, CM.

non regem, sicut de morte hominis nequiter interfecti, de roberia, de crimine falsi et huiusmodi ubi sequitur amissio vitæ vel[21] membrorum, fiat eodem modo secundum quod superius dictum est. Vix tamen aliquando extorquebitur a principe quod[22] tales maiori crimine irretiti[23] per bailium dimittantur.[24] Si autem crimen minimum sit quod in se contineat interdictum vel exilium a villa vel a[25] provincia, tales solent aliquando attachiari secundum quosdam. Si autem delictum[26] vel transgressio vel iniuria, licet contra pacem, ibi[27] observari debet solemnitas attachiamentorum sicut in aliis causis[28] civilibus[29] et personalibus actionibus. Et qualiter procedi debeat in causis criminalibus satis perpendi poterit supra[30] in tractatu[31] de[32] placitis coronæ. Sunt etiam[33] inter alias actiones civiles et personales quæ ex causa certa instantiam[34] desiderant, et non quærunt dilationes neque attachiamentorum solemnitates[35] sed maturitatem iudicii, sicut videri poterit si res tempore peritura fuerit sicut in fructibus et aliis. Item f. 439b] si iactura et periculum causæ immineat per lapsum sex mensium, ne collatio ecclesiæ post tempus devolvatur ad episcopum. Item atrocitas iniuriæ et reverentia personæ, sive privilegium contra quem illata fuerit iniuria contra pacem, vel contra nobiles personas vel extraneas qui moram trahere non possunt longam,[36] sicut sunt mercatores et huiusmodi, et aliæ possunt[37] esse causæ plures. Si autem sint[38] actiones personales et civiles quæ instantiam non desiderant, et summonitus legitime ad diem summonitionis non venerit, quia sine responsione sua procedi non poterit ad iudicium, offerente se liti querente contra[39] summonitum primo die litis, secundo, tertio et[40] quarto, ulterius non expectabitur summonitus sed procedatur contra ipsum quod attachietur per plegios, sive summonitio testata fuerit sive non cum non[41] sit dedicta.

Irrotulatio post defaltam.

Et fiat talis irrotulatio: A. obtulit se quarto die versus B. de placito tali vel[42] tali,[43] scilicet quare non tenet[44] ei conventionem vel finem factum vel huiusmodi. Et sic inseratur[45] et[46] irrotuletur brevibus[47] virtus actionis et forma brevis, et tunc dicatur:[48] et talis non venit et summonitio[49] etcetera. Judicium. Attachietur quod sit ad talem diem responsurus de principali

[21] et, V, OA, MA. [22] quia, OC, CE, MA. [23] irrititi, OA; irretati, MA. [24] dimittuntur, V, MA; amittant, OC, CE. [25] Om., OC, MG, CE, MC, LA, Y. [26] d. fuerit, V, OA; d. sit, OC, CE. [27] ibi autem, OA, CM. [28] casibus, V, MG. [29] criminalibus, OA, CM. [30] ut supra, V, OC, MG, CE. [31-32] Om. OA, CM. [33] autem, V, OB, MA, CM. [34] ad i., OA, CM. [35] solemnitatem, V, OC, CE. [36] Om. OA, CM. [37] possent, MC, LA. [38] sunt, OA, MA. [39] super, MG; supra, LA; si, OA, CM. [40] vel, OA; om., OB, MA, OC, CE, CM, Y. [41] Om., OB, MA. [42-43] Om., OA, CM. [44] teneat, V, MA. [45-46] Om., OB, MA, Y. [47] b. verbis, OA, CM; breviter, V. [48] Om., OB, MA. [49] summonitus, V, OB; sum., MSS. var.

placito et de defalta per tale breve, quod tota die variatur secundum diversitatem actionum.

Breve de attachiando et ponendo aliquem per vadium et plegios[50] in personali actione cum fecerit defaltam.

Rex vicecomiti salutem. Pone per vadium et salvos plegios B. quod sit coram iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad talem diem ad respondendum A. de placito quare non tenet ei conventionem inter eos factam, vel finem inter eos factum, de tanto terræ cum pertinentiis in tali villa, vel sic, de placito quod warantizet ei tantum terræ cum pertinentiis in tali villa, quod tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam suam habet, vel cartas antecessorum suorum cuius heres ipse est, ut dicit. Vel sic: de placito quare non facit ei consuetudines et recta servitia quæ ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in tali villa, vel de tanto terræ cum pertinentiis etcetera,[51] vel de placito[52] quare non reddidit[53] ei tantam pecuniam quam ei debet et iniuste detinet, ut dicit. Item de placito quare idem A. simul cum aliis venit ad domum suam et ibi fecit talem iniuriam contra pacem nostram. Et ita fiat breve de attachiamento secundum diversitatem actionum et querelarum, sed hæc exempli causa sufficiant. Et in fine addatur ei[54] hæc clausula; et ad ostendendum quare non fuit coram eisdem iustitiariis nostris apud Westmonasterium ad talem diem sicut summonitus fuit. Vel si ad alium diem[55] essoniatus fuit tunc sic, et[56] ad ostendendum quare non servavit diem sibi datum per essoniatorem suum ad talem terminum. Et quo casu si ad primum attachiamentum venerit, imprimis respondeat quare ad diem summonitionis vel ad diem sibi datum per essoniatorem suum non[57] venit,[58] et si se excusare non possit antequam respondeat de principali erit in misericordia pro defalta.[59] Si autem ad primum attachiamentum non venerit, tunc offerente se liti querente, attachietur pars fugiens per meliores plegios quod sit ad alium diem responsurus, quod quidem dicitur afforciamentum plegiorum, et quod sit[60] ad similitudinem districtionum quæ fiunt pro servitiis et consuetudinibus, ubi primo et[61] ad primam districtionem capiantur averia si tenens ad diem
f. 440] summonitionis non venerit, et si ad alium diem per talem districtionem non venerit, capiuntur plura et retinentur prius capta pro afforciamento districtionis etcetera ulterius ut infra,[1] et[2] ita fiat irrotulatio: A. obtulit se quarto die versus B. de tali[3] placito ut supra, et B. non venit et alias fecit defaltam postquam fuit summonitus, et ita quod attachiatus

[50] salvos p., OC, MG, CE. [51] Om., Y, OC, CE. [52] placitis, MC, LA. [53] reddit, OC, CE, MG, CM; reddat, MC, LA, Y. [54] Om., OC, CE, CM, MA. [55] Om., OB, MA. [56] Om., OA, OC, CE. [57-58] *sic*, Y, OA, CM; si bon., OB; om., MSS. gen. [59] defectu, OA; def., MSS. var. [60] Om., OB, MA, CM; sicut, OA. [61] Om., OB, MA.

[1-2] Om., OA, CM. [3] Om., OA, CM.

tunc fuit per C. et D. Iudicium. Ponatur per meliores plegios quod sit ad talem diem et primi[4] etcetera. Forma[5] brevis talis est.[6]

Breve de attachiando per meliores plegios.

Rex vicecomiti salutem. Pone per vadium et meliores plegios B. de N. quod sit coram iustitiariis etcetera, ad respondendum A. de placito etcetera secundum formam brevis originalis, et ad ostendendum quare non fuit coram eisdem iustitiariis etcetera, tali die sicut attachiatus fuit. Et summone per bonos summonitores C. et D. primos plegios ipsuis B. quod sint coram eisdem iustitiariis ad præfatum terminum audituri iudicium suum de hoc, quod prædictum[7] B. in eadem curia nostra coram eisdem iustitiariis nostris non habuerunt sicut eum[8] plegiaverunt. Et habeas ibi nomina secundorum plegiorum et hoc breve. Ad quem diem si reus non venerit nec plegii ad ostendendum quare prædictum reum non habuerunt, omnes plegii erunt[9] in misericordia, et[10] reus non antequam comparuerit, vel quia plegii[11] ei deficiunt, tunc primo[12] incipiunt omnes defaltæ in persona eius ac si plegios non[13] invenisset, sicut videri poterit in fine brevis[14] subsequentis ubi dicitur quod sit ad audiendum iudicium suum de pluribus defaltis, et ex hoc die cessabunt omnia afforciamenta[15] plegiorum.[16]

Qualiter et quando plegii sunt amerciandi.

Si autem post secundum attachiamentum reus compareret,[17] tunc solummodo amerciandi essent[18] tantum[19] primi plegii et non secundi, nisi[20] venirent et docerent quare eum[21] ad primum attachiamentum non haberent.[22] Et quod omnes plegii amerciandi sunt si ad secundum attachiamentum non venerint nec reum habuerint, et ipse reus non antequam summonitus fuerit ad audiendum iudicium suum de pluribus defaltis, probatur[23] in rotulo de termino Sancti Michælis anno regis Henrici nono incipiente decimo comitatu Eboraci de Nicholao de Stuteville.[24] Sed contra ut videtur si quis plegios invenerit de prosequendo et non fuerit prosecutus, omnes erunt in misericordia tam plegii quam principales. Sed re vera non est simile, quia in hoc ultimo casu omnes sunt in culpa, querens scilicet quia[25] non prosequitur et plegii quia non est prosecutus secundum quod eum plegiaverunt, et quia sunt plegii de faciendo ad obligationem querentis, et alii in superiori casu se ipsos tantum obligant factum alterius promittendo, et de habendo talem ad diem summonitionis. Si autem

[4] p. plegii, OA, CM. [5-6] Om., OA, CM, MA (rubrica). [7] præfatum, OA, CM. [8] ipsum, OA, CM. [9] Om., OB, MA. [10] Om., OB, MA, Y. [11] per pleg. eius, OA, CM (om. per). [12] Om., OA, CM. [13] Om., OA, CM. [14] Om., OB, MA, Y. [15] conforc-, OB, MA. [16] placitorum, OA, CM. [17] Om., LA; compareat, OA, MC, CM; comparuerit, OC, CE. [18] sunt, V, OA, CM, Y. [19] Om., OB, MA, OA, CM, Y. [20] n. primi, OA, CM. [21] Om., OA, CM. [22] habuerunt quem pleg., OA, CM. [23] ut p., OA, CM. [24] Stotevile, Scuzeville, Scutevile, Stutewyk., MSS. var. [25] qui, OB, MA.

contingat forte quod ad primum diem summonitionis vel attachiamenti non veniat summonitus sive attachiatus nec querens, adhuc[26] non[27] cadit breve et continuari potest actio, et querens sequi poterit quando voluerit ex quo summonitus sive attachiatus se liti non obtulit nec sine die recessit. Et unde si cum ad alium diem apparuerit et iudicium petierit de defalta querentis ad primum diem, non valebit ei facta compensatione defaltæ ad defaltam, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur ut supra. Cum autem attachiatus per meliores plegios ad diem suum non venerit, f. 440b nec infra quartum diem offerente se liti querente, fiat ita irrotulatio: A. obtulit se quarto die versus B. et B. non venit etcetera, et plures fecit defaltas, ita quod primo attachiatus fuit per C. et D. et secundo per E. et F., et ideo omnes plegii in misericordia. Et est ratio, quia ulterius non sunt summonendi quod sint ostensuri quare eum non habuerunt sicut eum plegiaverunt. Et tunc præcipietur vicecomiti quod habeat corpus eius ad alium diem per tale breve: Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod habeas coram iustitiariis nostris etcetera ad talem diem corpus A. ad respondendum B. de placito tali, ut supra secundum formam brevis[28] originalis. Et in fine addatur hæc clausula: et[29] ad audiendum iudicium suum de pluribus defaltis. Et habeas ibi hoc[30] breve.[31] Teste etcetera. Et ad quem diem si venerit imprimis si se salvare non possit[32] de defaltis, ad diem illum retrotrahuntur[33] omnes defaltæ et pro omnibus amerciabitur, et postea respondeat ad principale placitum. Si autem ad diem illum non venerit sed malitiose se subtraxerit et latitaverit quod corpus[34] inveniri non possit, vel forte se transtulerit[35] extra comitatum[36] extra potestatem vicecomitis, et vicecomes hoc mandaverit quod inveniri non possit in balliva sua, fiat talis[37] irrotulatio: A. obtulit se quarto die versus B.[38] de tali placito etcetera ut supra, et B. non venit et plures fecit defaltas ita quod præceptum fuit vicecomiti quod haberet corpus eius, et vicecomes mandavit quod non fuit inventus in balliva sua. Et ideo vicecomes distringat eum per terras et catalla quod sit ad talem diem per tale breve, et tunc fiat simplex districtio ita quod terræ[39] et catalla simpliciter capiantur in manum[40] domini regis.

Breve quod distringatur quis per terras et catalla et ulterius per ordinem. Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod distringas B. per terras et catalla in balliva tua quod sit coram etcetera ad[41] talem diem ad respondendum A. de tali placito etcetera.[42] Et in fine addatur: et ad audiendum

[26-27] ad hoc, OA, CM. [28] Om., OA, CM. [29] Om., V, OB, MA. [30-31] etc., MC, LA, OA. [32] poterit, OA, CM. [33] retrah-, OA, MA, CM(-entur); retrohuntur, OC. [34] c. eius, OA, CM. [35] transtulit, OB, OC, CE, LA. [36] c. et, OA, CM; c. scilicet, OC, CE. [37] Om., OA, CM. [38] B. talem, V, OB, OC, CE, Y. [39] terra, OA, CM. [40] manu, OA, OC, CE, MA. [41-42] Om., OA, CM.

iudicium suum[43] de pluribus defaltis. Et si ad diem illum venerit, tunc fiat de defaltis ut supra. Et si non venerit, adhuc[44] aggravari debet districtio, scilicet quod vicecomes distringat ipsum per terras et catalla quod sit securus habendi corpus eius ad alium diem. Et si tunc non venerit, quod vicecomes distringat eum per terras et catalla ita quod nec ipse nec aliquis pro eo nec per ipsum manum apponat in terris, tenementis nec in bladis nec in aliis catallis. Et si tunc non venerit, præcipiatur vicecomiti quod ita distringat eum per terras et catalla quod capiat omnes terras suas[45] et omnia catalla[46] in manum[47] domini regis, et capta in manum[48] domini regis detineat[49] quousque dominus rex aliud inde præceperit,[50] et quod de exitibus respondeat domino regi. Et de hac materia inveniri poterit de termino Sancti Michælis anno regis Henrici tertio incipiente quarto circa finem rotuli. Ulterius vero non poterit fieri aliqua districtio per terras et catalla. Sed cum querens post tot et tantas dilationes iustitiam non fuerit consecutus quid erit? Durum est enim quod placitum suum deserat et infecto negotio desperatus discedat. Bonum esset igitur ut videtur distinguere inter placita sive actiones civiles, videlicet utrum actio esset personalis et pecuniaria descendens ex contractu, quo casu bonum esset adiudicare querenti ab initio seisinam catallorum secundum quantitatem debiti petiti, et dare ei diem et summonere illum de quo queritur. Et si ad diem summonitionis venerit quod tunc restituerentur ei catalla, ita quod super principali responderet. Si autem non, quod ulterius super catallis non audiretur, sed querens extunc verus possessor efficeretur. Si autem placitum esset civile descendens ex delicto sicut actio iniuriarum, f. 441] quod tunc per officium iustitiarii æstimaretur iniuria, et adhibita taxatione de redditibus et catallis fugientis, caperetur in manum domini regis ad valentiam pro contumacia ipsius et fieret eodem modo sicut supra. Si autem cum corpus non inveniatur, nec terras habuerit nec catalla ille de quo queritur, iniquum esset si iustitia remaneret vel maleficia essent impunita. Et in utroque casu sive causa esset pecuniaria sive iniuriarum, etiam[1] quamvis non criminalis, quod talis ad[2] sectam[3] querentis interrogaretur[4] de comitatu in comitatum propter contumaciam et inobedientiam factam domino regi, quia nullum maius crimen quam contemptus et inobedientia. Omnes enim qui in regno sunt obedientes esse debent domino regi et ad pacem suam. Et cum vocati vel summoniti per regem venire contempserint faciunt se ipsos exleges. Et ideo utlagari

[43] Om., OB, MA. [44] ad hoc, OB, CM. [45] Om., V, OA, CM. [46] c. sua, V, OB, MA. [47] manu, OC, CE, MA. [48] manu, MC, LA, CE, MA. [49] teneat, OB, MA. [50] percep-, OB, OC, CE, CM (corr.).

[1] et, OB, MA, OC, CE. [2-3] de secta, V, OB, MA, Y. [4] interrogetur, MA, MC.

deberent, non tamen ad mortem vel membrorum truncationem si postea redierint vel intercepti fuerint, cum causa utlagationis criminalis non[5] existat, sed ad perpetuam prisonam vel regni abiurationem et a communione aliorum omnium qui sunt ad pacem domini regis. Et sicut causa excommunicationis facit excommunicationem minorem et pœnam, ita causa utlagationis facit utlagationem esse minorem et pœnam, et facilius debet inveniri gratia quod taliter utlagatus restituatur ad pacem. Excommunicatio enim[6] et utlagatio in multis ad paria iudicantur.

Si vicecomes negligens fuerit.

REDEAMUS ad initium districtionum et attachiamentorum, quia aliquando vicecomes negligens est in executione præceptorum domini regis per fraudem, aliquando illa exequi non poterit propter impotentiam, et unde nisi rationabilem prætendat excusationem in misericordia domini regis remanebit. Contingit quandoque quod cum breve domini regis susceperit de attachiando aliquem post summonitionem factam, quod attachiamentum non facit nec breve quod ei inde venit remittit. Quo casu offerente se liti querente fiat talis irrotulatio: A obtulit se quarto die versus B. de tali placito vel tali, secundum diversa genera placitorum personalium, et B. non venit, et præceptum fuit vicecomiti quod attachiaret eum quod esset ad talem diem, et ipse inde nihil fecit nec breve quod ei inde venit misit. Et ideo præceptum est vicecomiti sicut alias quod attachiet[7] eum quod sit ad talem diem, et[8] ipse vicecomes tunc sit ibi auditurus iudicium suum de hoc quod prædictum talem non attachiavit, nec breve quod ei inde venit misit sicut ei præceptum fuit. Forma brevis talis est.

Breve vicecomiti sicut alias.

REX vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut alias tibi[9] præcepimus[10] quod ponas per vadium et salvos plegios A. quod sit coram iustitiariis etcetera ad talem diem ad respondendum etcetera ut supra. Et in fine addatur hæc clausula: et tu[11] tunc sis ibi auditurus iudicium tuum de f. 441b] hoc quod ipsum A. non attachiasti, nec breve nostrum quod inde tibi venit præfatis[12] iustitiariis[13] non[14] misisti[15] sicut alias tibi præceptum fuit. Et habeas etcetera. Teste etcetera. Et ad quem diem si nihil inde fecerit magis quam prius fecit nec se excusaverit, pro voluntate domini regis amerciabitur de contemptu et tertio præcipiatur[16] ei quod attachiet[17] per tale breve: Præcipimus tibi sicut sæpius[18] præcepimus etcetera ut supra.

[5] Om., OB, MA, Y. [6] Om., OB, MA, CM. [7] attachiat, OC, CE, MC; attach., LA., [8] et quod, V, CM. [9] Om., OC, MG, CE, CM, MA. [10] præcipuimus, OC, CE; p., MG; om., OB. [11] tu ipse, V, MA; om., CM. [12-13] iustitiariis nostris, V, OB, MA, Y. [14] Om., OB, MA, MG, Y. [14-15] Om., OC, CE. [16] præcipietur, V, OB, Y. [17] a. A., V; a. eum, CM. [18] pluries, MA, MC, LA; om., CM; s. tibi, V, OC, CE.

De fraude vicecomitis.

MITTIT quandoque vicecomes breve quod inde suscepit[19] et fraudulenter rescribit et mandat quod breve tam tarde suscepit[20] quod præceptum domini regis exequi non potuit. Quo casu si in[21] contrarium[22] testatum fuerit quod illud tempestive recepit[23] quod potuit attachiasse talem si vellet, vel quod breve fuit ei liberatum in pleno comitatu ubi ipse præsens fuit qui attachiari debuit et potuit attachiari. Item si fraudulenter mandaverit quod ille qui attachiari debuit non fuit inventus in balliva sua quia manens fuit extra comitatum suum, et testatum sit in contrarium quod manens sit in comitatu suo et ibi habeat reseantisam[24] suam. Item si fraudulenter mandaverit quod ille qui attachiandus est itinerans est de loco in locum et de comitatu in comitatum vagans, nec certam habet domicilium nec quod sit de alicuius manupastu vel familia, et testatum sit in contrarium quod domicilium habeat et reseantisam[25] apud[26] talem locum certum ubi cotidie inveniri possit, vel quod sit de manupastu vel familia talis. Item cum præceptum fuerit[27] vicecomiti quod distringat talem per terras et catalla, et falso rescribat iustitiariis et mandet[28] quod talis non habet terras nec catalla per quæ possit distringi vel attachiari in balliva sua, et testatum fuerit in contrarium quod terras habeat et catalla ad sufficientiam in balliva sua tali loco et tali. Et unde infiniti sunt casus de genere isto ubi vicecomes per fraudem rescribit et prætendit non causam ut causam. Item si per imperitiam suam erraverit in[29] modo et ordine attachiamentorum et districtionum, ut si præceptum sit ei quod ponat per vadium et salvos plegios et ipse mandaverit quod distrinxit[30] per terras et catalla, vel e converso. Item si præceptum sit ei quod habeat corpus et ipse mandaverit quod attachiavit per plegios vel commisit per bailium vel[31] huiusmodi: et unde sunt casus multi. Et unde vicecomes modo debito non sit præceptum domini regis executus, de omnibus huiusmodi mandatis oportebit in irrotulationibus[32] et brevibus facere mentionem. Et fiat irrotulatio sic: A. obtulit se quarto die versus B. de tali placito personali et B. non venit, et vicecomes mandavit quod non attachiavit eum quia recepit breve tam tarde quod præceptum domini regis exequi non potuit. Et testatum est quod illud[33] recepit satis tempestive vel in comitatu ubi attachiandus præsens fuit. Et ideo ut prius præcipiatur quod attachiet[34]

[19] susceperit, V, MA; receperit, MG; præcepit, MC. [20] ceperit, V; recepit, OC, CE. [21] Om., OB, MG. [21-22] contra, MA; om., CM. [23] recepisset ita, V; suscepit et, MA, CM (om. et). [24] reseantiam, V, MA; refontisam, MG; restitutiam, OC, CE. [25] reseantiam, V, MA; recontisam, MG. [26] habet, MC, LA, OC, CE; habeat, MG. [27] fuit, OC, CE, MC. [28] mandat, V, MG. [29] Om., OB, MA. [30] distrinxerit, CM; districterit, OC, CE. [31] et, OC, CE, CM. [32] rotulationibus, OB, MA, MG. [33] istud, V; illum, OC, CE; id., MSS. var. [34] attachiat, OB, OC, MG, CE; attach., MA, MC.

eum quod sit ad talem diem etcetera, et vicecomes tunc sit ibi auditurus iudicium suum de hoc quod ipsum[35] B. non attachiavit sicut ei præceptum fuit. Et in hac forma fiat irrotulatio de omnibus aliis mandatis vicecomitis supra dictis. Forma brevis talis est quod sequitur talem irrotulationem.

Breve de attachiando multis modis sicut alias vel pluries ubi vicecomes negligens fuerit.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut alias tibi præcepimus[36] quod ponas per vadium et salvos plegios A. quod sit ad talem diem etcetera ut supra, ad respondendum tali de tali placito personali: vel aliter f. 442] præcipimus tibi sicut alias tibi præcepimus quod distringas talem per terras et catalla sua in balliva tua quod sit coram iustitiariis nostris ad talem diem ad respondendum B. de tali placito personali vel tali, secundum formam brevis originalis, et unde mandasti præfatis iustititariis nostris apud talem locum, quod breve nostrum de attachiando prædictum B. tibi venit tam tarde quod præceptum nostrum exequi non potuisti, et testatum est ibidem quod illud satis tempestive et ad horam recepisti quod illud præceptum nostrum exequi potuisti: vel sic, quod illud recepisti in pleno comitatu ubi prædictus B. præsens fuit etcetera ut supra. Et tu ipse tunc sis ibi auditurus iudicium tuum de hoc quod prædictum B. non attachiasti quod esset ad talem diem sicut tibi[1] præceptum fuit. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste etcetera. Et ad quem diem si non attachiaverit nec se execusaverit in misericordia remanebit.

De excusatione vicecomitis.

Excusatur vicecomes multotiens propter libertatem et impotentiam quod[2] libertates sine waranto ingredi non possit, nisi per defectum eorum qui libertates habent, et retorna brevium per vicecomitem. Et unde si præceptum sit vicecomiti quod attachiet[3] talem qui manens sit[4] infra huiusmodi libertates, cum vicecomes ingredi non possit, faciat vicecomes retorna brevium ballivis prædictæ liberta is et præcipiat ballivis quod tale præceptum domini regis exequantur, quo casu aut ipsi ballivi exequuntur præceptum domini regis aut nihil inde faciunt. Si autem illud plene fuerint executi, per hoc liberabitur vicecomes. Si autem nihil inde fecerint, sufficit ad excusationem vicecomitis quod mandet iustitiariis quod præceptum sit ballivis. Et quo casu cum ballivi nihil inde fecerint, propter defectum eorum præcipietur vicecomiti quod non omittat propter libertatem talem[5] quin attachiet[6] talem quod sit etcetera. Et sic poterit vicecomes libertates ingredi cum warantum habuerit quod alias ei no liceret. Et fiat sic irro-

[35] eundem, V; prædictum, OB, MA. [36] præcipuimus, OC, CE; præ., MG; om., OB.

[1] Om., OC, MG, CE. [2] quia, OB, MA. [3] attachiat, MSS. var. [4] est, MC, LA. [5] talis, LA, MG; tal., MC, OC; om., MA. [6] attachiat, MSS. var.; attach., MC.

tulatio: A. obtulit se quarto die versus B. de tali placito et B. non venit, et præceptum fuit vicecomiti quod attachiaret eum vel quod haberet corpus eius[7] vel quod distringeret[8] eum per terras et catalla. Et vicecomes mandavit quod præcepit ballivis talis libertatis et ipsi nihil inde fecerunt. Et ideo præceptum est vicecomiti quod non omittat propter libertatem talem quin ponat per vadium et[9] plegios prædictum B., vel quin habeat corpus eius vel quin distringat eum per terras et catalla vel quin capiat in manum domini regis talem terram, vel aliud quid faciat secundum præceptum domini regis, et ballivus summoneatur per vicecomitem quod sit responsurus quare præceptum domini regis non fuit executus, et fiat breve in hac forma.

Breve quod vicecomes non omittat propter libertatem.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod non omittas propter libertatem talis[10] quin ponas B. per vadium et salvos plegios quod sit etcetera, ad respondendum etcetera: vel aliter, secundum quod præceptum est etcetera ut supra. Et[11] tunc dicatur:[12] et unde mandasti iustitiariis nostris etcetera quod præcepisti ballivo vel senescallo talis libertatis quod attachiaret eum quod esset ad talem diem etcetera, et qui nihil inde fecit, et summone per bonos summonitores prædictum ballivum vel senescallum quod sit coram iustitiariis nostris ad prædictum terminum responsurus quare præceptum nostrum non fuit executus, vel quare prædictum B. non
f. 442b] attachiavit, vel quid tale non fecit sicut ei præceptum fuit, vel aliter secundum quosdam quod ballivus sit auditurus inde iudicium suum de hoc etcetera. Si forte cum vicecomes ingredi voluerit hoc non ei permittatur propter potentiam ballivorum libertatis, præcipiatur vicecomiti sicut prius quod non omittat propter libertatem quin attachiet[13] talem in forma prædicta. Et si aliquem invenerit resistentem, assumptis secum si opus fuerit militibus et liberis hominibus de comitatu ad sufficientiam capiat corpora omnium[14] resistentium, et illos in prisona salvo custodiat donec dominus rex inde suam[15] præceperit voluntatem. Et nihilominus dominus libertatis attachietur quod sit ad prædictum diem ad defendendum se si possit de prædicta transgressione. Et quam quidem si advocaverit vel se defendere non possit, capiatur libertas illa in manum[16] domini regis pro voluntate domini regis retinenda,[17] quia libertatem meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate. Et in primo casu licet vicecomes ingredi possit cum præceptum inde habuerit, nihilominus si ballivus

[7] suum, V; om., OC, CE. [8] distringat, OC, CE, MC. [9] et salvos, LA, MA, CM. [10] *sic*, MA, MC, LA; talem, MG; tal., MSS. var. [11-12] Om., V, OB, MA, Y. [13] attachiat, MSS. var. [14] hominum, OB; om., MA, Y. [15] Om., V, OB, MA. [16] manu, OC, CE, CM, MA. [17] detinenda, V, OC, CE.

non venerit ad diem suum procedatur contra ipsum ad defaltam, scilicet quod non attachietur sed quod resummoneatur, et si ad resummonitionem non venerit, tunc amercietur graviter, ut de termino Sanctæ Trinitatis anno regis Henrici tertio.

Si clericus securitatem invenire noluerit propter privilegium ordinis.

ITEM excusari poterit vicecomes propter privilegium clericorum, ut si præceptum domini regis habuerit de attachiando aliquem qui clericus sit et qui plegios invenire noluerit propter privilegium clericale, nec laicum feodum habuerit per quod possit distringi, nec debet dominus rex manus in eos inicere.[18] Et cum in eos coertionem non habeat, maxime in delictis et transgressionibus sicut in maioribus criminibus, nullum aliud supererit[19] remedium nisi quod ex parte domini regis mandetur ordinariis loci qui baronias habent, sicut archiepiscopis, episcopis et aliis in quorum diocesibus tales sunt manentes qui attachiari debent, vel beneficia ecclesiastica habuerint, et in quos dominus rex habet coertionem propter baronias suas, quod faciant tales venire. Et sic fiat[20] irrotulatio: A. obtulit se quarto die versus B. de placito tali etcetera, et B. non venit, et præceptum fuit vicecomiti quod attachiaret eum, et vicecomes mandavit quod prædictus B. clericus est et quod noluit plegios invenire, nec habuit laicum feodum per quod potuit distringi. Et ideo mandatum est[21] ordinario loci, sicut archiepiscopo vel episcopo et huiusmodi, quod faciat[22] talem clericum venire ad talem diem, nisi ita sit forte quod testatum sit quod talis clericus habeat laicum feodum et catalla in laico feodo per quæ distringi possit. Et vicecomes per fraudem mandaverit quod nihil habuerit, et quo casu fiat ut supra de fraudibus vicecomitis. Sed[23] quid si clericus præbendam habuerit, laicum feodum scilicet, et noluerit plegios invenire? Quæritur an vicecomes eum distringere possit statim per præbendam, vel si cum præceptum habuerit de attachiando retornum fecerit ordinario, an[24] ordinarius distringere possit canonicum per præbendam suam. Videtur quod neuter, nec vicecomes nec episcopus. Vicecomes non licet warantum haberet ingrediendi libertatem sine episcopo vel alio ordinario, cum episcopus sit caput ecclesiæ et canonici membra. Item nec episcopus per tale retornum sine speciali præcepto domini regis, cum canonicus adeo
f. 443] libere teneat præbendam suam de ecclesia sicut ipse episcopus suam baroniam. Et canonici sunt quasi unum corpus per se in ecclesia. Et quamvis episcopus sit caput ecclesiæ, tamen canonici habent sua bona a bonis episcopi separata. Et ideo cum episcopus a domino rege speciale

[18] mittere, V, OB; eicere, MG; vertere, OC, CE. [19] erit, OC, CE; superit, MG. [20] fiat talis, V, OB, MA, Y. [21] fuit, OB, MA. [22] faciant, OB, OC, MG, CE, LA, Y. [23] et, OC, MG, CE. [24] et, OB, MA.

mandatum habuerit, ex hoc incipit habere iurisdictionem et coertionem in præbendis quasi ordine observato. Forma brevis talis est.

Breve ad episcopum vel alium ordinarium quod faciat clericum venire cum non habeat per quod possit distringi.

HENRICUS[25] dei gratia etcetera venerabili patri in Christo B. eadem gratia Londoniensi episcopo salutem. Mandamus vobis quod venire faciatis coram iustitiariis nostris etcetera ad talem diem talem archidiaconum, vel talem decanum vel canonicum, ad respondendum C. de tali placito etcetera ut supra. Et tunc addatur hæc clausula: et unde vicecomes noster Middelsexiæ mandavit præfatis iustitiariis nostris quod prædictus archidiaconus, vel talis alius qui[26] clericus est, noluit[27] plegios invenire nec habet laicum feodum per quod distringi possit. Et habeatis[28] ibi hoc breve. Teste etcetera. Si autem episcopus nihil fecerit ad mandatum domini regis, tunc fiat irrotulatio sic: A. obtulit se quarto die versus B. de placito tali et B. non venit, et alias præceptum fuit vicecomiti quod attachiaret eum, et vicecomes mandavit quod clericus fuit etcetera ut supra, et ita quod mandatum fuit episcopo tali quod faceret eum venire et quod mitteret breve, et ipse nihil inde fecit. Et ideo summoneatur episcopus quod sit ad talem diem, et ibi habeat prædictum talem ad respondendum prædicto A. quare etcetera secundum breve originale, et ad ostendendum quare prædictum B. coram præfatis iustitiariis ad talem diem non habuit[29] sicut ei mandatum fuit. Forma brevis talis est: Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores F.[30] Londoniensem episcopum quod sit coram iustitiariis etcetera[31] ad talem diem, et ibi habeat talem archidiaconum, vel talem clericum, ad respondendum tali de placito quare etcetera ut supra. Et in fine: et[32] ad ostendendum quare non fecit eum venire coram iustitiariis nostris ad talem diem sicut ei mandatum fuit, et quare non misit breve etcetera. Ad quem diem aut facit eum venire aut non facit. Si autem non, tunc non observabitur solemnitas attachiamentorum sicut in aliis districtionibus, et statim distringatur episcopus per baroniam suam quod sit ad alium diem, et ibi habeat præfatum[33] clericum ad respondendum etcetera. Et summoneat episcopum quod tunc sit ibi auditurus iudicium suum de hoc quod prædictum clericum non habuit ad talem diem etcetera, sicut ei mandatum fuit. Et fiat irrotulatio sic: A. obtulit se quarto die versus B. de tali placito etcetera ut supra, et B. non venit, et alias mandatum fuit episcopo quod faceret eum venire ad talem diem. Ad quem

[25] Edwardus, MA, MG. [26] Om., MA, CM, OC, MG, CE, LA. [27] et n., OC, MG, CE, CM, MC, LA. [28] habeas, MA, CM; habetis, OC, CE; habeat, MG. [29] habuerit, OC, MG, CE, MA. [30] E., OB, MA; B., MG. [31] nostris, OC, MG, CE. [32] Om., V, MG; dicatur et, Y. [33] Om., OB, MA; suum præfatum, Y.

diem non fecit eum venire, et ita quod præceptum fuit vicecomiti quod summoneret eum[34] quod esset ad hunc diem, et ibi haberet prædictum B. ad respondendum etcetera. Et similiter quod episcopus esset ad ostendendum quare non fecit eum venire ad alium diem sicut ei mandatum fuit. Et episcopus non[35] venit nec habuit ipsum B., et ideo distringatur per baroniam suam quod sit ad talem diem, et ibi habeat prædictum B. ad respondendum etcetera. Et ipse episcopus sit auditurus iudicium suum de hoc quod ipsum B. etcetera. Forma brevis talis est.

Breve si episcopus vel ordinarius alius non habuerit clericum ad primum diem, quod episcopus distringatur.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod distringas F.[36] Londoniensem episcopum per terras suas quas tenet in baronia in comitatu tuo quod f. 443b] sit coram iustitiariis etcetera ad talem diem, et ibi habeat talem clericum ad respondendum tali de tali placito etcetera, et similiter ad audiendum iudicium suum de hoc quod præfatum clericum non habuit ad talem diem sicut ei mandatum fuit. Et habeas etcetera. Ad quem diem si non venerit episcopus neque clericus, procedatur contra episcopum[37] de contemptu secundum consilium curiæ, et ne maleficia remaneant impunita, apponat rex manum suam in defectum[38] episcopi, ita quod clericus arrestetur et detineatur quousque episcopus eum petierit ex officio suæ iurisdictionis ut ei[39] liberetur vel ex certa[40] causa detentus remaneat, nec propter hoc vicecomes nec ballivi sui pœnam incurrent,[41] cum executio iuris non habeat iniuriam. Episcopus autem[42] et superiores possunt pro iniuria et pro crimine arrestari. Posset etiam episcopus latronem fugientem ad ecclesiam impune expellere, et ita quod irregularis non teneretur si latro exire nollet et stare[43] iudicio regis et regni. Debet enim gladius iuvare gladium, et unde gladii sunt duo, spiritualis videlicet[44] et temporalis.[45] Item cum clericus non venerit ad diem suum, episcopus venire poterit vel mittere et excusare se quod clericum habere non possit. Dicere enim poterit[46] quod clericus nullum habet beneficium in diocesi sua per quod possit distringi. Item etsi[47] beneficium habuerit quod scolaris sit et vacans in scolis Parisiis ultra mare, et fecit quod potuit. Sequestravit enim præbendam suam et alia beneficia sua, et nescivit ulterius quid facere posset. Et unde[48] supersedendum erit ut videtur donec clericus redierit

[34] ipsum, OC, CE; episcopum, MC, LA, MG, CM. [35] nec, MC, LA. [36] E., Y, OB, MA, om., MG. [37] ipsum clericum, V; eum, MG. [38] defectu, V; defaltam, Y. [39] sic, OB; si; MA. [40] Om., OB, MA. [41] incurrant, V, CM; incurreret, OC, CE. [42] enim, MC, LA, OC, MG, CE, CM. [43] stare in, OC, MG, CE. [44] Om., LA; scilicet, MG. [45] materialis, OC, MG, CE, CM, MC, LA. [46] possit, V; potuit, MG. [47] si, OC, MG, CE, MA. [48] Om., OB, MA.

quod capi possit et coerceri. Et unde si episcopus tunc noluerit, hoc faciat vicecomes in defectum[49] episcopi ratione supra dicta.

De rebus communibus inter vicinos dividendis, et de quibus supra dictum est in parte in duobus locis.

Est etiam inter alias actiones actio mixta quæ datur tam in rem quam in personam, sicut actio de communi dividundo ubi uterque actor uterque reus, et ubi sine affinitate et parentela habent aliquæ[50] extraneæ personæ rem aliquam dividendam quæ inter eos iacet in communi, sicut sunt vicini et omnino extranei. Item est alia actio mixta quæ dicitur actio familiæ herciscundæ et locum habet inter eos qui communem habent hereditatem dividendam. Sed eæ[51] duæ actiones non statim nascuntur cum hereditas vel alia res in communi tenetur, sed ex eo tempore quo quis eorum velit rem dividere. Et hæc[52] locum habet ut videtur inter coheredes ubi agitur de proparte sororum, vel inter alios ubi res inter participes et coheredes dividi debet, in proparte, sive[53] ratione personarum inter quas res dividi debeat, sicut sunt plures sorores quæ sunt quasi unus heres, vel inter plures fratres qui sunt quasi unus heres ratione rei quæ divisibilis est inter plures masculos, et ubi quilibet eorum est actor et quilibet reus. Et ideo dicitur hæc actio mixta. Et[54] hoc casu quilibet dicetur actor qui primo provocaverit ad iudicium. Et in iis duobus casibus si[55] cum[56] particeps[57] vel coheres[58] partem suam petierit[59] rationabilem versus suos parti-
f. 444] cipes et coheredes et illi defaltam fecerint, capienda erit terra in manum domini regis de communi hereditate pro ea parte quæ contingit petentem, et ita erit districtio in hoc casu realis et non[1] personalis. Item est et actio tertia de finibus agrorum inter vicinos terminandis et definiendis[2] quæ dicitur actio finium regundorum, quæ idem est quod rex præcipiat quod rationabiles divisæ fiant inter[3] vicinos,[4] et hæc[5] valde subtilis inter alias, et ubi pro defectu eius qui non queritur debet pars illa de qua contentio est capi in manum domini regis, et sic erit districtio realis et non personalis. Sunt etiam aliquando duæ actiones quæ comprehenduntur sub uno brevi, et quarum una[6] modo utentium personalis est et altera realis, et si bene iudicaretur[7] quælibet illarum[8] frivola et inutilis, verbi[9] gratia.[10]

[49] defectu, V, OC; defectione, MG; defaltam, Y. [50] aliquam, V; aliquem, MC. [51] hæ, V, OC, CE; hæc, OB. [52] Om., V, MA, CM; hoc, OB, MG, Y. [53] Om., MA, CM. [54] et in, OB, OC, CE; et unde, CM. [55-56] sicut, OC, CE, CM, MA. [57] princeps, LA; participes, V, MA, CM, MG. [58] coheredes, V, CM, MA, MG. [59] petierint, V, CM; -erunt, OB.

[1] Om., OC, CE, OB, MA, MG(+). [2] diff-, MSS.; diffinendis, OC, CE. [3-4] Om., OB, MA. [5] h. est, V, MA, CM; hoc, V, MG, Y. [6] uno, OC, MG, CE, MC. [7] iudicarentur, V, OC, MG, CE, LA. [8] earum, V, Y. [9-10] ut supra, V, CM.

Quod solemnitas attachiamentorum et diffusio non est ubique sive in omni casu tenenda.

Non semper ut paulo ante dictum est in parte observari debet solemnitas attachiamentorum in actionibus personalibus, tum[11] propter privilegium et favorem cruce signatorum quorum negotia maturitatem desiderant et instantiam. Item propter privilegium et favorem mercatorum eodem modo. Item propter causam[12] ut in assisa ultimæ præsentationis, vel quare quis impedit præsentare vel non permittit, propter lapsum sex mensium et huiusmodi. Item propter ipsam rem quæ tempore peritura esset, sicut de fructibus maturis et huiusmodi. Item in actione iniuriarum propter atrocitatem iniuriæ quæ magna est et contra pacem domini regis. Item propter personam contra quem iniuriatum est, ut si iniuriatum sit domino regi vel reginæ vel eorum liberis, fratribus vel[13] sororibus, vel eorum parentibus propinquis, in quibus casibus et consimilibus statim præcipiatur vicecomiti quod habeat corpora talium ad respondendum talibus, secundum quod de antedictis sumi poterit exemplum. Et idem fieri debet si aliqua actio incidens sit principali actioni, et ubi,[14] quamvis in principali actione observetur ordo attachiamentorum, tamen in incidenti non erit solemnitas observanda, ut si contingat episcopum vel alium ordinarium summoneri quare[15] non habuit clericum etcetera. Et in quibus casibus omnibus cum prima die præcipiatur vicecomiti quod habeat corpora talium ad diem tamen[16] rationabilem, si absentes fuerint[17] extra comitatum et non in comitatu neque in civitate nec[18] in villa, non[19] potest fieri mentio in fine brevis secundum[20] solitum cursum attachiamentorum de clausula ista scilicet, et[21] ad audiendum iudicium suum de pluribus defaltis, cum nulla defalta præcesserit, sed loco illius clausulæ in quolibet brevi addatur causa quare tollitur dilatio et solemnitas attachiamentorum. Et fiat breve sic.

Si statim venire debeat reus propter privilegium actoris.

Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod omni occasione et[22] dilatione postpositis propter favorem et privilegium cruce signatorum, vel[23] mercatorum, quorum placitum instantiam desiderat, habeas coram iustitiariis nostris ad talem diem corpus talis ad respondendum tali cruce signato, vel mercatori, de placito quare etcetera, vel quod reddat ei etcetera, secundum formam brevis originalis. Et in fine apponatur aliquod

[11] cum, MSS. var. [12] c. sive necessitatem, V, OC, MG, CE, CM. [13] et, OC, CE; om., MC, LA, CM. [14] ut, OB, MA. [15] quia, OC, MG, CE. [16] talem, V; tantum, OC, CE; cum, MG. [17] sint, OB, MA, Y. [18] neque, OB, MA, CM. [19] Om., CM; nec, OC, MG, CE. [20] Om., OB, MA; sed, CE. [21] Om., MC, OC, MG, CE. [22] Om., OC, MG, CE. [23] et, V, MC, LA, OC, CE, Y.

comminatorium tale videlicet: et ita te habeas in hoc negotio ne pro defectu tui ad te graviter capere debeamus. Et ita fiat de aliis causis supra dictis. Et quo casu licet breve de habendis corporibus faciat mentionem, tamen nihilominus locum habebit essonium de malo veniendi quamvis hoc esse videatur contra solitum iudicium essoniorum, quia quamvis tollatur solemnitas attachiamentorum, tamen legitimam dilationem quam reus habet usque ad primum diem litigii semper[24] sequetur essonium de f. 444b] malo veniendi, ita quod unicum habeat essonium antequam compareat. In[25] criminalibus vero causis ubi sequi debet capitale iudicium, vita videlicet vel mutilatio membrorum, non sequitur aliquod attachiamentum, sed corpus talis quicumque fuerit ille ab omnibus arrestetur qui sunt ad fidem domini regis, sive inde præceptum habuerint sive non.

[24] Om., OB, MA, Y. [25] item in, V, OB, MA, MG, Y.